

JOHAN. JACOBI WALDSCHMIDII

Medicinæ Doctoris & Professoris Marpurgensis

DISPUTATIONES MEDICÆ *Varii Argumenti.*

DISPUTATIO I.

MEDICUS CARTESIANUS,

detergens

Aliquot in Medicina errores,

Hactenus ex ignorantia Philosophiæ commissos.

RESPONDENTE

JOH. JACOBO BAJER, Eschwezensi Hasso.

I N. D.

THES. I

Dato unō absurdō sequuntur plura: Scientiarum enim regimen Democratico proximum est, ut ait Baco. Apud populum plurimum vi-gent doctrinæ aut contentiose & pu-gnaces, aut speciosæ & inanæ, quales

videlicet assensum aut illaqueant aut de-mulcent. Atque aciores si fortè con-templationes usquam emicuerint, opi-nionum vulgarium ventis subinde agi-tatæ sunt & extinctæ. Adeò, ut tem-pus tanquam fluvius levia & inflata ad nos devexerit, gravia & solida demer-serit. Hæc temporis injuria non parùna inquinavit ipsam Medicinam, quam il-
lotis,

a

lotis, multisque in Philosophico curriculo arreptis erroribus, involant manibus, & postmodum in gravissimas errorum sortes projecti non eunt quā cundum, sed ē præcipitio acti cœcos sequuntur ductores, & unde pedem referant vix cognoscunt: Hinc opera p̄tium erit, aliquothācēnū ex ignorantia philosophiæ commissos in Medicina errores in apricum producere, ut vel inde innoteſcat, quam utilis & necessaria sit futuro pratico philosophia illa vera & genuina experimentis suffulta & illustrata; neque enim hic illam intellectam volumus, quæ otiosis concertationibus illigata disputatione errores alit non tollit: quæ ad lucem rebus inferendam aut nihil aut parum confert. Habet enim, ut videtur *Verulamio*, quod proprium est puerorum, ut ad garriendum promta, ad generandum invalida sit & immatura: Controversiarum ferax, operum est effœta. Nihil adeò mirum, si quæſtio semper maneat quæſtio, & per disputations non solvatur sedfigatur. Alia longè philosophandi ratio est, si talibus utamur principiis, quæ tam clara & evidētia sunt, ut nullus dubitationi relinquatur locus. Deinde si ab illis communium aliarum rerum cognitio dependent, ut certam sic & indubitatam omnium rerum nobis comparare possimus scientiam, id quod nobis spondet Philosophia illa Mechanica, à Philosopho & Mathematico parem non habente restaurata. Quemadmodum enim hujus ope phænomena extra nos apparentia per veras vias causas evidentissimè explicamus, ita pari felicitate & successu ea quæ in corpore nostro contingunt no-

bis perspecta reddimus, & errores hacēnū ex ignorantia hujus Philosophiæ commissos emendare contendimus. Fauit Deus ut feliciter, ne aliorum errores recensendo ipsi erremus.

THESS. II.

Quod damnum tulit philosophia ex præjudiciis & superstitione antiquitatis cultu, idispum quoque ad Medicinam alteram physice partem transit: Unde ab eo tempore, quo Scholastica Medicina, polemico scribendi genere corrupta & obfuscata, colicēpī, ipsique Medici ceu pedarii Senatores in unius Philosophi, dictaturam affectantis, ievrunt sententiam, nobilissima hacars stetit, & si non retroivit, saltem non profecit; quia per novas indies (ut loquitur *Helmontius*) centurias ivit in circulum. Mansit manca, clumbis, vaga & incerta, tot gravissimorum in medendo errorum ferax, ut in scenas & vulgi ludibrium hodienum trahatur, cō quod medentes sapere nolint, nisi ad consuetum Scholærum: Quæ enim legunt, credunt, quia alii idem credunt. Verum vix *Cartesius* mundum literatum, alto peripatecismi veterno stertentem, excitaverat, erant statim etiam ex ordine Medicorum, qui ad novum hoc accensum lumen libertatis in ratiocinando affectabant auram. Nec deseruit eos spes, factum quippe est, ut in hunc usque diem nihil amplius etiam in foro Medico, ubi de corio humano agitur, admittamus, quod non clarè & distinctè perceperimus; huicque claræ perceptioni plus fidamus quamcentum authoritatibus, id quod in progressu prolixius demonstratur sumus.

Sed

Sed vellicat mihi non nemo aurum. Ergo, dicit, Academiz hactenus nihil profecerunt? totque virorum præclara ingenia & nos ipsi tuimus stipites? Solus ne *Cartesius*, qui nunquam fuit Medicus, ad mensam Solis accubuit, ut rejectis prioribus ferculis novas has dapes yobis offerret? An Hippocrates, Galenus, Platerus, Forestus, Crato, Sennertus aliquis fidi antiquitatis Machaonicæ interpres, & viri supra laudem positi, qui per totam ætatem arterias & matulas habuerent magistras, erroris & ignorantiae accusari possunt, cum in arte medica fuerint expertissimi & gravissimos, teste experientia, sciverint tollere morbos. Fac! ipsos nescivisse corpus esse rem extensam, animam esse rem cogitantem, non dari facultatem attractricem aut qualitates reales à subjectis realiter distinctas. Hepat nō sanguificare. Morborum communem nidum esse chylum & sanguinem. Dari materiam mundi subtilissimam. Sufficit, quod sciverint feliciter mederi, & ignorantia illarum rerum prudentia medicæ præjudicare nequit. Resp. Achilles hoc *Galenistarum* est argumentum, quod velut anguli caput in prima ponunt acie, quodque aliquid ponderis præ se ferre videtur, verum si rem æquæ trutinemus lance, apparebit, illud tibicinibus ad modum infirmis fulciri, id quod in liquidum deducam. Is enim non sum, qui in contemptum tot Celeberrimorum virorum calamus stringere velim: hoc tamen citra ullius injuriam dicere possum, illos suis temporibus fuisse doctos, celebres & felices Medicos: quod si possibile esset, ut orbi redderentur, ipsos non puderet illa dænum addiscere,

quæ suis temporibus tenebris immerita & sepulta jacuerunt. Fieri potest, ut medicamentum, cuius vires & operandi modus latent, pro voto respondeat, quamvis etiam ipsius subjecti accurata cognitio ex anatomie & physiologia petenda deficiat: sed quis non videt, aliquod saltem ægrotantis periculum hic subesse, & indecorum esse Medico, collinare ad finem per vias sibi incognitas, vel saltum non satis perspectas; cum ipsi prosperi successus non tam prudentia medicæ quam fato vel fortunæ sic in acceptis ferebantur sint. Deinde & hoc notandum venit, quod felicitas practica sapientia magis dependeat ab opinione vulgi, aliquique mille artibus, quam ab eruditione Medicis: Magna enim inest vis verbis, herbis & lapidibus. Quod ipsius *Hippocratis* attinet medicamina, ea ita se habent, ut si quis illis hodierno tempore uti vellet, barbarus esset & crudelis in suos ægros. Dices, ipsa tamen multis profuisti. R. sp. Laudem meretur *Hippocrates*, quod aperè confessus sit, Naturam curare morbos, medicum autem impedimenta tollere & naturæ ministrum esse, nunc adorem, nunc Spectatorem. Si omnia *Hippocratis* evolveris scripta, videbis eum paucissimis usum fuisse medicamentis: magnam autem famam sibi acquisivisse Prognosi in acutis. Cum enim in calidioti degeret climate, plures etiam habuit ægrotos febribus acutis correptos, quæ cum per crisin & ope ætheris fuerint solutæ, palam fit, ætherem maximam curationis si non utramque absoluisse paginam, & quotquot evalerent, non ex certa scientia, sed solius Dei munificentia & naturæ sua bonitate convaluisse. Ambabus quoque

quoque largimur manibus, *Cartesium* non fuisse medicum: Medicis tamen opem tulit, ut vi suorum principiorum de natura mentis & corporis, de natura fluidorum, aliisque, functiones corporis & mentis ipsiusque sanguinis & spirituum indolem adeo nunc clarè explicent, ut nihil clarius: Omniaque illa tanquam sapientiores *Aesculapii* proles abstergant spongia, quæ mechanicis principiis hodiernisque inventis non sunt congrua. Et quid quælo de Circulatione Sanguinis dicam, qua inventa plus lucis accessit rei medicae, quam quidem ab omnium Galenistarum voluminibus expectari potest? Quare hanc non ad anticyras relegamu ceu inventum supervacaneum, cum tot celeberrimi vixerint Medici, qui sine hujus cognitione magnos quoque curaverint morbos? Sic profectò actum foret de gloria illorum, qui novis suis inventis veritatem in lucem protraxerunt, aut non fatus liquidam discussis nebulis illustrarunt. Et ridiculum foret, scientiam ex numero Pillularum, & eruditio nem ex remediorum copia, & barbaris vel semigræcis nominibus, metiri velle.

THES. III.

Ignorantia Philosophiae gravissimum peperit in medicina errorem, quod medicus solùm occupatus esse debeat circa res sensibiles, hinc factum est, ut circa corticem hærentes sensibiles illos humores pro causis morborum habuerint, & productum cum causa sua confundentes semper à vera aberraverint curationis viâ. Ex Philosophia mutuari hoc debuissent, partes corporis dividi in sensibiles & insensibilcs, illas ex his componi, carumq; naturam ex his quoque addiscendam.

THES. IV.

Errorem exceptit error, quod morborum semina debeant esse sensibilia. Imposuit hoc Medicis, ut relicto semine morbos am progeniem eliminare allaboraverint, quam ipso in semine suffocare debuissent. Et quemadmodum brutum hoc effatum, nihil est in intellectu, quod non prius fuerit in sensibus, plurimos cœcutire fecit Philosophos, ita ipsos quoque fascinavit medicos, ut de spiritibus animalibus quid proferre vix ausi sint, donec *Cartesius* tenebris his faciem admoverit, eorundemque genesin mechanice descripsicerit.

THES. V.

Obstetricante hōc præjudicio aliis proditi ex ignorantia Philosophiae error generi humano magis infestus. Causa morbi (dicunt) sensibilis sensibili ter per alvum foras est eliminanda, hinc suum intonant purgandum, & homines purgantibus vñxant usque ad maciem, nescientes, rarius humores ope cathartici excretos sub tali schematismo in corpore delitescere. Sæpe ac multum mecum cogitavi, quare in dissectis cadaveribus tantam humorum laburram non amplius reperiamus, cum si viventibus purgans suis sit exhibitum, tales abunde excrevissent. Ipsa videlicet purgantia cruentem & carnem promiscue liquant, resolvunt & putrefaciunt, atque in omnibus cum venenis pari passu ambulant, ut recte dixerit *Helmontius*, nomen purgationis esse nomen impostorium, cum non sit purgans, sed destruens & hostile vita virus. Omnia purgantia sanguinis lœdunt mixtionem & vitæ vinculum laxant aut penitus

tus

Disp. I. Medicus Cartesianus.

tus rumpunt, unde in momento prava illa humorum prodit caterva, id quod *Helmontius* maximo suo damno & pecunia^z jactura expertus est, qui scabie corruptus & à duobus Medicis purgantibus iniquè vexatus tandem exclamavit, theorematum Scholarum falsa esse & scabiosa. Quod si quandoque videantur exspectationi latisfacere, id non tam vi catharticæ quam resolventi & attenuanti, quā pollut, virtuti acceptum ferendum. Ipsa itaq; purgantibus quā purgantibus carere possumus, & optandum foret cum celeberrimo *Wedelio*, ut vulgo tam cordi haberent homines diaphoretica ac purgantia, sic enim plurimi servarentur, qui febribus abrupti & purgationibus emaciati debitum naturæ ante tempus solvunt. Ipsa quippe purgantia sanguinem reddunt coquhyicum: diaphoretica autem heterogeneum sanguini confusum expellunt, & vitalem mixtionem potenter restituunt.

THES. VI.

Error est, quod ex ignorantia Philosophiæ credant Medici, partes quasdam solidas corporis humani viventis certis quibusdam instructas esse facultibus alimento & sanguini conficiendis & distribuendis destinatis; quasi ejusmodi facultates ceu inspectores vel protectores rebus humanis præcessent. Docebit ipsos vera Philosophia, nihil in rebus corporeis reperiri præter extensioñem & modos, nec posse ullam aliquam cognitionem tribui ipsis rebus materialibus, qualem tamen hi actus, attrahere utile, & inutile expellere, præsupponunt, nisi confundere velimus res intelligibi-

les & cogitantes cum materialibus & extensis. Docebit ipsos Physica, viscera omnem suum calorem & temperiem habere à fluidis & impetu facientibus partibus. Ipsa autem fluida vitam suam, hoc est mixtionem, habere à materia primi elementis aether, cujus naturam vix capiunt, quod neglexerint veram philosophiam de natura corporis fluidi & solidi agentem, quam si non ex Cartesio, saltem ab ejus discipulo Rohaulti, addiscere poterunt. Debuissent ex hac nōsse, calorem non esse qualitatem ab essentia ignis distinctam, sed esse ipsum ignem: Essentiam non esse quid distinctum à subjecto cuius dicitur essentia, sed hęc duo unum idemque esse, neque enim pluralitas notionum logicarum res, quae unū idemq; dicunt, faciet diversas. Mirandum profecto, quod de rebus non existentiis & nūquam futuris tam seriz & pernicioſe fabulæ sint confictæ & creditæ.

THES. VII.

Error haud levis, ex ignorantia Philosophiæ subortus, est, quod aliquot morbos medicamentis, ex pharmacopolio petitis, expugnare contendant Medici, qui non nisi aeris solique mutatione curari possunt. Alius aether; alias vitallum succorum motus: novus aether; nova sanguinis mixtura. Si atheris naturam ex physicis addiscerent, scirent prudentius medicari, nec agros intempestivis suis remediis obruerent. Natura enim vult duci, non cogi. Et cui bono, quæso! tot saccharata, perlata alkermifata, aliqua pretiosa & externa & interna præscribunt? nisi dicere velis fieri id in gratiam pharmacopœi, ut inanitis pyxidibus

dibus hujus loculus accrescat. Id quod potissimum locum etiam habet in doctrina de febribus, cui tunc quoad theoriam tum quoad praxin tot gravissimi aspersi sunt errores, ut ipse Helmontius jam suo tempore monuerit, quod primus Medicus eorum, qui ab Ethniciis medendi fundamenta petunt, adhuc desiderentur, qui febrium radicem agnoverit aequa justa remedia. Ducentos si evolvas autores, qui de febribus scripsierunt, videbis eos ad unum omnes cantum cuculi cecinisse, idemque semper aliis verbis sibi subscriptissime.

THE S. VIII.

Errorum genetrix est ignorantia Philosophiae, ex hac enim naturam fermentationis & liquorum fermentescibilium in corpore nostro indolem melius, quam hactenus factum, addiscere debereunt. Sic horrendos in curandis variolis evitarent scopulos, in quos plures hodie impingere videmus cum aegrotantis naufragio, dum variolas sudorificis calidioribus & agitatoriis remedii expellere primis diebus intempestive conantur, quibus primis his diebus phrenitidem, ultimis autem totalem mixtionis sanguinis destructionem, hoc est febrem pestilentialem, accersunt.

THE S. IX.

Eosdem sibi vendicat natales alius Error, qui in inflammationis curatione notatur. In hujus enim principio dicunt adhibenda esse repellentia; sed queso quod repellunt? Potospotius magis obstruant, inflammationem augent, saepius ad gangrenam & sphacelum sternunt viam, ut malum, quod in principio

suffumigio aut resolutivo aliquo compesci potuisse, reddatur contumax & difficilioris curationis. Hæc omnia ex coproveniunt, quod nesciant, quanta vis insit ætheri, quamque potens ille sit in agitandis particulis terrestribus sola materia mundi subtilissima cinctis.

THE S. X.

Sic inanis illa corruit de remediis specificis & certis partibus dicatis imaginatio. Dandum hoc ignorantiae Philosophie, quod putaverint dari medicamenta cephalica, thoracica, splenetica, hepatica, hysterica. Nisi enim explicuerint, in quo consistat appropriata illa vis, idem est ac si dicerent, se nescire. Similiter fieri id propter appetitum & inclinationem quandam ad hanc potius partem quam aliam, affingunt medicamentis aliqualem cognitionem. Et cum sanguis æqualiter dispensetur ad omnes partes totius corporis, æquè facile aqua splenetica propinata ire poterit ad cerebrum, quam ad liensem. Itaque effectus medicamenti vix extra sanguinem & humores circulantes se extendunt, atque perinde erit, sive in affectu cerebri ex causa frigida spleneticum, aut hystericum, aut alii parti dicatum prescripsitis medicamentum; modo vim habuerit sanguinem volatilisandi: omnia enim subtilia sine acredine notabili & corrosiva sunt cephalica, thoracica, hepatica, stomachica, splenetica, diuretica, uterina, menses moventia, lac & semen generantia.

THE S. XI.

Quod si alias medicamentorum qualitates sub examen vocare velim,

quæ

quæ non garrulitas & ignorantia notabitur? Nullibi enim vetores magis lapsi sunt, quam in explicandis qualitatibus medicamentorum, cum in vera Philosophia non fuerint enutriti, docente, qualitates has à sola textura, hoc est particularum magnitudine, subtilitate, motu, situ, figura, &c. dependere. Quod enim quædam medicamenta habeant vim frigesciendi, indurandi, condensandi, constipandi, obstruendi, incrassandi, repellendi, bilem alterandi, acidum invertendi & salsa absorbendi: hoc est à particularum ea constituentium magnitudine. Econtra quod alia habeant vim attenuandi, preparandi, digerendi, volatilisandi, est ab earum subtilitate. Quod quædam sint acida, est à figura, prout latera plus minus acuminata sunt. Quod quædam sint salsa, est à figura spiculari & cuspidi prædicta, plus minus acuta vel obtusa cum rigiditatis vel flexibilitatis majoris vel minoris attributo. Quod quædam sint mollia, alia verò dura, hoc est à situ, prout particulae nunc in uno nunc in pluribus punctis se contingunt, & prout aliqualem vel nullam ferre possunt concussionem.

THES. XII.

Sed neque sic omnes notavimus errores ex ignorantia Philosophiae hactenus commissos. Cum enim Galenistæ facile animadverterent, principia sua infirma esse & insufficientia omnibus phænomenis explicandis, finixerunt, dari quosdam morbos inexplicabiles: dari etiam qualitates medicamentorum occultas, extra intellectus nostri sphæram positas. Hanc ignorantiam si serio

perpenderis, fateberis mecum, nil æquè imperitè tractari apud Medicos, quam quæ vitam mortalium concernunt. Ipsi sunt, qui dum claves scientiæ se custodiæ præsumunt; nec ipsi adyta intrant, ne calios intrare volentes admittunt, sed arcent omnes omnibus technis, semper discentes & nunquam ad veritatis scientiam pervenientes. Quia ignorant physicam, tyrones manent in Medicina, quæ ex illa lucem fœnerari debet. Quippe ex physica generali constat, nulla corpuscula concrescere, & combinari posse, ut non aliqua minutissima intervalla & exiguo poros juxta se relinquant. Hi materia subtilissimæ replentur, cum impliceat vacuum concipere. Ipse hic æther pernicitate sua, qua corpora transit, impedit, quo minus partes corporum solidorum eò ipso quo concrescent se immediate in omnibus punctis continent, ut in Adamante, glacie, crystallo, vitro, videre est. Subtilissima hæc materia à prima etiam conceptione sanguinis motum & mixtionem conservat. Hæc est Natura, morborum domitor & sanitatis custos. Elementum hoc cum aere, medicamentis, & alimentis haurimus & inspiramus, quod si conveniens sit consueto ætheris, sanguinem jam permeanti à primordiis circulationis, novas quasi vires recuperamus; id quod quilibet tempore majali in aurora ob ambulans & occultum hung vitæ cibum captans experiri potest. Sin cum aere purgantibus venenis, vel alimentis, peregrinus æther accesserit, partes sanguinis, ordine priùs digestæ, turbantur, crasis & mixtio lœditur, febres mali moris & pestilentiales excitantur, & nisi Naturæ, hoc est

est consueto ætheri nobisque amico, alexipharmacis maturè feramus suppétias, alium ætherem inferentibus, qui hostilem expellat, profuget: domesticum verò foveat & augmentet, actum est de vita ægrotantis. È quibus luce mediana fit clarius, nihil hic occultum & inexplicabile admitti, cum effectus à motu & figura, rebus omnibus notis, dependant. Utinam Medici ad veram hanc stupendorum horum phænoménon causam majori sedulitate & animo, Scientia Physica probè imbuto, attendent, propius etiam ad sanandi accedenter methodum. Hac quippe causâ negligēt omnia manent obscurissima, pleraque falsissima & intacta, quæ maximè ad scopum sanandi conducunt.

THES. XIII.

DEnique totā errant viâ, qui hæc nimis subtilitatis, novitatis, & otiosæ speculationis arguant, nam ex his totius œconomia animalis dependet veritas ejusque cognitio; & in scientia Medica caput rei est, si Medicus œconomiam animalem accuratè cognoverit, in quo plures hallucinari videmus: hinc ubi cum aliis Doctoribus in medium consulere, suaque producere schedules quandoque coguntur, magis muti sunt quam pisces, aut inconditas effutunt ratiocinationes nuce cassâ vix dignas; in prescribendis formulis fluctuant, dubitant, nunc saltum faciunt, nunc terga vertunt, miscent quadrata rotundis: quæ non possunt non ipsum ægrotantem in maximum discrimen conjicer. Sed ne partium studio laborare videar, catalogum hunc errorum intuere,

hactenus ex ignorantia œconomia animalis & Philosophia mechanicae commissorum.

Toto errant cœlo, qui catarrhi sedem querunt in cerebro.

Erroneum est, aliquid in catarro suffocativo delabi à cerebro.

Errant, qui anginosos purgant.

Longè errant & lege Aquilia tenentur, qui dysentericos & pleuriticos purgant.

Erroneum est Hecticam esse intemperiem calidam partium carnosarum aut etiam sanguinis.

Error Medicus est, si febricitantibus frigida commendentur.

Erroneum est, iæterum produci à bilis regurgitatione in sanguinem.

Erronum est Melancholiæ esse ex liene.

Erroneum est, calculum renum debere diureticis curari.

Erroneum est, vapores ex utero, liene, vel ventriculo, ascendere ad caput & mentis metropolim turbare.

Errant sine certâ sede qui putant ute- rum posse situm suum mutare.

Tota viâ errant, qui purgantia exhibent hystericis.

Capitalem errant errorem, qui in calidis morbis puerarum frigida proponant.

Et quis omnis recensebit errores? transcant hi cum cœteris erroribus. Cujusvis hominis est errare, nullius nisi insipientis perseverare in errore.

Tu, Lector benevolæ, si vera medixisse videoas, mecum gaudebis. Si verò sint, quæ displicant, cremato has pagellas, aut

Disp. I I. Chirurgus Cartesianus.

aut alii ignobiliori usui eas damnato¹, suam, sed publicam, humanam, & quæ
mihi enim perinde erit, quibus vindicis
contra medicum Cartesianum, errores
detegentem, insurgas; non enim rem
deo O. M. sit Laus Honor & Glo-
ria in sempiternum.

DISPUTATIO II.

CHIRURGUS CARTESIANUS,

dategens

Aliquot in Chirurgia errores,

Hactenus ex ignorantia Philosophiæ commissos.

RESPONDENTE

WILHELMO HULDERICO Waldschmidt/ Hanoviensi.

J. Lips. Cent. I. Epist. 88.

UT eadem purpura homines detestat. Et ad gaudium provocat, Tauros offendit & irritat ad pugnam; Sic eadem veritas aut virtus intelligentes capit, ludit improbos & imperitos.

Th. Cornelius in Epist. ad Francisc.
Glissonium & Thom. Willisium
pag. m. 192.

Magnam mihi spem facit illa philoso-
phandi ratio, quam à vobis suscep-
tam video, expectationemque plurimam
commovet mulorum ad eadem fermè stu-
dia conspirantium consensus atque commu-
nio. Audio enim Georgium Entium atque
Warthonum populares vestros non medio-
crem in excolenda physiologia operam con-
sumpisse. Ego vero, ut de me loquar,
santa olim industria, tantoque labore ad
investigandam hominis naturam aggressus

sum, ut ea reali quam certè gratiam à Virtute
in Sapientia studio exercitatis me initum
ire speraverim. Sed invidit mihi fortuna
otium vitaq; tranquillitatem; Nam Nea-
polim adverso fidere advectus neceſſe ha-
bui curas & cogitationes non tam in literas,
quam in salutem incolumentemq; meam
intendere, atque omnino id agere, ne Syco-
phantarum calumniis aliquando succum-
berem. Dici autem vix potest, quantum
mihi invidiam Malevolorum turba confla-
rit ex studio nova istius minimeq; vulgaris
doctrine, quam ego à praeclarissimis nostre
etatis scriptoribus institutam meisque pec-
ularibus inventi aliqua ex parte illustra-
tam in hanc urbem primus induxi. Nimi-
rum hoc hominum genus quoniam quidem
literis disciplinisq; haud quaquam excul-
tum est, sed totum planè ex fraude & men-
daciis compositum, ab his sibi maximè me-
nit, qui veritatis cultores sunt & fucum
ac fallacias insectantur.

b

B. C. D.

I.

EA nunc Medicis sunt tempora, hæc
seculi nostri infelicitas, ut quic-
quid pulchrum, novum atque po-
litum, nec circumforanæ eruditionis,
edax depascat livor, carpatque dente in-
vido immanis ævi barbarics. Labuntur
cuncta in deterrus, postquam homines
factionibus & studiis trahi cœperunt:
quiescebat enim olim post fata livor,
tuebaturque ex merito unumquenque
suus honos: certisterminis circumscripta
sublatam osculis virtutein querebat in-
vidia, languebat effrenata lingua, que
nunc immissis libera habenis vagatur,
nec unum læsisse contenta: toti quando-
que instat medicorum ordini, & vii tam
obliquis suam in eos maledicentiam ex-
eit. Experimur & nos, postquam grande
patientia dedimus documentum, vetum
esse id, de quo *Tacitus* conqueritur,
*Non minus periculum ex magna fama
quam ex mala.* Quis enim nescit, be-
nignius agi quandoque cum his, qui cum
aliis errare malunt, quam cum bonis re-
ctè sentire? Verum enim verò cordati
viri est vincere ac supergredi vitium par-
vis magnisque civitatibus commune, *igno-
rantiam recti & invidiam.* Juvabit olim
majores & posteros cogitasse, id quod
secum perpendens *Chirurgus Cartesianus*
noluit amplius extra invidiam juxta ac
extra gloriam vivere, hinc vestigiis *Me-
dici Cartesiani* infuscatus in arenam nunc
descendit, errores proditurus quos ha-
genustum in cognoscendo tum in medi-
cando tota ferè chirurgorum cohors
commisit. Arduum est, fateor, causas

errorum excindere velle, hoc præsertim
tempore, ubi magna vis inest manibus
agilibus: ubi sermonis suavitas & verbo-
tum copia, quamvis rerum ad sit inopia,
plus quandoque valent quam recta ratio:
ubi multi plus cœstiment irrationalē
Chirurgiam, quam rationalem operan-
di methodum. Assurget Chirurgorum
Phalanx, vestibus, comis & barbis ad ele-
gantiam compositis, aureis atque argen-
teis scutellis, Spatulis, stylis, mucronibus,
cæteroque splendido apparatu armato-
rum, qui commune periculum concor-
dia propulsare & tergo meo assultare ni-
tentur. Verum nec vanus ille me qui-
dem terret aspectus, auri enim atque argen-
tei fulgor neque tegit neque vulne-
rat pro veritate dicentem. Salus publica.
hic murus est ahenus, qui & me contra
quoscunque tuebitur arietes, atque ipsos
errantes ad metu recti invitabit. Nihil
enim nobis negotii cum illis, qui ut in-
quit *Horatus*:

*Turpe putant parere minoribus; & qua-
imberbes diduere, senes perpenda fateri.*
Multò minus eò devenit calamus auda-
ciae, ut omnes Chirurgos, erroris convin-
cere, aut in munere suo, quo hac tenus
egregiè defuncti, perstringere velim:
multi enim ex illorum ordine etiam vix
monitore opus habent; multi sunt, quibus
sublime ingenium atque multorum
añorum praxis rectum tramitem indica-
vit, quiq; rudimenta atq; studia sua phi-
losophis & chirurgis undiquaq; celeber-
rimis approbabunt. Sed dabunt mihi hi
boni viri, esse tamen non paucos fratres
ignorantiae, artem, quam nunquam pro-
rei dignitate didicerunt, profitentes & ex-
ercentes: horum magna est præsumptio;
hinc:

hinc ferro & igne non minus periculose quam nefariè in genus humanum gransantur & nefario suo ausu mītilos quandoque ac mancos reddunt, aut nec tradunt, quos in integrum restituere debebant: qui, si locuples est æger, avari sunt, si pauper ambitionis: quos non oriens, non occidens saturaverit: Qui omnium opes atque inopiam pari affectu more militum apud *Tacitum* concupiscunt: qui auferre, trucidare, rapere falsis nominibus imperium; atque ubi solitudinem faciunt, pacem appellant. De his quidem nunc mihi sermo erit, horumq; errores, quos aut terra, aut opinio, regit, in apricum deducam, idque majori cum confidentia, cum meliora tempora spondere possit nemo; nam solent nunc Chirurgi pueros ad tyrocinium Chirurgie admirare, qui vix literas pingete norunt, nedum in humanioribus jecere fundamenta; imo multi eos satis aptos indicant, si infantem placare, si cunas agitare, si temulemto hero facem præferre, aut alios serviles labores sustinere queant. Unum quod est necessarium ne cogitatur quidem, unde sit, ut absoluto triennio usque tamen rudes sint, in examinibus, ut finem & initium tyrocinii vel nullo vel exiguo internoscas discrimine. Hinc meruendum erit, ne brevi adhuc transactâ periodo artis chirurgica vera & rationalis, extinctis nempe senibus, in exilium agatur, atque pauci futuri sint, quibus harum rerum summa committi possit.

II.

Quò verò abovo exordium desumere atque ipsos errorum fontes detegere possim, recurrentum nobis erit ad sanguinis circulationem, quem primum

esse vivens & ultimum moriens nostrorum temporum fide satis probatum est. Pauci sunt Chirurgi, quibus nectaris hujus purpurei itus & redditus innotuit, propterea in phænomenis explicandis hallucinantur; & confidenter assero, inter centum vix unum esse, cui in causis inflammationum, tumorum, aliorumq; vulnerum, fracturarum & luxationum symptomatum explicandis non hæcat aqua, & qui in medicamentorum operandi modotradendo saltem non obmutescat. Quære ex Chirурgo, quare venam tundant infra ligaturam? & nihil solidi respondebit. Quære unde sanguis ex aperta proliens vena? & respondabit eum ex corde versus exteriores profluere partes. Sed si res ita se habeat, quare quæso non tundunt venam supra ligaturam, quod sanguis qua datâ portâ commodius egredi possit? Vides ergo ipsos sanguinis itum per arterias & redditum per venas ignorare, adeoque luscotorum mpre in teñbris palpitare, nec dignos esse, quibus salus hominis committatur.

III.

Vulnera definiuntur quod sint continui solatio vel quod sint partium carnosarum ab instrumento aliquo facta solutio. Animus ergo tantum intendunt ad partes solidas, atq; ad magis sensibiles curationem dirigunt. Sed quis nescit corpus nostrum ex solidis & fluidis componi partibus? neque illas dividi possit aut rumpi, ut non fluidarum ordo & mixtio turbetur, quod divortiō semel admisso novæ statim fiunt combinationes, nova prognoscuntur concreta, variaz exsurgunt hinc inde excrescentia, intumescentia, coagulationes, restagnations, quæque authores existunt omnium illorū graviorum

orum symptomatum, quæ vulnera comitari solent. Sicuti enim in aliis corporibus & mixtis regni tum vegetabilis tum mineralis videre licet, dum varij generis particulae, variae configurationis, consistentiæ, magnitudinis, situs & motus amicabiliter tandem conspirant, & unum totum constituunt, in quo particulae crassiores detinent & ligant volatiles, oleose obtundunt acres, subtiliores servant crassiores in motu proportionato & rei naturæ accommodato; aquosæ temperant viscidas, flexiles demulcent rigidas: Verum si textura illa paululum referetur & vincula rumpantur, nova statim prodeunt producta, à priori massa quoad indolem & naturam, mirum quantum! abludentia: Ita res etiam se habet in nostro corpore, quod nihil aliud quam congeries indefinitorum canaliculorum, tubulorum & vasculorum, fluida varij generis corpuscula transmittentium, de quo vide *Celeberrimi Dolai Epistolam secundam & Blankhardi anatomiā novam*. Itaque si turbæ in his partibus excitantur, & harmonia illa suspensa, quæ à legitima pororum dispositione & particularum ordine dependet, affatur, eadem contingent, infusa emergentia: ibi corrosivum senties acidum: hic acris notabis salia: illuc tetridum restagnabit liquamen, alibi purulentam conspicies amurcam; hinc intumescētiā, ibi excrescentiam reperies; quæ omnia non tam ex continui solutione quam ex fluidorum & impetu facientium perverso ordine, statu & mixtione natales suos habent.

IV.

EQuibus haud obscurè apparet, tantum quidem apparatum ad curanda vulnera non exigi, cum totum curationis ne-

gotium in momento temporis, ut prælii eventus, consistat. Si enim aeris ingressus arretratur, & fluiditas humorū per partem vulneratam circulantium præliis, temperiem partis foventibus vulgo dictis, conservetur, res erit in vado. Cui indicationi satis fit, si vulnera recens statim deligitur, quò magis enim pori labiorum sibi respondent, eo citius coalescunt labia, & eo minus humores in transitu præpediuntur. Deinde si vulnera semel deligitum rarius detegatur: quamvis enim item à *Septalio Chirurgis* notam hac quidem vice non faciam meam, persualum tamen habeo in eo sæpiusq; peccari à Chirurgis, quod frequentioribus solutionibus longisq; atq; crassis turundis novum vulnerato crecent dolorem atq; ipsam curationem eruditè retardent, forte ut plus temporis absumentes plus pro mercede pecunia exigere possint, atq; in exoptata hac opportunitate majorem sibi comparant famam, Naucleum imitantes, qui dum navim in mari libero posset agere, eandem inter cautes & brevia inserit; Unde licet majoris peritiae gubernationis famæ comparandæ opportunitatem nanciscatur, servatò in tantâ desperatione navigiō, viri prudentis saltem nomen amittet, vide de his *Celeberrim. Bonenkoe, Sereniss. Elect. Brandenburgici quondam Consiliarium & Archiatrum*, nec non Doctiss. multæque lectionis Viri *Dn. D. Albrecht. Physici Hildesheim. Celeber. eruditas Notas in istius chirurgiam reformatam*. Ergo satius est tenacia & viscida aerem non admittentia vulneri recenti, oxyssimè imponere, quò spectat resina Pini, Colophonium Empl. contr. ruptur. Script. *Croft. cera, & ipsius deniq; saccharum*, quo vel solo maxima vulnera sanari posse.

posse compertum habeo. Nempe juvant hæc, quia aerem arcent, qui vel solus satis potens est, ut poros vi sua elasticè perversat, & peregrinis quibus foetus est particulis humorum circulantiū mixtionem turbet, varias coagulationes & secessiones producat, atque in solitus introducat fermentationes. Tricennium est, ex quo Paracenthesin in Hydropica institui. Videbantur omnia pro yoto successisse. Verum cum in cubili ventis valde exposito perageretur operatio, ipse etiam chirurgus sapienter de die serum ex abdomen emitte ret, incidit tandem ægra in vehementissimum imi ventris dolorem, cum subitanæ vulnæ inflammatione & subsequente gangrenâ cujus doloris, ardoris & inflammationis causam ego quidem nullam aliam agnosco, quam aerem, experientia edoctus, quam fuaciam fluidum hoc in fluidis edat Catastrophen.

V.

Sin qualitates dum puris, tum vulnerariorum remediorum in scenam introducere nunc velimus, quas non apud chirurgorum vulgus officiales tenebras. Pus ipsis est nescio quid novi & insoliti, à natura ope medicamentorum generati. Nos dicimus pus esse lacteum sanguinis partem, in ipso vulnera plus minus alteratam, cui quædam subinde portionculæ dilaceratorum tubolorum una cum cruento admiscentur. Pus ergo eò laudabilius erit, quod magis ad naturam chyli & succi nutricii accedit: Sin verò aereum nimium contraxerit, inficiet sanguinem, febres producit, corrideratque exeder canaliculos fluidorum; Si aquosum & tenue nimis, aut viscidum scindit fuit, pejoris meritò censetur notæ,

nec puris nomine dignum erit, cum contumacis obstructionis, præcipitationis, & putredinis indubitatum perhibeat testimoniun. Sed quis quæso est ex ordine chirurgorum, qui de acido cogitet? & cui quæso remedia acidum corrigentia vel absorbentia nota sunt: vix enim ultra primas sapiunt qualitates, & nihil nisi calorem nativum & insitum, naturæ robur vel imbecillitatem, medicamenta pus generantia nec non digestiva sua crepant, nescii quiddicant, aut quod pro acoris conditione nunc potentiora nuac mitiora acidum compescientia eligenda sint remedia; Imò inexcusabilis ignorantia est argumentum, uno digestivo eadem semper oberrare chordā, & Hercules cothurnos infantibus applicare: scilicet hæc ipsis est consuetudo, prospera omnia sibi vindicare, adversa autem soli naturæ imputare.

VI.

Sed excipient forte, pus non statim prius diebus sibi conspectui, sed post triduum vel quadriduum demum appare, argumento, illud medicamentorum pus generantium esse progeniem. Verum observare Te velim, pus primis diebus non prodire, nec chylum à sanguine separari posse, quod ex fibrarum contorsione & illaqueatione tanta facta sit obstrutio, ut nec mollieris sanguinis parti transitus concedatur, atq; aliquot insundiés, quibus chylus cum sanguine arterioso advenit fibras reflexas & in situ valde turbatas elongare & in rectam viam protendere sibiq; liberum transitum procurare possit. Quod si medicamenta quædam id promovent, ex accidenti facere videntur, dum vel poros deobstruunt.

vel sanguinem turgidorem vel etiam fluidorem reddunt, de quo in sequentii thesi plura.

V. I. I.

Similis farinæ sunt sesquipedalia illa verba & vanæ gloriaciones, dum ejusmodi jactant medicamentum, quô vulnus spatio tridui perfectè consolidari possit, cum tamen ne quidem dari queant medicamenta carnem generantia: Equis quæso unquam vidi carnem à medicamento fabrefactam vel ex remedio generatam? Nugæ! Omnes partes solidæ sunt ex lacte, quô si sanguis abundet idque per partem sauciata libere dispenset, vulnus brevi sanabitur. Sin vero intemperie acida, aut salinâ aut perversa mixtione fuerit contaminatus, lentum opus erit sanatio. Imò frusta expectabitur consolidatio, nî prius vel infringatur acidum: aut sal acre temperetur, aut legitima sanguinis mixtura restituatur. Quibus vero remediis id assequamur, hoc opus hic labor est. Neque enim satisficiunt praticorum elogia, quasi sanguis ope vulneriorum peculiariter quadam virtute ad hoc negotium exornatorum ita disponatur, ut ex eo apta & laudabilis caro quævisque alia substantia deperdita promptè restitui possit: Quamdiu enim peculiaris illa virtus explicari nequit, sicuti revera apud illos inexplicabilis est, tamdiu res ista versatur in ambiguo & lúbrico. Etcum triplicem sanguinis statum vitiosum notaverimus, quomodo unâ hac fideliâ tres dealbari poterunt patientes? Præclarè sùre errorem hunc castigat *Celeberrimus Craan*, & perversum atque irrationalē decoctorum vulneriorum usum perstringit: Cum enim

minimæ etiam circumstantiæ totam rem variare soleant, earundem non minor hoc in negotio habenda erit ratio, & nunc ea adhibenda vulneraria, quæ accido debellando sint dicata: mox talia eligenda, quæ salinam intemperiem magis respiciant; sèpius nova substituenda, quæ vim etiam habeant turbatam sanguinis mixtionem restituendi: quæ si ignoret Chirurgus, sicuti omnes illi, qui in physicis præfertim rudes sunt, id ignorant, & grum in præsentissimum non raro deducet discrimen: Hinc ego quidem novâ planè & veteribus inusitatâ incedo viâ, & decocta vulneraria non plenis buccis & in tanta copia, sed cochleatim exhibeo, primis præfertim diebus, quo de sanguinis statu atque acoris gradu reddar certior, id quod desumto quidem signo à juvanticibus & nocentibus haud erit difficile. His calculum & pondus addit *Celeberrimus Wedelinus*, quādo ita scribit in amœnis suis amœnitatibus: Quemadmodum autem certum est & constans fidumque assertum, vulneraria pro interno usu ad externam curationem plurimum prædestine, quo nomine expertissimam deprehendimus essentiam traumaticam in Tr. de terra Japonicâ Hagendorpii descriptam, ut lapides cancerorum, vel solos cum successiva usurpatos, taceamus; Ita alterum illud certum quoque est, traumatica varianda esse pro ratione affectuum & effectuum, &c.

VIII.

Pari confidentia proscribimus etiam vulgaria illa externa pinguis & oleosa, quæ speciosò & splendido nomine defensiva appellantur, & quibus poros cutis

tutis infaciunt, & non raro inflammationi januam laxant. Et ego quidem non video, quo sub colore aliquod inde Solamen expectare possimus, quin persuasum habeo, rationi & experientiae non solum magis consonum, sed ipsi parti affectae etiam magis proficuum fore, si vel sacculo arena calida repleto, vel vino calido foveatur, aut si spir. vini camphorato crebrius abluatur. Vide *Blankardi Karteſ. Acad.*

IX.

Neque minus severam meretur animadversionem perversa illa inflammations curandi methodus, quæ tamen altius hæret in Chirurgorum animis, ut facilius videatur clavam *Herculi* extorquere, quam radicata hæc tollere præjudicia. Quid autem aliud agunt suis repellentibus, adstringentibus & refrigerantibus, quam quod obstruktiones augeant, humores crassiores detineant, qui subtilioribus evanescentibus aciores facti fibras discindunt vel rumpunt, unde ancta obstruktione major supervenit tumor, & ad gangrenam via redditur magis expedita. Quod periculum, ut maturè avertatur, necesse erit, ut curas & cogitationes unice in obstruktionem intendas, cui scopo inserviunt alcalia, volatilia, aromaticæ, balsamica: v.g. Spir. Vin. Camphor. Spir. sal. armon. aqua calcis vivæ, suffumigia, sal volat. oleosum, diascordium, & quæ novas inducit fermentationes Theriaca. Item omnia illa quæ acidum stygium temperant, invertunt aut absorbent, quod Epithemata lac virginis dicta merito suo referuntur, quorum caput est, & vel centies à me probatum, illud *Zvōfferi* ex tussilag. flor.

rosar. alb. sambuc. vino, aceto, &c. patratum: nec minoris sunt efficaciae illa quæ habet *Dn. Mays in observat. suis*: hic enim primus est, qui in Chirurgia ignorantie gelu congelata glaciem fregit, & de quo spem faciunt, quod integrum Chirurgiam ex magni *Cartesi* Principiis illustratam in ægrotantium commodum & sauciatorum solatium editurus sit.

X.

Eadem ferulæ censoria digni sunt vehementes illi errores, quos in campo martio quotidie committi multi non sine vita discrimine experiuntur. Si enim castrenses chirurgi vulnera sclopetis inficti deligantes ipsarum partium læsarum fabricam & structuram, nec non indolem & naturam pulveris pyrii accuratus & intimius noscerent, ipsosq; omnis veritatis naturalis fontes delibassent, nec se ludibrio nec alios periculo exponerent: certum equidem est, quod de vulnerum horum natura quandoque judicent, ut cæci de coloribus. Ecquis nescit? quod ad unum ferè omnes vulnera sclopetorum pro venenatis habeant. Atque in eo quidem prudentiae edunt argumentum, quod ignorantiam suam celare, atque successus parum secundos malignitati & virulentiae tribuere satagent: tantum enim abest omnia sclopetorum vulnera venenata esse, ut potius natura horum vulnerum ob rationes satis notas omnium illorum symptomatum ferax sit. Præterquam enim, quod in his vulneribus aliquid de ipsa partis læse substantia auferatur, etiam hoc majus adhuc infert periculum, quod plures fibrillæ contunduntur & disrumpantur, in aliis autem vulneribus.

16

ribus paucæ saltem discindantur, inde enim est, quare sclopeto vulnerati gangrenæ & putredini, nec non convulsioni & febris, præ aliis sint obnoxii: major enim hic est obstratio, major tubularum & pororum perversio, major in fluidis perturbatio quam in vulneribus etiam vel punctum inflictis. Quæ vero de combustione partis globo trajectæ, aut vulnerum horum Empyreumate, pro exaggerando periculo garruli quidam adducunt, ea ceu commentum anile inter fabulas collocamus, quis enim unquam vim ignitam in globulo obseruavit? Ecquis nescit ipsos tormenti globos acervum pulveris pyri transire sine ullo accessionis metu? nisi forte impetum fecerint in corpus daturum, ex quo ignis excussus ipsum pulvrem pyrum accendat. Ridemus ergo illos, qui remedia sua contra Empyreuma in his casibus venditant, quibus se & alios inani lactare spe, imò fallere solent. Magnam autem ex antedictis foeneramur in curatione lucē, jam enim evictum est, omnem in id intendendum esse nervum, quod putredini, brevi longè lateque serpenti, obviam eatur, id quod per sola deobstruentia, fibras contusas à sanis separantia, tubulos & poros collapsos restaurantia, obtinebitur. In quenam finem internè rictum bezoarticum aut aliud simp' cum lap. 69. nitrum præparatum, & ius ipsū pulverem pyrum, tinct' Traumatic. omnia ex sc. diaphoret. Tinctur. rofar. extre- mè verò bals. indic. bals. vulnerar. gumm. elemi, empl. diapalm. cum ol. ccr. solut. terebinth. aloen, myrrham, ol. ovor. esset. absynth. Aq. Theriac. camphor. myini,

commendamus. Quod si profundior appareat putredo, admisceri his debet mercurius præcipitatus, qui salibus atque spiculis suis dilaceratas atque contusas fibras promptissimè separat, pores deobstruit, ipsamque suppurationem (solius quidem naturæ opus) egregiè facilitat. Sin ex colore livido, sensus & motus ablatione atque cadaveroso frigore mortis principium, gangrenam scilicet, adesse animadvertisimus, profundior statim in confinio instituenda erit scarificatio, quod sanguis acidus & crux nomine magis dignus exprimatur, post scarificationem autem pars gangrenosa aceto forti vel bezoartico aut aqua muriatica erit fricanda, quod pori eo faciliter aperiantur. Mox liquor ex calce viva cum aqua pluviali, spirit. vini & mercurio vel melle applicandus, superimposito cataplasmate de quatuor farinis dicto, aut fotu ex marubrio, absinth. scordio, ther. spirit. vini aliisque parato. Neque enim hic ulla admittenda est mora, aut inducere concedenda, cum locum hic habeat illud, quod Tiberio cunctanti & auribus lupum tenenti dicebatur, *aut age, aut desiste.* Quia quo citius pars mortua à sana separatur, eo certius æger in tuto collocatur: Sin autem id remediis his obtineri nequeat, extremæ calamitatis & ægro periculosa subeunda erit alea, atque ad extirpandam hanc hydræ ferrum in subsidium vocandum,

Nam quod non sanat medicamentum, hoc sanat ferrum, quod non sanat ferrum, sanat ignis.

Fieber und Stahl!
Heilt manche Quaal.

XI. Enja

XI. **E**nī vero putamus gangrenam incipientem in totali ferē omnium tubularum & pororum consistere obstruktione, usque adeo contumaci, ut non amplius sanguis & humores, sed subtilis saltem horum humorum vapor ad partem gangrenosam perveniat, qui paucos illos humores ibi adhuc existentes commōvet, turbat, aciores magisq; corrosivos reddit, hinc fibra nervae penitus absinduntur, quo ipso pars magis obstruitur & omni motu atque sensu destituitur, atq; ob denegatam nutritionem livorem induit. Chirurgus Septuagenario majori Vesicatorium in tarsō pelvis applicuit, subsecuta statim est gangrena, quæ in sphacelum (maximum gradum atque ipsam partis mortem) degeneravit: tandem, turbato à pestilenti hoc aere sanguinetotius, profundiior accessit somnus, quem elapsis aliquot diebus cum morte conmutavit, vir decrepitæ quidem ætatis, sed longissimo ævo dignus. Causa funesti hujus experimenti fuit lymphæ defectus, quæ spicula cantharidum alias demulcere solet: hæc autem magis sic sui juris facta fibras nervosas amputarunt, quæ in cunctis retroactæ angustationem pororum, partium vicinarum compressionem & humorum, in tali senectute jam dum vi corrosiva contaminatorum, restagnationem produxerunt.

XII.

Quare hic potest, unde dolor tum in principio, tum in progressu? & dolor ille, qui sentitur dum vulnus infligitur, est ab agitatione, distensione, dilatatione & concussione fibrilarum, nervarum, quo enim plurcs fibrilla yehemem-

tius discinduntur, eo majorem mens, de extremo aliquo insolito judicans, percipit dolorem. Verum ille, qui facta solutione vulnera costorquet, & plerumque aliquot elapsis horis intunditur, isti a novo impetu humorum circulantium, quibus transitus ab obstruktione denegatur, hinc, elabentibus, quæ datâ viâ, flexibilius particulis, reliquo, acriores facta, rodendo dolorem augent.

XIII.

Missis his transitum fatio ad tumores, in quibus cum cognoscendis tum curandis a scopo aberrant rationales Chirurgi, qui si in *Cartesianorum Scholis* essent enutriti atque educti, quid sanguis, quid cætera fluida, quid motus, quid figura, cautijs de corio humano ludenter. Horum prosector facit ignorantia, quare tumor indolens in apertum & immedicabilem abeat cancerum, & tumores molles imprudenter tractati se trahosam induant duritatem. Humores circulantes ex varijs generis componi, particulis nesciant, hanc si volitiles, magisque agiles imprudenter discussint, reliquo viscoso, arctius ineunt, connubium magisque indurescunt, ut vix amplius flecti, divelli & ad fluiditatis statum reduci possint. Picer etiam potest, ut acidæ quidem in tumore aliquo prædominium obtineant, sed quod plures oleosæ particulæ ipsis adhuc sunt immixtae, atque illæ sic juxta se invicem quiescant vel saltem minùs agitantur & durum quidem tumorear, sed insolentem constituant. Verum si Barba tonsor imposuerit medicis meata vi agitatoria pravida, expirant protinus partes balsamicæ spiculorum

cuspides obvolentes, hinc acidæ plus agitatæ majus spatum affectant, fibras rodunt & distendunt, atque acerri-
mum producunt dolorem, tandemque claustra sua rumpunt, unde ex cancro oc-
culto & non ulcerato fit ulceratus, partes
vicinas depascens & totâ massam sanguineam malignâ autâ insciens. Quem si
prudenter quis tractare voluisse, cane
pejus debuisset fugere suppurantia aut
discutientia dicta, quibus nihil amplius
perficit, nisi quod Crabrones irritaverit,
cum pótius saturnina acidum obtunden-
tia hic fuissent provocanda. Utpote idem
hic contingere videtur, quod in pulveris
Tonitruantis aut pyrii accensione fieri
solet, ubi nova plane emergunt phæno-
mena, quorum causas in illa massa præ-
extitisse vix credideris. Et sicuti nitrum
sibi soli relictum longè alium præ se fert
saporem, quam sibi in spiritum resolva-
tur, ubi spicula è capsulis suis excussa in
continuo nunc sunt motu & fluore, atque
ori indita undiquaque suis acuminibus in
linguam impingunt, merique acidum
communicant saporem. Et (quod præ-
clarè notat Cel. Maetz,) sicuti maxima est
differentia intra salem, cuius partes juxta-
se mutuò quiescent, & inter salem, cuius
partes in continuo sunt motu: qui enim
quiescunt juxta longitudinem suam ex
transverso linguae ut plurimum incumbunt,
illi autem qui continuo moventur, ut plu-
rimum suis extremitatibus acuminatis in
linguam profundè incumbunt, nervosq;
vividè fatis afficiant, ut hoc in acibus ex
transverso linguae impositis & quiescen-
tibus, vel in iisdem diversis motibus con-
cussis & quaqua versum agitatis, nec non
secundum sua acmina lingue occurrent

tibus, cuic; exploranti manifestum evi-
dit: Ita quoque humores antea in lati-
bulo silentes & tranquilli ipsis medica-
mentis intempestivè adhibitis efferi red-
duntur, atque gravissimorum morborum
authores existunt,

XIV.

Nequi ego gravissimos hos miror er-
rores, quin potius plures præ sagiam
ex ignorantia cœconomia animalis, quam
chirurgi ne attingunt quidem. Et quam-
vis ponc me servem catalogum vehemen-
tium errorum ab ipsis commissorum,
paucos tamen hâc vice enarrabo. Fuit
haud ita pridem insolens barba tonsor,
qui herniam inguinalem pro abscessu
habuit, nec prius errorem animadvertisit,
quam ubi lanceolâ tumore aperto foeces
fætore suo nares ferirent. Cui illud apud
Curtium regeris potuisset. Sciat iste insol-
ens Barbas, nihil esse difficilius, quam
Laconis armati latus fodere & iterun-
fanare. Alius strulosum pro anginoso
habuit, omnemque movit lapidem, ut to-
phaceum glutinum in pus mutaret. Puer-
g. annorum cœpit claudicare, atque de-
sinistri pedis dolore conqueri, parentes
vocabant me cum Chirurgo haud inex-
perto, correctavimus partem affectam,
vidimus spinam dorsi cæteraq; confinia,
sed nullib; causâ morbi invenimus: jussi
tamē femori & genu Emp. diapalina im-
ponere. Verum malum hoc manifesta in-
dies sumebat incrementa, pes jam abbre-
viari videbatur, accedebat calor febrilis.
cum tumore quôdam oblongo in regio-
ne lumbari; ancilla referebat, recordari
se puerum ludentem cum sodalibus humili-
uisse prostratum. Vocabantur in partem

cura-

curarum & consiliorum duo chirurgi Francofurtones, hi cum multa de luxatione fecissent verba, incisionem tumoris suadebant, & dictum factum esset, nisi ego solus obstitissim, regerens me ne signum quidem latentis puris observare posse. Sic abiēre re infectā, mihique interim negotium committebatur. Itaque per ordinarium chirurgum tumorem ter die liv. spir. convulsiv. cum sale armoniac. internè etiam spirit. sal. armon. Sylvii səpiùs exhibui, quibus remediis per plures dies adhibitis & tumor disparuit, & puer pristinæ redditus fuit sanitati in hunc usque diem optimè valens.

XV.

Nunc sub censum veniunt medicamenta repellentia quibus humorum ad partem affectam affluxum coercere allaborant, in quo tamen labore inanem plerumque ludunt operam, ipsamque inflammationem remediis his alacrem humorum itum retardantibus magis magisque exaltant & obstructionem augent. Evidem falsissimum est, quod humores unā vice majori in copia affluant quam aliā, ad unam videlicet corporis partem, quia sanguis arteriosus, à quo lympha reliquique succi omnes radicaliter dependent, æqualiter ad omnes totius corporis partes distribuitur. Deinde à vero non minus alienum est dolorem, & calorem attrahere humores, prout id antiquitus fuit creditum: nam dolori tumor supervenit non propter majorem humorum affluxum, sed ob eorundem restagnationem, dum interea novi semper à tergo sequuntur, & priorum copiam augent. Quod verò pars admodum

incalescens vel inflammatā etiam intumescat & rubeat, illud sit qb humorum majus spatum affectantium & vicinas partes distendentium agitationem & rarefactionem. Sicut ergo absurdum foret, dicere, fœnum recens incalescere ob majorem succi abundantiam, novumque ejusdem affluxum, ita humores circulantes copiosius subinde in tubulis reperiuntur, non quod copiosius influant, sed quod ipsorum circulatio retardetur. E quibus palam sit, quo periculo partibus vulneratis & inflammatis medicamenta repellentia imponantur, quæ potius digna essent, ut ex foro medicō penitus proscriberentur.

XVI.

Antequam hinc abeamus, haud pœnitabit despinosa illa spinæ ventosæ doctrina verba facere, quod malum plerumque infantes infestat, præsertim circa articulos, cum tumore, livore & ulcere partium mollium, quæ non solum ab acido fixo & lentemente lympha exeduntur, sed ipsum etiam os subiectum, quod focus hujus mali plerumque videtur, cariosum & nigrum esse solet; hiac non male ein Beinfresser vocatur. Describitur à *Severino*, quod sit abscessus corruptiorius seu sphacelismus ossis circa articulum in pueris, ex primis spermatis & menstrui sanguinis inquinamentis non repurgatis per congestionem illapsis & computrefactis natus: Nobis dicitur apostema ossis seu latus ossis & vicinarum partium sphacelismus ab acido fixo & maligno fermento intra osseam substantiam ipso in utero materno primitus congesto productus. Sicut enim fermentum variolo sum intra tubulos partium

carnosarum à lacte, quibus infans nutritur, & ex quo etiam formatur, in ipso utero colligitur, & postmodum occasione novi & insoliti ætheris cum aere, ventis, vino aliisque advecti in actum erumpit, ita hoc fermentum in ossium uno vel altero tubulo ab eodem lacte corrupto generatur & morâ, alimentis, novisque allabentibus humoribus, semper acerius & deterius redditur, donec focum suum perfodiat, os cæterasque partes exeat, lympham inficiat, & malignum hunc producat tumorem. Pauci autem sunt chirurgi, qui indolem & naturam hujus affectus exactè norunt, hinc vocati nil nisi suum oxycroccum aut stipticum crepat: nonnulli adstringentia imprudentius commendant, ipsique serpenti putredini sua ignorantia fores pandunt & vitam iterunt. Curatur autem hoc modo 1. si cutis adhuc fuerit integra, statim in formam crucis erit incidenda usq; ad ipsum os: quod pro secundo scalpendum, aut terebrandum, aut urendum, aut excindendum. 2. Vulnus consolidandum. Ego hactenus interne Bézoard. Minerale, Tinct. antimon. pilulas mercuriales, essent. viperinam Zvvafferi, vinum viperinum, gelatinam viperinam & unnia ex viperis externè verò spir. yini cum ol. ytrioli, aqu. fort. cum spir. Vin. Tinct. solis cum spir. salis ad mentem Zvvafferi paratam pulverem ad cariem ossium cum melle & spiritu vin. camphorat. laudavi. Quod si malum contumax hæc eludat prætidia, presentissimum remedium erit cauterium actuale, vel amputatio, de quibus vide ipsam Severinum & Jacobum Meckern.

XVII.

Tandem ad ossa luxata devenimus, in quorum repositione ipsi chirurgi quandoque suam produnt ignorantiam, cum non luxatum pro luxato, non repositum pro reposito sepius habeant. Quod inde fit, quia verum ligamentorum & tendinum situm ignorant. Quippe os semel è suo acetabulo elapsum reponi nequit, nisi in ligamenta partis oppositæ curas intendas tuas, hæc enim jam admodum distenta & elongata magis, illa vero in parte, per quam os elapsum est, contracta & breviora erunt, hinc summa opus est cautio, ne extendendo membrum luxatum his vel illis ullam inferas injuriam, sed sedula potius danda est opera, ut articulus præcisè per eandem viam, per quam elapsus est, regredi possit: si enim graviorem hic erraveris errorem, ipsam repositionem impossibilem & malum incurabile reddes, unde postmodum tumor, inflammatio, atrocissimus dolor & quandoq; abscessus oriuntur, id quod aliquoties videlicet licuit. Quod si in infantib; repositio ad plures dics differatur, omnino impossibilis erit, quia lympha in acetabuli vacuum copiolissime transudans & in cartilagineum excrescens omnem elapo articulo præcludit introitum. Tota ergo scientia chirurgica consistit in cognitione œconomiae animalis, quam non nisi in scholis Cartesianorum addiscit, & à E. Etmüllerio Chirurgia Medica appellatur. Nec non in convenienti manuali operatione, quarum tamen fundamentum est ipsa œconomia animalis, vel si maioris philosophia Mechanica. DEO sit laus, honor & gloria in sempernam! Amen.

COROL-

COROLLARIA.

I.

IN Casu notorio & ubi nulla aliis morbi signa apparuuerint, ex solis circumstantiis vulneris lethalitas pronunciari potest, hocq; iudicio medico stare tenetur Iuris-Consultus.

2. Inspectio Cadaveris plus inferior certitudinis respectu partium leazarum, sed non respectu lethalitatis praeceps considerata.

3. Neque ad lethalitatem vulneris praeceps sumptum requiritur anatomica partis demonstratio, sed sufficiunt symptomata, vulneris quoad ingressum & exitum situs & conditio, Medicorum & Chirurgorum indefessus labor & opera, aliaque circumstantia, e quibus aequa certe colligi potest, vulnera aliquod lethale fuisse, quam ex ipsa inspectione oculari.

4. Chirurgia Medica pertinet ad Medicos tanquam Dominos; practica autem ad chirurgos, illorum olim ministros.

5. Potus Coffa intemperie, & nulla

temperamenti & Constitutionis habituatione, sumptus viam sternit ad parabysin.

6. Potus Thee ipsis etiam phthisicis & Hecticis tutu propinari potest.

7. Omnia enim deobstruentia temperata sunt etiam remedia antihectica & antiphthisica.

8. In febribus tam continuis quam intermittentibus sanguis crassior & minus fluidus est.

9. Et qui a sanguine febricitantium per venam transsum cum impetu saliente ad ejus maiorem ebullitionem & citatiorem circulationem argumentantur, nesciunt distinguere inter motum sanguinis intestinum & progressivum; hoc enim immixtum intestinum augetur.

10. Errant ergo vehementer, qui calorem tanquam productum frigidis Julia-pus aliisque refrigerantibus tam externis quam internis extinguere satagine, cum vel ipsam sic extinguant vitam, vel morbum reddant deteriorem.

DISPUTATIO III.

ASTROLOGUS MEDICUS,

Catarrorum Theoria & Praxi Astrorum
vim & influxum

IN

Microcosmum paucis thesibus exhibens,

RESPONDENTE

JOH. PHILIPPO FABRICIO Hersfeldensi Hasso.

c 3

L.N. J

I. N. J.

I.

CATARRHALEM dicimus defluxionem, quando Humor lymphaticus nunc crassus nunc tenuis in parte aliqua hæret, & à circumiacentium partium calore agitatus sese magis extendit ad partes subjacentes, unde dolor, rubor, & alia supervenire solent symptomata. Frequentius tamen ejusmodi defluxionibus illæ corripiuntur partes, quæ glandulis lymphæ secretioni dicatis abundant, quæque aëris externi injuria magis sunt expolitæ, quales præter ipsum cerebrum sunt Nares, Fauces, Trachea & collum, à quarum partium diversitate Catarrhi diversas sortiuntur appellations juxta vulgatos SCHOLÆ SALERNITANAÆ versiculos:

Sé fluat ad pectus dicatur Rheuma catarrhus,

*Si ad fauces bronchus; si ad nares esto co-
ryza.*

II. Veteres in doctrina de catarrhis quam longissimè à veritatis aberrârunt scimitâ, statuentes materiam catarrhorum in cerebro vapores ex inferiori ventre attrahente eosque instar alembici Cucurbitæ superimpositi condensante colli, à quo postmodum humores in partes capiti subjectas depluant, hinc multa de parte mandante & recipiente, de facultate expultrice irritatâ aliisque operosè scripsierunt, que apud Riverium legi possunt. Enim vero hæc veterum opinio & autoritas mira quadam credulitate apud vulgus ita invaluit, ut hodierno adhuc tempore doctissimi etiam Medici, quibus insignes hi errores ex fundamentis anatomicis & physicis innotuerunt, ad sensum

vulgi loqui & captui ipsorum se accommodare cogantur: Quamvis extra omnem dubitationis aleam positum nunc sit, materiam catarrhalem à cerebro ad fauces, palatum vel etiam nares non delabi, id quod jam dudum pulchrè ostendit Schneiderus in suis de catarrbis Tractatibus.

III. Veritati itaque magis consonum est, statuere humorem catarrhalem à glandulis plenitudine nunc aggravativâ nunc irritativa onustis eructari, indeq; in partes subjacentes imbris instar depluere, quas omnium acutissimè depingunt Warthonus & Stemonius, & nuperrimè celeberrimus Willisius capite de respiratio-
nis organis; quō Lectorem brevitatis gratiā remittimus.

IV. Verum ut ad ipsum fontem & sca-
turiginem accedamus proprius, dicimus mineram universalem esse Massam san-
guineam, particularem verò succum nu-
tricium seu lympham in humorem excre-
mentium degenerantem, quatenus ipsum alimentum non raro corruptio-
nem inducit & ex digestionis vito excre-
menti magis quam nutrimenti præ se fert
faciem, quod Helmontius primò in scho-
las introduxit.

V. Sanguinem autem hīc affici & ex eo veluti Pandoræ pyxide infasta illa pro-
dire symptomata vel ex sola febri illâ continuâ, lentâ tamen, catarrhos særissimè concomitante evidentissime patet, non jam de aliis dicam symptomatibus eo tempore plures etiam partes infestantibꝝ. Quandoquidem turbatâ sanguinis mix-
tione non possunt non plures heteroge-
neæ particulæ in glandulosas partes ef-
fundi, crassificâ, acrimonia vel aliis mille
modis

modis peccantes, quæ membranas glandulosas his in partibus, quas catarrhalibus defluxionibus magis obnoxias esse superius docuimus, lacerentes & irritantes, sternutationem frequentem, sputationem continuam, copiosi muci rejectionem, molestam raucedinem & tussim in principio siccum, post humidam magis producent.

VI. Ipse autem succus nutricius, per tubulos partium solidarum & ipsa vasa lymphatica trajici solitus, si forte in motu suo impediatur, salva adhuc sanguinis crassi existente, & ob glandularum molestam irritationem à peregrino fermento cum aëre advecto introductam diutius detineatur & spasmodica quadam expulsione eliminetur in partes vicinas, catarrhi author quoq; existit. Id quod chymicorum & aurifabrorum funesta exempla comprobant, aërem fumis metallicis acrioribus imprægnatum in laboratoriis haurientium.

VII. Porrò cum multi humores ad statum volatilitatis evecti per cavitates & fibrarum interstitia hinc inde oberrare soleant, & per insensibilem transpirationem tenues abeant in auras, quoties his vaporibus ob pororum coarctationem & insensibilium meatuum constrictiōnem liber denegatur corneatus & transitus, ut concentri humores iterum mentiantur, non potest non statim in illa parte tensio, tumor, rubor, &c. oriri, hinc angina, odontalgia, aliquique prodeunt catarrhi, qui ab antiquis cerebro acceptum feruntur. Quanta enim singulis ferè horis per insensibilem transpirationem abeat sub vaporum forma humorum copia, id arguuntur Experientia desumptis probat

Sanctorius in Medicina sua statica. Ut haut immerito inde concludamus, materiam Catarrhi in corpore semper reperiti aliam tamen sub formâ incidentem, quæ quamdiu liberè cavitates & meatus transit, nullas oeconomia animali creat molestias, verum si in motu suo præpediatur, passim catarrhales fluxus excitare apta nata est.

VIII. Atque adeò terminum à quo ut loquuntur communissimè sanguinem esse statuimus. Vias autem per quas catarrhalis fluit humor dicimus esse vasa sanguiferæ arterias nempe & venas, quorum portia vitiantur ut vel nimis siant patuli vel saltem secundum figuræ suas ita perturbantur, ut peregrinas transmittant particulas nutritioni ineptas, quantitate & qualitate autem molestissimas.

* IX. Definitur nunc catarrhus, quod sit humoris alicujus è vasis sanguiferis effusio, in parte aliqua solida receptio iudemque poros & tubulos obstruentis. Vel quod sit decubitus seu effusio lymphæ plus minus viaria in partem quandam, quam definitionem nobis supeditat *Celloberrimus Etmüller.*

X. Verum enim verò triumphum fortè ante victoram canimus, nondum enim solidis rationibus evictum esse videatur, cerebrum ex mandantium partium numero proscribi debere, cum multa adhuc sint, quæ contrarium primò præseriat intuitu suadeant. Nonne enim gravatus capitis dolor catarrhos vel præcedit vel comitantur? Nonne eo tempore obstructio in narium radice palam observatur, quod evidentissimum est argumentum, os cribiforme ab humore puitoso nunc ita obstrui, ut non citra difficultatem aliquid amplius à cerebro im-

rares

nares transmitti possit. Nonne eo tempore, quô catarrhi nos vexare solent, somnus laboriosus & turbulenta insomnia nobis obtingunt, quidni ergo frigidam & quâ achumidam cerebri intemperiem accusabimus? Accedit quod alia adhuc via magis impedita ad oculum demonstrari possit, per quam reverâ humor ex cerebro ad nares vel palatum transferri videtur, nempe infundibulum istud omnibus Anatomicis satis luperq; notum, cui glandula præst ab officio pituitaria dicta, ast cum natura nihil frustra unquam fecerit, ipsi hac in parte consuetam suam velle adiunere prudentiam non minus imprudentia esse argumentum, quam eam summis etiam proscindere injuriis.

XI. &c. Committi fallaciam in duabus prioribus rationibus non causa ut causa, dolore enim capitis gravatus qui vel præcepit vel comittitur catarrhum ab eadem causa nempe sanguine pituitoso vel etiam seroso proficitur, cuius progeniem catarrbum esse supra docuimus, non vero idem numero humor à cerebro transmissus postmodum defluxionem catarrhalē demum producit. Et obstructio illa circa narium radicem non est intra sed extra cranium ab humore lymphatico ibidem hærente & tubulos porosq; istius partis obstruente suborta. Os enim cribroforme membranis adeo arcet cinctum est, ut ne aerem quidem transmittere possit. Quod si refocillatio quædam subitanea ab oderiferis percipiatur, non statim putandum quasi illa effluvia ad cerebrum usque per nares interveniente osse hoc cribroso penetrat, sed quod extra cranium sanguini alacritatem addant, ipsisque humoribus circulantibus figorem concilient, ut recollectis quasi viribus spiritus alacrius

munia sua subeāt. Deinde ubi sanguis loco subtiliorum particularū plures crassiores in angustias & maandros meningum & cerebri effundit, cerebrum obstruitur, dolor gravatus à tubulorum pressione supervenit, somnusq; laboriosus & turbulenta producuntur insomnia, quæ tamen phænomena nihil aliud comprobant, quâ quod ipsum cerebrum in catarrhalibus defluxionibus sapius compatiatur. Quod tandem infundibulum & usum glandulæ pituitariæ concernit, sciendum quod una cum subtilioribz sanguinis particulis quæ spirituum animalium nomine veniunt, paucæ quoque crassiores per cerebri substantiam rapiantur, quæ tandem motum suum deperdentes propria gravitate ad fundum tertii ventriculi sublidunt, & exinde per infundibulum ad os spongiosum relabuntur, ubi leye saltē momentum mucō narium superaddunt. Nequaquam ergo mucus iste copiosus qui ibidē reperitur, à cerebro excernitur, sed per vasorum innumerorum ad basin narum existentiū poros sub forma vaporum secernitur, & postquā volatiles partes evanescere reliquæ accedente aere frigido externo inspissantur & formam muci istius nanciscuntur.

XII. Neq; obstat quod caput præ aliis partibus defluxionibus sit obnoxium, utpote quod acri frigido liberū exponitur, ejusq; injuriam experitur frequentius, quod eo faciliter fieri potest, cum gaudet sensu magis exquisito præter nervos valde tenueros, breves & rectilineos, qui spiritibus turgidi acceptata impressionem brevi iterante promptissime ad commune sensorium deferant, ipsique humorum affluxui sic exceptam præbent occasionem.

XIII. Causas emotiores dividimus in naturales & non naturales. Inter naturales agmen ducit temperamentum frigidum & humidum, quando nempe in sanguine chylus crudior multæq; aquosæ particule prædominium obtinent. Suum quoque conferit symbolum ætas senilis juxta

Juxta aphor. 31. s. 3. Hippocratis; Senibus sunt distillationes. Quod sex res non naturales Medicis dictas attinet, inter illas primas aeri deferimus, non tamen eo statim negantes, cibos crassos concoctū difficiles, frigidos, humidos, potū fœculentum, acidum, animi-pathemata, studia à prandio statim vel cœna inita aliaque viā ad fluxus catarrhales reddere magis expediatam. Sed cum videamus, quod catarrhi certis anni temporibus plures diete leges ceteroquin accuratissimè observantes corripiant, causam multis etiam communem meritò præ aliis accusamus, consentiente Hippocrate s. 3. aphor. 12. & 13. Cujus hæc sunt verba: Post astatem siccam & aquiloniam & autumnum pluviosum & australem ad hyemem sunt raucedines & gravedinas: Rursus post hyemem australem & pluviosam ac ver siccum & aquilonium. Ecquis autem inficiabitur, aërem tellurem nostram ambientem, & cui nos innatum, quotidie ab effluviis è solo & solo ope certæ materiæ æthereæ ab aliis transmissæ elevatis mille modis mutari, quorum vi in sanguine nostro peregrinas fermentationes morbosasq; secretiones & præcipitationes naturæ nostræ infestissimas producit, ut variæ hinc inde in tubulis partium solidarum & præprimis glandulosis etiam membranis obstructiones & lymphæ depravationes fiant, quod senis cuiusdam mihi apprimè noti confirmat exemplum, qui toto vitæ suæ curriculo eo anni tempore, quo rosæ efflorescunt, contumacissima gravedine, tussi & raucedine semper laboravit, quæ symptomata tamen transacto efflorescentiæ tempore sponte iterum cessare solent.

XIV. Neque opinari velim, quod hi aeris effectus tot in œconomia animali

turbas excitantes in primis vulgo dictis qualitatibus tantum quærendi sint, cū aliæ adhuc potentiores in eo reperiantur, inter quas salinas potissimum in catarrhis excitandis efficaces deprehēdimus, Sal quodam aëri bene constituto inesse cum sale sanguinis nostri apprimè conveniens haec tenus ab aliis demonstratum, cui colore suum purpureum sanguis, nitorem suum spiritus animales, & blandam suam aeditatem fermenta viscerum debent. Verum cum aëris varias patiatur alterationes ipsius etiam hoc sal variis modis à natura sua deflectit & peregrina induit naturam, hinc pro diversitate temporum anni salina corporcula plus minus aëri inesse, ex plurimis constat phænomenis, dū vim suam corrosivam in peregrinantium labiis & naribus sæpe sæpius exserunt. Quod vero peregrina hæc salia certis anni temporibus solo & solo evocentur, à sale sanguinis nostri quam longissimè abludentia, nullam aliam cum D. Fuhrmanno de Catarrh. agnosco causam, quam quod tellus motu suo annuo [si ex Copernici hypothesi ita loqui mecum velis.] Nunc his cū astris fixis, nunc cum aliis conjugatur, & ab iis recedat, quodq; reliqua vagabunda lumina variis suis aspectibus, quadraturis, oppositionibus, conjunctionibus, &c. Certam inter se faciant dispositionem in certo ordine ad certa puncta, hinc enim peculiaris aer, & materia certa subtilis alter figurata & alia magnitudine prædicta certo tempore ad nostrum transmittitur hæmisphærium, quæ denuò alias atq; alias ex gremio terræ elicit particulas, easque cum aere co[m]unicat, cum quo attractæ per inspirationem vel per alios cœcos meatus admitti sanguinē propriasua inficiunt acrimonias, vel sales sanguinis no-

stri præcipitando lympham sive succum nutritium degenerare faciunt, ut inde variæ catarrhales producantur defluxiones, præprimis in illorum corporibus, quorū vasa sanguifera eorundēq; pori peregrino huic fermento facilius auscultant, vel qui membranas valde sensibiles naëti sunt, ob quam causam infantes catarrhis magis obnoxii sunt quam ulla alia ætas.

XV. Ex priori thesi abunde satis patet, vim illam & efficaciam aëris in producendis Catarrhis, ab astris potissimum proficiisci, cum juxta varias constellaciones luminumque phasēs eum varie alterari sentiamus, hinc restare adhuc videatur, ut ostendamus, quomodo potiora Catarrhi symptomata per suas causas clare & perspicue explicari possint. Occurrit autem statim divisio catarrhorum in frigidos & calidos, quos tamen diversis in subjectis diversæ indolis & naturæ ab una eademque causa origi statuimus. Ubi enim humor crassus & viscidus præcipitat, nihil vel parum salis fixi habens, catarrhum frigidum adesse dicimus, tuncque dolor saltē gravatus percipitur, nisi forte sal admixtum fuerit, quod rigiditate sua ac acumine ad recurvos tubularum hærens mæandros dolorem laceratium vel pungitivum producat. Quod si sanguis jam dum acri sit, & ab aere mixtione & motu contrariante alteretur, ut paucæ balsamicæ particulae quæ ipsi adhuc insunt dissipentur, tum reliqua catarrhum calidum & dolorem valde exquisitum excitant. Et cum à fermento illo peregrino sanguis incidatur & subtilisetur, plures etiam subtiliores particulae cerebro suffunduntur, quæ rapidiori motu vigiliarum statum inducunt.

Sitis intensissima ortur ob serì defectum, aliò translatum, vel etiam ob obstructionem tubularum faucium, motus tremuli fibrillarum imminutionem inferentem, occasione cujus mens sitis ideam concipit. Interea Tracheæ glandulæ imbris instar serum plorant, unde raucedo & tussis convulsiva, quod si copiosius & impetuosis in bronchia depluat, suffocationis motum infert: Quæ omnia graviora redduntur, quando in reliquos, quoque respirationis musculos acres deponuntur exuviae. Et cum mixtura sanguinis à peregrino illo fermento in cordis thalamis lèdatur, febris accedit, circa vesperam & noctū præprimis cum tussis, reliquorumq; symptomatum incrementis affligens, ob poros e tempore magis conniventes, & parciorem noctū quam interdiu transpirationem. Urina subinde est pallida ob salium defectum, quæ in glandulas capitis maximam partem effunduntur.

XVI. In via salutis & mortis ambulantibus Prognosin exhibit Celsus, inquiens: Si ex capite [hoc est glandulis] in nares destillet humor, leve est: si in fauces pejus; si vero in pulmones pessimum. Ipse etiam Hippocrates judicat catarrhos senibus infultos. Et qui nares habent humidiores, minus prospera utuntur valetudine.

XVII. Indicationes à lymphā nunc crassa & viscida, nunc tenui & acri pertinentur. Laudantur in principio fluxus pilulæ catarrhales laxativæ, de Succino Cratonis, Francofurtense methodo Hafrianâ exhibitæ. Fortiora purgantia ubi præsertim trachea & pectus afficiuntur cum Cratone exulare jubemus, quæ in morbis

morbis pectoris citra omnem rationem & prudentiam tantopere à nonnullis commendantur. Quod si tussis valde urgeat & vox rauca sit, venælectio concedi potest, quam in seipso administrari passus est *Riverius*. In gratiam totius massæ sanguinæ cauteria, vescatoria & scarificationes admittuntur, quæ admodum prodesse solent, ob causam tamen longè aliam quam Veteres & cum his vulgus persuasum habent. Multa enim & hic æquè ac in causarum doctrina falsa nituntur hypothesi, multaque magna postulata obtruduntur. Varia quoque Emplastra & Cerata capiti prius raso impununtur, inter quæ laudem potissimum meretur Emplastrum cephalicum *Schröderi*. Vertex oleo succini inungitur. Quorum omnium exploratus successus non in retentione catarrhi, sed in obstructio- nis reseratione lymphæque correctione potissimum consistit. Profundetiam pediluvia, non quod attrahant [terminus medico philosopho indignus] sed quia sanguinis acrimoniam temperant, & poros deobstruendo transpirationem promovent, in catharris valde proficiunt.

XVIII. Nisi magna fibrillarum nervarum obstet irritatio, incidentia & attenuantia tum externè tum internè exhibenda. Inter externa locum habent Sternutatoria, nisi forte catarrhus oculis bellum indicat, Masticatoria & apophlegmatantia, si faucium conditio illa admittat; Interna præcipua sunt Aq. Asthma. *Rudolphi Imperatoris*, *Veronic*, *Hysop*, *oxymell*, *scyllit*, *Spirit*. ammoniaci cum sale ammoniaco destillatus, Sperma ceti & alia apud Practicos obvia. Astubi ob continuam valdeque molestam

membranarum partium vellicationem nullæ conceduntur inducæ, nimia illæ sensilitas temperanda per Opia & intrassiantia, quæ prudenter exhibita omne absolvunt paginam: Huc spectant Moruli de Thure, pilula de cynoglossa, *Philonium Roman*. Theriaca recens, Theracæ, diacodium tum liquidum tum solidum, Cachunda Indica, Bolus armena, &c. Similem quoque sortiuntur effectum suffimigia mature in usum vocata, quibus impetus catarrhales ad miraculum usque refrænari possunt.

XIX. Suus etiam debetur honos sudoriferis, quæ omnium optimè peregrinum illud sal è sanguine foras eliminant, & debitam restituunt mixturam, ut plus his proficiamus quam catharticis frequentius exhibitis. Idem esto judicium de diureticis, quæ serum & conuenter sal in illo dilutum exoptato successu educunt, eorumque usus in curando & præservando non est exiguis. Hinc oleum scorpionum magnum etiam foris lumbis illitum tantopere profuit in infante catarro cum tussi & febri labrante apud *Riverium in observ. 55. Cent. I.*

XX. Fonticuli magna cum spe hinc inde excitantur, quorum tamen abusus paucis quoque notandus: Multi enim persuasum habent, humores istos, quos e fontanellis quotidie manare vident, esse mero excrementios, & tantum catarrhis subtrahi, quantum quotidie hos per rivulos foras amandatur. Verum ingenis profectò subest error, qui facile detegi potest, si in memoriam revoceantur, quæ alibi docui de sanguine, nempe quod sub forma sanguinis nec vasis egrediatur nec nutrit. Hinc rectius dicitur

materiam illam ichorosam vel purulentā quam fonticuli lachrymantur, esse succum nutritium cum paucō crōre quem dilacerata vascula capillaria effundūt permixtum. Adeoq; in illis qui lautiū & largius cœnānt, aliquem præstare possunt effectum fortē non contemnendum; dandum tamen aliquid consuetudini & credulitati, ut enim nulla ferē datur religio, quæ non suas habeat (sanō tamen sensu) superstitiones, ita in ipsa medicina plura ejusmodi idola reperiūt, quæ magnam sibi pariunt inter homines confidentiam, ut in ludicris his remediis ægros habeamus valde morigeros, in seriis verò & quæ in cura omne ferunt punctum semper contrarios. Nolo tamen author esse, ut quis hisce motus ulcuscula illa statim occludeat velit, id quod citra incommodum vel etiam periculum fieri nequit, consueta enim etsi deteriora insuetis minus nocere solent.

XXI. De Remediis, quæ præservationis gratia exhibentur, notari adhuc volo, illorum usum Planetarum conjunctiōnibus & distantiis, nec non solis per zodiaci signa motui accommodari debere, nisi magnas in cœconomia animali velis exercitare turbas, vel saltem inanē ludere operā.

XXII. Sed quid de Nicotianæ fumo pronunciandum, qui multis, catarib; his vexatis, prodesse videtur? In cura palliativa locum sibi famosus hic fumus vendicarē potest, & vires ejus quas Patroni pollicentur plerumque in fumum abeunt, quis enim inficiabitur peregrinas has atomos in sanis etiam facillimè rauerdinē & tuſſim excitare? Quod si prætendatur, virulentiam illam corrigi, vel potius virtutem exaltari posse, aromatice olocolis, & aliquis sic jactetur effe-

cus, is vel consuetudini vel solis illis aromaticis conferendus est, nec aliam fortē ob causam Tabaci usus conceditur, quam ut proverbio satisfiat: *Aegrotantibus gratia.*

XXIII. Tandem cum omne ferat punctum diæta, quæ à plurimis tamen negligitur, ut vera *Arabis* illius sit admonitio, quam in consilio Regi suo præscriptis, homines, si sic seipso gubernarent, ut suorum equorum curam habent, minus ægrotaturos, sedulo ejus præcepta inculcari debent. Eligatur itaque aer serenus, vitetur ventosus, pluviosus, valde frigidus & calidus, vel si evitari non possit, sufficiens in conclavi corrigitur. Quilibet caveat Solis & Lunæ radios, hi enim catarrhum multiplicant, monente *Cratone in suis consilios:* Caput & Thorax diligenter pannis muniatur, ut tamen nō restuet, neque frigat nimium. Exercitium sit moderatum. Singulis diebus studeat excernere superfluitates fæcum & urinæ. Somnus sit nocturnus, diurnus enim pessimus; Panis sit ex optimo frumento, bene fermentatus, sed sine sale. Carnes sint facilis digestionis, boni nutrimenti, & paucarum superfluitatum. Evitentur alliata, cæpacia, cascoca, reliqua enim lacticinia convenire videntur. Post cibum, quod *Celsus* præcipit, neque scribendum neq; legendum, nec quicquā aliud moliendū, quod meutem exagitet, quibus enim caput infirmum est, iis ne cogitationem quidem à cibo tutam fore idem *Celsus* judicat, maximè itaq; à cœna, ab iis temperandum, nec in multam noctē lucubrandū, multo minus inter comedentes sedendum. Pro potu ordinario commendamus cerevisiā sassafratā, à fortiori verò abstinentendum. Vinum quandoq; cōceden-

cedendum præprimis extra paroxysmum, quamvis difficile valde sit etiam in ipso paroxysmo aliquid certi determinare, cā eum & profusus & nocuisse compertum habemus. Notata dignissima est historia, quam narrat *Willius de juvēne catarthis* valde obnoxio, qui quoties vinum bibit geniculum, egregiū semper percepit levamen, forte quod lie transpiratio aucta fuit. Sic quod uni nocet, alteri nonnunquam prodest. Habeat itaq; medicus rationem sibris & ruffis, & tunc facilè determinare poterit, quid agrotanti profuturum.

XXIV. Animi pathemata cane pejus fugienda; animo vive pacato, tuaque sorte rerumcunque cum virtute junctarum conscientia contentus. *Talis in animo tuo sit status, qualis supra lunam: Ibi semper serenum.*

XXV. Restat nunc ut fidem in limine disputationis hujus datam liberem, astrorumq; vim & efficaciam in Microcosmū & præsertim fluidas ejus partes paucis adhuc ostendam, quam si probavero, nullus dubito, quin ipsa Astrologia judiciaria magnam inde feenerari possit lucem & confidentiam, in quam varii nescio cuius seculi vitio irrepserunt errores, ut viris doctis indigna judicetur & ad aniles prescribat fabulas. Ut at enim casta ac munda olim fuerit, hominum tamen vel improbitate vel inscitia ita depravata ac corrupta nunc est, ut vel ad nomen ejus piæ horreant aures, astrologosq; non aliū ferè sonet, quam vanum, superstiosum, impostorem reipublicæ perniciosum. Vide *Schotti Curs. Mathem. lib. 10. de Astrologia.*

XXVI. Ut itaque firmo stemus talo, nec titubante pede scopo nostro excida-

mus, argumenta quædam tum ex ratione tum ab experientia desumpta in scenam introducam. Quod fortè tanti laboris opus non erit, cum facile consentientes mihi pollicear eos omnes, qui vel semel ad harmoniam inter macrocosmū & microcosmū in variis juxta phases planetarum variasq; constellations alteracionibus conspicendiā attenderunt. Perpetua enim veritatis regula manet *Hermes Trismegisti: Quod est superius, est sicut inferius.*

XXVII. Primum itaque argumentum desumo à natura astrorum præcipue autē fixorum, quæ cum igne sint naturæ, non possunt non ignea per eclipticam continuo exspirare effluvia, indefinitæ figuræ, magnitudinis & motus, pro astrorum etiā diversitate diversa, quæ in aere intercedente condensatione vel rarefactione varias tempestates, in gremio telluris vero variis cum salibus mineralibus fermentatio stupenda exhibent phœnomena, & sub schematismo vaporū plurima corpuscula à centro telluris versus superficiem protrudent, quæ cum aere corpora nostra permeantia non possunt non peregrinas fermentationes & alterationes ibidem excitare, & cum astra, non obstante distantia, radiis suis in habitantium oculos noctu agant, nihil etiam obstat, quominus nonnunquam morboſo ſigillent sanguinem charactere.

XXIX. Radicationes illæ (quod alterū est argumentū) ubi primas jam deferimus Soli, a corporibus solidis, in quæ incident & reflectuntur, aliam nanciscuntur cursus formā & insimul pro diversitate superficie iſorum corporum, quā ſolem aspiciunt, iterū varii vapores diversi generis & naturæ, non parum cooperante igne.

centrali, quem non solum in Luna sed in aliis, etiam planetis, forte similem illi qui in centro terrae latet, supponimus, cum illis radiis reflexis ad hæc inferiora transmittuntur, majoremque sic nocti energiam vel viribus suis exhausti phænomena in his inferioribus & sublunari bus exhibent, & in eo dicitur planeta rum consistere influentiam non solum in aliis sed etiam in nostra corpora: Radios cina milles modis reflecti posse, eorumque vim nunc intendi nunc in inuisi probant specula istoria, nec non visivit illi radii qui ab adstanti amici oculo inflamato versus oculos in eum aliquandiu intentos reflectuntur, unde patet quod plurimi morbi astrales à variis planeta rum inter se invicem aspectibus, conjunctionibus, oppositionibus, &c. in corpore humano producantur, & quod ipsa insolita circa noyilunium vel plenilunium superveniens sanguinis fermentatio, quando mulierculæ tribatum lunare solvunt, à nulla alia causa quam astrorum influxu dependeat, inter quæ quoad emissionem forte prædominium obtinent Sol & Luna, in modificatione autem planetarum reliqui.

XXIX. Corruit sic argumentum in contrarium productum, quod ferreum alias & adamantineum audit, à distantia illa & immenso spatio quod est inter orbem nostrum & siderum vorticibus desumptum; in fluidis enim corporibus, ubi præsertim situs accedit convenientia nunquam effectus in distans impediri possunt. & que enim facile aliiquid à corporibus celestibus in sublunaria intercedente aëre, corpore fluidissimo, adjuvante lumine, quod in pressione consi-

stit, vibrari & transmitti potest, ac effluvia nunc grata nunc virulenta & iniuncta intercedente corio in chirothecis plures per annos etiam per universum terrarum orbem transportantur. Et qualis est proportio inter unicum granulum chermes vel colocynthidis, & aliquot hæminas aquarum, quæ ab ipsis insciuntur, talis est, & forte major adhuc, siderum respectu nostrum tellurem inhabitantium. Si excipias, moleculas illas à sideribus emissas & paucas fore & insensibiles, respondeo, & morborum causas insensibiles esse, effectus vero sensuum examen effugere non posse, vide elegantiissimam Etmülleris disputationem inscriptam parva magnorum morborum initia. Quantitatem quod attinet, nec hæc satis potens est, ut fermentum aliquod in profundioribus latens tubulis semper excutere possit, sed sufficit certa materia ætherea, quamvis tanta in copia non influat: sic in febri ardente variolarum fomes è latebris suis non excutitur, quamvis eo tempore major copia materiae æthereæ corpori insit, & mulier extra consuetum fluxus mensium tempus stans ad focum plus incalescere, & copiosorem admittere potest materiam ætheream, neque tamen menses fluunt, nisi certa illa materia ætherea, tales determinatam in sanguine producens fermentationem, accedat, à qua sanguis ad excretionem illa menstruam demum disponitur; sic magnes in ignem conjectus nihil virium acquirit, sed potius illas deperdit, quamvis copiosior materia ætherea ipsum permittat.

XXX. Multò minus obstat, quod aspectus, nempè revolutio, oppositio, &c.

mo. 2

momentanei sint & transitorii, solent enim non solum signa instantis aspectus praecedere, & cessante iterum aspectu manifesta effectus vestigia plures per dies adhuc in languine reperiuntur. Non enim statim omnis effectus sublata causa tollitur. Solis ingressus in arietem in certo fit temporis minuto, quando æquinoctium vernalē constituit, & tamen aliquot diebus non dicam septimanis ante æquinoctium insigne mutationes & turbæ in economia animali obseruantur, & transacto æquinoctio aliquandiu continuantur.

XXXI. Observari autem velim influentias illam in sublunaria non solum in lumine & calore quærendā esse, quod ipse Schottus insignis Mathem. in tract. superius allegat. p.m. 298. confitetur. Cœlum, inquit, & astra non per solum lumen & motum agunt in hac inferiora, sed per alias etiam virtutes, quas communiter influentias appellant Philosophi. Probatur, [1.] quia non omnium effectuum, quos à cœlo & astris pendere certò scimus, causa reddi potest ex solo lumine, nam multi contingunt etiam quando astra, à quibus dependent, sunt infra horizontem, & nullum lumen producunt ibi, ubi effectus continent, ut est fluxus ac refluxus maris, qui si à Luna etiam infra horizontem existente. [2.] Quia effectus qui Soli, Luna, Marti aliisque planetis adscribuntur, sunt valde diversi, & tamen lumen ipsorum non videatur esse adeò diversum, cum sit in plerisque lumen Solis, receptum à planetis & reflexu adhac inferiora, tanet si aliqui etiam abunde lumen habere videantur. [3.] Quia lumen, ut lumen est, solum illuminat, & aliquid ealefacit etiam, ergo ut sidera tam-

diversos effectus producant, debent prater lumen habere alias virtutes; hucusque ille. Quas virtutes nos in certa materia ætherea nunc cum his corporibus magis fermentante quam cum aliis venamur, satis virium habente, ut alias atque alias sanguini nostro superinducere possit fermentations, ut non planè sit de nihilo in exhibendis medicamentis catharticis ad constellationes attendere. Remorantur sanè purgantia, quando luna coniunctione, oppositione vel quadrato tangit Jovem, Martem vel Saturnum, ob causas tamen diversas, quas Maebius in instit. adducit, qui videatur. Tanta nempe vis est istarum radiationum, ut sanguis ipsis auseculans nunc facilius nunc difficilius purgantium motum & impressionem suscipiat. Neque ita absolutè asserere audeo, omne lumen in planetis æque ac fixis tralatitium esse, quamvis enim non sint corpora calorem inducentia, sunt tamen corpora splendentia, similia gemmis, chrysolallo & aliis, in quibus tamen non obstante etiam duricie, varia quotidie emanant effluvia, vide tract. illustris Boyle de gemmis. Adeoque forte magis apta erunt certa quædam effluvia pro diverso situ & positione emittere, non enim video quare corpora illa, in cœlo superbientia effecta prorsus & inertia esse credamus, ut nervosæ hinc non minus quam verè scriperit celebris ille Mathematicus Abdias Trevu, quid opaci sublucē planetarum & siderum latere, cum diversas exhibeant colores, id quod Martis rubor & vicarii ipsius cordis Scorpī, Candor Veneris & Sirii nec non Saturni pallor evinquent.

XXXII. Neque tamen induci possum;

ut:

ut facile credam, quosdam planetas esse
absolutè malignos, quosdam verò beni-
gnos, quam difficultatem antea laudatus
*Dn. Trevv Professor Aldorfinus in Astro-
logia sua Medica felicissimè solvit, de quo
celeberrimo Mathematico meo quidem
judicio verè dici potest, quod de *Angelo
Sala Chymico expertissimo non nemo
scripsit: Quod nempe solus inter Astro-
logos mentiri dedidicerit. Vide plura in
allegato tractatu p. II.**

XXXIII. Consistit autem siderum in-
fluxus in insigni quadam sanguinis tur-
batione, vel amicabili superaddito vigo-
re, ut alacriores inde exsurgent spiritus
animales, vel si sanguis turbetur, & hi
deficiant, ac in placido suo ordine &
tranquillo fluxu impedianter. De sole
equidem nemo mihi facile litem move-
bit. Sed an Luna in hac sublunaria agat,
sibiq; aliquod in Microcosmum vendicet
imperium, super eo authores inter se in-
vicem contendunt. *Antonius le Grand*
vir doctissimus & disertissimus astris o-
mnem vim derogat, & ipsius lunæ influ-
entiam constanter negat. Ad argumen-
tum autem de Conchis, medullâ ossum,
&c. desumum & experientiâ nitens ni-
hil aliud ferè reponit, quam quod con-
trarius etiam affectus observari possit.
Quam tamen responsonem ipsa refellit
Eutorpha, & patresfamilias contraria sup-
peditare possunt argumenta de Cancris
quos juxta phases Lunæ plus minus suc-
cip plenos, & humoribus turgidos repe-
riunt. Alterum experimentum, luna-
rem influxum satis efficacem esse pro-
bans, à vulneribus capitis desumitur, quæ
consentientibus omnibus Medicis & Chi-
surgis in plenilunio majori cum periculo

conjunctiona sunt, quam in novilunio, pro-
pterea quod cerebrum in hoc magis sub-
sideat in illo verò magis turget, ipsique
cranio proprius sit. Et quis ex Medicorum
ordine inficiabitur, omnia purgantia fel-
liciore fortiri effectum luna decrescen-
te exhibita, cuius infaustus aspectus fa-
cit, ut omnes illo tempore nati valetu-
dinarii sint, nec prospera valdeque con-
stanti gaudeant sanitate, nisi forte alia
potentior causa id impediverit, quod sœ-
pius laudatus *Trevv* in sua observavit fa-
milia. Quod si nunc solidis rationibus
obtinuero solis & lunæ influentiam effi-
cacem, nullam video prægnantem cau-
sam, quare si non parem saltem aliquam
vim reliquis planetis & stellis fixis tribue-
re velimus, cum majorum luminū influ-
xum in hac inferiora ipse etiam *Verulam*.
admittat, quæ Bombardarum instar esse
scribit, quamvis de minoribus valde dubi-
tet, quæ instar arcus tantum non habere
virium persuasum habet, ut per tam
amplum spatiū ferri queant. Non jam
dicam de scarificatione & sudoriferis,
quæ pariter favente luna in usum vocan-
da, nisi plus damni quam commodi in-
ferre velis.

XXXIV. Constellationes variosque
siderum aspectus & motus ad sanitatis
conservationem vel etiam morbosam
introducendam dispositionem plurimum
conferre tandem Eclipsis testis omni ex-
ceptione major abunde satis contestatur.
Cuius effectus causam in luminis pri-
vatione consistere puto, quod magnæ
alias est efficaciæ in corpore humano.
& sanguinis circulationem spirituum-
que generationem non parù promo-
vet. Alt quod sinistra illæ constellationes
non

non omnibus promiscue noceant, causa est, quod non omnium sidera natalitia æquali feriant aspectu. Si enim sideris alicujus hoc tempore influentis magna sit cognatio cum natalitio ægri, ipsa curatio erit difficilior, quod non advertentes Medici, nihil fere habent, quô curæ difficultatem variasque recidivas sèpius excusare possunt, **EXPIRO CREDE ROBERTO.**

XXXV. Quæritur hic qui fiat, quod medicis de subitanea atque funesta mutatione ne cogitantibus quidem, in multis tamen ægris inopinato ejusmodi & subitaneo superveniente novo morbo eventus sinister & medici prognosin & ægrotantis spem eludat? Placet mihi decisio *Abdias Trevv*, qui in ea est opinione, dari symptoma morbis supervenientia, que ab ipso morbo, quo cum æger conflictatur, non dependeant, vide *theſ. 46. diff. 3. Astrologia medica*. Nempe quoties Luna ipsum gradum signi alicujus natalitii ingrediens, aut nodum descendenter, quem *Caudam Draconis* vocant, transiens, in radios mali cuiusdam planetæ (martis præsertim aut etiam Saturni) incidit, tunc catarrhus suffocativus, Apoplexia aut similis peracutus paroxysmus inducitur, qui finem vitæ ægrotantis imponit. Tantam enim lunæ esse potentiam in tempestatibus in aëre excitandis in confessu est apud omnes Astronomos, ut exinde concludamus similes turbas in cœconomia animali pari facilitate moveri posse.

XXXVI. Antequam autem colophonem his imponam, quærere placet, quare Astrologia judiciaria juxta Ephemerides veterum instituta sèpissime fallat? *Ez.*

Causam esse translationem stellarum, à Hipparcho enim ad nos observatum est, solem incessanter descendere (Liceat mihi juxta commune Mundi Systema loqui) ad terram, unde prævenit solsticia & æquinoctia, angustiores circulos describendo, & sic terræ continuo fit propinquior, unde obliquitas circa tropicos decrescit, hinc sit, ut intersecet Äquatorem etiam prius quam olim. Observant enim Mathematici, quod post annum 1770. nulla stella amplius erit in Ariete, sed omnes in Tauro: Stellaræ Tauri multæ sunt in geminis, Geminorum ferè omnes in Cancro; Cancri multæ in Leone &c. quomodo ergo de effectibus stellarum nunc à stellis in alia signa translatis judicare Astrologus potest. Hinc magna opus est reformatione, neque tantopere mirandum, si nostris temporibus Astrologorum judicia ut plurimum sint falsa cum nempe adhærent Antiquorum scriptis, qui scriperunt de virtutibus stellarum in quo statu erant, non respicientes ad eorum mutationes, quas nostris temporibus experimur. Ut quam maximè necessarium videatur, novam ab experientia hodiernâ petitam cedere Astrologiam, nisi cum aliis cœcutite velimus. Interim hoc nostram sententiam non impugnat, non enim exinde sequitur, astra plane non influere in sublunaria, sed illa saltem nunc alios fortiri in his inferioribus effectus quam olim. Ego contentus quod studiosos Medicinæ ad consideranda sydera hor-tatus sim, in quo non exiguum officiū partem consistere credant, nunc pauca de cometarum in foro medico effectibus annexurus sum.

XXXVII. Nolo autem hic prolixius in cometarum naturam & causas inquire, id quod viri me longe doctiores jam praestiterunt, sed Medico magis dignum esse puto, vim Cometarum & effectum indagare, ut quos morbos, si quod habent in sublunaria imperium, & quas turbas in cœconomia animali producere possint palmam fiat. Sunt qui Cometarum auram Regibus solari funestam fore prædicunt, & vapores istos malignos quasi per tubum magnatum palatiis afflari credunt, ut bujus vel illius Principis ingrediantur conclave, ibique virulentiam non verò alibi exerceant. Quod Rationi & Experientiæ refragari persuasum habeo. Omnibus conspicendus Cometa in cœlo exponitur, adcoque omnes etiam hoc tangit prodigium, in cuius effectus determinatione Experientiæ plus videndum esse statuo quam ratiociniis. Quod si autoritate stare velimus, viderit euidem effectus parum secundos Cometarum semper sequir apparentiæ, facile evinci posse, id quod per innumera Exempla à *Trismegisto*, cuius Existentiam & profundam in rebus naturalibus scientiam solidissimis vindicationibus *Borrichius Noster contra Corringium Medicum & Politicum consummatissimum*, ad hæc tempora usque eleganti lerie probat *Comes à Fliseo in Æbara prima decadis de Faro*. Et Cometas hoc seculo apparentes determinatos semper habuisse effectus ipso effectu demonstrat M. Georg. Samuel Birling in Tr. *Der wackere Stab des H. Clem/ oder frisch grünende und zur Straße bereitete Ruhst / hoc anno Erfurti edito.* Incipit hic Author à Cometa


Anni M DC LII. pergens ad Cometas Anni 61. 64. 65. 77. ad illum hoc anno apparentem, & ad oculum ostendit, auguria illis temporibus facta nunquam fecellisse.

XXXVIII. Nihil itaque obstat, quominus de Cometa, quem hac hyeme non sine horrore conspeximus, infesta quoque præfigamus nobis tempora vel metuamus : Tales tamen potissimum morbos ab eo produci posse non sine ratione statuimus, qui insignem mixtionis sanguinis turbationem à peregrino Æthere introductam sequuntur, quales sunt Febres acutæ, dysenteria pestilentialis, Abortus, Apoplexiæ, motes inopinatae : imò quod sepius fieri solet, etiam nunc metuendum, ne incognitus quicam morbus Epidemicus brevi insequatur, cuius vim non parum adaugere poterit magna illa Jovis & Saturni conjunctio, anno 83. exspectanda. In quo prognostico si erravero, gratiam tamen mihi erranti habebit Lector benevolus, si contrarium accidat, in illa medicorum messe vel autumpno & ego non minus in maximo verabor periculo ; Id quod constanti exspectabimus animo quibus solatio est, quod sub Deo simus.

XXXIX. Sed unica difficultas adhuc componenda restat. Videtur enim impossibile, ut cometarum effectus plures post annos demum sese explicent, id quod argumento est plurimis, ut cometas nihil præfigire posse persuasum habent. Verum si longissimum illud iter quod effluvia ex cometa per æternum ad tellurem nostram emetiri debent, si temporis diurnitatem, quæ ad evocandos

candos vapores è telluris gremio & ex-
citandas tempestates tum in æte tum
in œconomia animali requiritur, ad
animum revocemus, & philosophico
oculo reliqua intueamur fermenta, quæ
nonnisi temporis diuturnitate ad matu-
ritatem & activitatem exaltari queunt,
difficultas illa facile tollitur. Præsertim
cum experientia constet, ipsa venena ita
præparari posse, ut assumpta non nisi
longo abhinc tempore virulentiam exer-
ceant, sic referente Dappo in Indiae Oc-
cidentalis districtu Guatimala dicto
viperæ reperiuntur, quarum sanguis
foris illitus corpori humano, plures
post annos tandem hominem jugulat.
Poterunt itaque effluvia illa venenata
hæc in inferiora ab astris sparsa lento
quidem gradu vite nostræ insidias struere,
sed tarditatem tandem funerum
frequentia compensare. Plura nunc
non addo, ne falcam in alienam messem
mittere videat, qui mea forte contenus
vivo. Quod si alios Cometarum
effectus scire desideres, lege Weigelii
Himmels-Zeiger oder Bedeutung bei
Erscheinung des ungemeinen Cometen
Anno 1680. vom 6. Novembris an
beobachtet. Ego hanc dissertationem,
medicam magis quam pomposam &
philosophicis ratiociniis reservam, finio
verbis antea allegati Birlingii: Den
Cometen belangend / wolste von Her-

ken wünschen/ daß er Deutschland nichts
böses mitbringen oder bedeuten möchte;
allein ich sehe so viel/ daß neue Unruhe
und sehr grosse Gefährlichkeit zugewan-
ten. Anno 1661. berührte der gegen
demzijgen sehr Kleine Comet, nur das
Haupt des Adlers; und welcher Krieg
und Kriegs-Geschrey wegen des Tür-
cken folgerte nicht darauff? Dieser um
so viel grösser als jener durchstiche mit
seinem Schwanz den Adler / daher
klärlich zu sehen und zu schliessen daß
etwas grosses mit Deutschland vor/sey:
Mehrer Indicia wil und dyrff ich nicht
machen: Hannibal ante portas! die
Gefahr ist vor Augen/ es werden auch
die vieler Wunderzeichen so bisher und
noch kürzlich gesehen worden / anders
nichts / als Krieg bedeuten / daß wir
nicht Ursach haben / wegen beständiger
Ruh und Friedens / uns süsse Gedan-
ken und Träume einzubilden. Und
darf niemand meynen/ daß solches aus
bloßer Kleinmuthigkeit vorgestellt wer-
de / dann es saget auch ein verständiger
Politicus an einem Ort: Fieri non
potest, quin homini, & quidem Christiano,
seriò singula expendenti, obrep-
pat deliquium animi, ut acerrimi lu-
ctus necessitate mentis in excessu cla-
met. Haud equidem vulgari fletu, vel
citò finitulis gemitibus, seculi no-
stri deploranda est pravitas.
Tantum,



DISPUTATIO IV.

DE

MORBIS AULICIS,

RESPONDENTE

WILHELMO HULDERICO Waldschmidt / Hanoviensi.

I. N. J.

§. I.

Theatrum hic exhibeo languentium, conspectui sistens omnis generis morbos, quibuscum confluantur *Aulici*. Teneret me profecto istorum hominum commiseratio, quod tot morbis expositi insultibus apud alios tamen extra aulam viventes ad invidiam usque felices audiant, quasi necio quam prærogativam à summo rerum arbitro Deo obtinerent, cum tamen si cominus ipsorum mecum intueri velis vitam, eam rectius splendidam dixeris miseriam.

§. II.

Quamvis enim & in hoc vita genere multi & querant & inveniant oblectamenta, remissiones & voluptates: atque plurima quotidie in augusto hoc theatro exhibeantur irritamenta, curiosos spectatores invitantia, nullum tamen, in scena hac, tristius atque commiseratione dignius occurrit mihi Medico spectaculum, quam ipsi *Aulici*; quippe & in haec quoque gente quædam

morborum vis hæret, quam singulis sua fata, divisorunt, & magnam hanc Aulæ felicitatem infelix inquinat solium. Vix enim ludum hunc ingressi sunt, ecce! Hannibal ante portas. Sequuntur à tergo myriades morborum, nunc aperto marte, nunc ex insidiis, & per cuniculos agentium. Quot in hac honoris scalæ cernis gradus, tot numerabis morbos; Quid mirum igitur, si fragilis corporis machina titubet, si ruinam minetur, ubi spiritus tot severioribus curis quotidie vexantur? quid aliud polliceri possumus, quam languores & imbecillitates, ubi vires, tot laboribus, inquietudine, fideliterculosa, aliisque passionibus affteruntur, sanguis exhaustur, ut ipsa anima corporea tandem fatigata, & aliquid saltet pennarum ad hunc viscum relinquit.

§. III.

Neque enim politicam à me expectabis vitæ aulicæ descriptionem, aliaque, rationem status, ut loquuntur, spectantia, utpote quæ meum superant captum, & extra professionis metu posita sunt. Quod si Te ea videndi teneat cupidus, explebunt fortè eam quæ apud Bar-

Barclaium leguntur, & que nuper tradidit discalciati Ordinis Pater, Abraham à sancta Clara in suo *Judas*. In eo omnes conveniunt, *Aulicos* miseram agere vitam. Ut non male hic applicare possem, que *Seneca* alio in argumento scribit ad *Marciam*, si mutatis personis dicerem. Eos ad hoc genitos esse, ut perderent, ut perirent, ut sperarent, metuerent, alias seq; inquietarent, mortem & timerent & optarent, & quod est pessimum nunquam scirent cuius esset Status. Sed Medica tradam, atque tum apertos, tum clandestinos, in scenam introducam sanitatis hostes, & economiam animalem, nunc turbantes, nunc penitus evertentes. Et ne crambem bis coctam obtrudam, non jam in digitos mirtam, quod ex spirituum animalium, tum inopia, tum virtuoso motu, quotidie prodeant morbi, quippe illud jam mecum norunt omnes, qui indolem fluidi istius atque ætherei corpusculi nōrunt. Et tota experimur die, omnes istos frui exceptata valetudine corporis, quibus concessum est severiores curas ante limen cœnaculi & cubiculi exuere: quibus mens lœta mens hilatiss, quæ non semper sub calcitulum vocat, quid valeat loculus, quid ferre recuset. Itaque summa saltē rerum capita digito attingam, atque in compendio theoriam & praxin circa morbos, *Aulicorum* obœculos ponam.

§. IV.

Primum itaque in hac acie constituunt ordinem morbi chronicæ, ob quotidianas, quas audimus querelas, Medicorum flagella & opprobria dicti. Horum somitem in primis viis, hoc est,

ventriculo, communī chronicorum nido, & intestinis, contumaciorum affectionum promo condo, delitescere persuasum habeo. Quod siscapham scapham appellare licet, non possum non, quia hic in ius vocem ipsa alimenta, atque nigro notem carbone, tum ciborum varietatem, virtutem qualitatem, & erraticum sumendi modum; tum potum recentem, fermentescibilem & turbidum, mox vappidum & effœtum, Nunc generosum nimis sulphure pinguiori exaltatum, & acido volatili inquinatum. Ex hac pandore pyxide profiliunt morbi splenetiti, uterini, hepatici, &c. vulgo dicti, q. s. morbi scorbutici, hypochondriaci, asthma stomachale, colica, affectus cardialgicus, cephalalgia contumaces, catameniorum suppressio, affectus hemorrhoidales, passio nephritica, & sexcenta alia.

§. V.

VIn umbarum ærumnarum ferax est; quamvis enim nunc desueverint Germani in altam potare noctem; nec amplius stupendis veterum scyphis nec hoc ambrosium propinetur, occasio tamen quandoque facit furem, laxatque habens, ut praesente etiam Medico interdum peccetur in quanto, qui cum homo sit aliquid humani coanivendo concedit, vel ipse compatitur. Et bonus quandoque dormitat Homerus.

§. VI.

Hoc usque adeò malè olim audivit, ut ipse Cousillor pueris seu veneno interdixerit, ne scilicet prima statim in infantia & ætatis flore patva magnorum

morborum succederent initia, & morbos a haurient semina obstetricante tempore gerinantia. Insensum id quoque est s. xii sequiori, praesertim gravidis & lactantibus, quæ si à vini potu abstinerent, pauciores credo repertos iri calculosos, arthriticos, phthisicos, epilepticos, scorbuticos, utpote qui morbos hæc seminavel in ipso utero cum chylo, & post nativitatem ex uberibus cum lacte absorbent. Temporibus Medicina valet: data tempore proflunt, & data non apto tempore vina nocent.

§. VII.

Equidem abusus non tollit usum, neque is sum, qui dicam scribat vino, jam à multis annis in plurimis gravioribus morbis depellendis celebratissimo. Hinc ut libertatis ita vini salubris moderationis est; Et quemadmodum moribundos vino refocillamus, ut reviviscere novasque vires recuperare videantur, ita quandoq; non licet sine vino nasci; cum vel centies expertus sim, vinum parturientes mirum in modum solari, si vel aquæ nervinæ sororietur, vel solum subinde & cochleatim exhibeat, aut cum succino prius coctum propinuet, & si primâ vice exspectationi non satisfecerit, clapsò hore spatio altera vice assumatur, ut dicere ausim vix in difficultiori partu præstantius dari posse remedium.

§. VIII.

Verum ne à scopo aberrem, redeundum mihi est ad investigandas causas morborum chronicorum, utriusque

sexus Anticos præ aliis infestantium. Extimo autem, illas vix aliunde, quam ex primis viis, communis nempe culina cum suis appendicibus, deduci posse. Sive enim ad antecedentes respiciamus causas; sive ad ipsa juvantia attendamus, utrinque habebimus argumenta, opinionem nostram non parum corroborans. Excute quæso Magnatum dapes, reperies quæ ex maris abysso, desertorum speluncis, & nullo non orbis angulo fuere conquæstæ, exotica notabis corporis oblectamenta, cum quibus sepius lethale virus hauriunt cupidi. Sic barbarorum adimis sedes, quas sol adurit, vel quæ perpetua rigent glacie, & quæ nobis domi nascuntur, cœu vilia spernimus. Intuere operosa, quæ Principum mensis nunc apponuntur, bellaria, notabiles mille delicias, saccharata, mellita & quæ non? Sed ormania flatulenta, & subitanæ putrilagini, si sui fiant juris, sepius obnoxia, quæ in ventriculo corruptuntur, aliaque assumpta simili inquinant labe, inde chylus nunc putrilinosus, liquidus nimis & indigestus, nunc acidus, pituitosus & viscidus prodit, author omnium istarum ærumnarum, quibus Oeconomiam animalem turbari videmus: quippe dulcia illa vaporosa sunt, & vel emitunt, vel post se relinquunt miasmata, quæ hinc inde mali genii instar obrarrantia functiones, tum vitales, tum animales labefactant, & inordinatis suis, quas producunt, fermentationibus, viscerum fermenta encrvant, totamque massam sanguineam cum reliquis humoribus circulantibus insciunt, ut quandoque peregrina sub larva

larva ipsis imponant cum medicis tum agrotis, morbi sedem nescio in quo visceri querentibus, cum tamen haec bene se haberent, nisi e communis culina peregrinus, qui turpius ejicitur, quam non admittitur, hostis, advalaret. Stat medicorum sententia. Vicia primæ coctionis nullibi corrigitur: & qualem ventriculus præparat chylum, talem cor conficit sanguinem; & qualem cor e suis thalamis ad partes totius transmittit sanguinem, talem habebunt calorem nativum, cuius ratio formalis non tam in partibus solidis, quam fluidis, consistit. Sed furdis narramus fabulas; Sic ut unius saltem exempli mentionem faciam, inter centum vix una erit aut altera, cui persuadere possis, famosam illam passionem uterinam non tam in utero quam in ventriculo suos habere natales, & consensum uteri cum reliquis visceribus mere imaginarium esse, cum id luce meridianâ clarius sit, ipsaque edoceant Phænomena aliæque circumstantiaz focus morbi in primis esse viis. Id quod adeò evidens est, ut ego, si nullum aliud habeant fundatum præter consensum & ascensum uteri, pari facilitate probare ausim, symptomata suffocationem uterinam concomitantia non ex utero, sed ex vesica urinaria, ortum suum trahere.

§. IX.

His suum superaddant pondus juvantia. Quorum pars maxima

in regulis diæticis consistit, cum præfati morbi omnium optimè sola diæta curentur, additis subinde medicamentis deobstruentibus, acidum & austernum invertentibus vel absorbentibus, atque vitiosam lympham e glandulis, tum ventriculi, tum intestinorum (quo & Pancreas referimus) affluentem, emendantibus, de quibus inferius plura dicturi sumus.

§. X.

Accedit porrè & hoc, quod *Aulici* ferè ad unum omnes difficilioris, vel dubii eventus, sint purgationis, ut vel à fortiori cathartico hypercatharsia patientur, vel à lenissimo gravissimam incident colicam, nulla sub sequente humorum evacuatione. Cum enī ipsa purgantia humores flatulentos primis in viis restagnantes exagitent, & ad majorem rarefactionem deducant, hi intra cancelllos suos amplius detineri nelciū majus affectant spatum, ipsumque ventriculum, intestina, & ipsum abdomen vi suā expansivā distendunt; & quia ob visciditatem nervis fibrillis contumacius adhærent, lancinantes excitant doiores, partesque membranosas mirum in modum concutiunt & convellunt, ut non postremus existimationis sit gradus, si Medicus aulicus purgare possit citra magnam humorum turbationem, & ut talia excernantur qualia debent, ipseque rger bene ferat operationem. Sit itaque Medicus in dignoscendis subjectis, & præscribendis cat-

tharticis, ipso argo oculatior : siquidem per hanc viam vel ad lubricum famæ culmen attollitur, vel fulminis instar præcepis agitur à summo ad imum.

§. XII.

Properandam nobis est ad curationem. Quæ ut Methodicè instituatur, ante omnia cogitandum est de evacuatione & de correctione : illam Emetica : hanc digestiva, absorbentia, & præcipitan-
tia nobis pollicentur. Evidem ratione & Experiens quam maxime consonum est, emetica nunquam non fore proficia, cum ipsorum ope ventriculus omnium optimè à fôrdibus liberetur. Perpetua veritatis lex est. Ubi in-
gluvies & voracitas, ibi cruditas ; ubi cruditas, ibi vomitus profundit. Non loquor autem de remediis politiciis, quibus quandoque effusissimæ frau-
dis ministri, superveniente fidelí Medico, Principi suo oculos reddente
(nam Princeps non omnia potest solus, proinde multis illi manibus opus)
reddere coguntur, quod abstulerunt. Sed de Emeticis in foro Medico venali-
bus mihi sermo est : quod remediij genus
vix par habet in chronicis his morbis pro-
fligandis, ut non erubescam profiteri,
auliatrum, tuto emeticò & medicamento
martiali instructum, armatum satis esse
pro his hostibus debellandis, neque opus
habere majori apparatu , cum &
vomitoriam , & absorbens ,
utramque hic faciant
paginam.

§. XIII.

Sub causarum censum veniunt quoque aliae, occasioales dictæ, q. s. Vigilæ, consuetæ evacuationis suppressio , aer nocturnus, ventris & thoracis arctior constrictio , capitis denudatio , animi graviores passio-
nes, timor, miceror & æmulatio, hæc enim ab aulico vix evitari possunt, & viam sternunt ad graviores morbos. Ve-
rū, si ex æmulatione quis statim ægrotaret, quam non reportarent aureæ Messis segetem Medici extra aulam viventes ? in
quorum contemptum alijs in proverbium abiit. Medicus medicum & sigulus sigulum odit. Nunc enim malum hoc o-
mnes infect ordines, ut nullum ferè re-
periatur collegium, quod non suos alat fi-
gulos; Omnes tenet ambitio, hæc parit odium obstetricante invidiâ. Odium sui
fœcundum ex quavis causa lævit, & livor
semper reperit odiorum causas. Vigent
æmulaciones, maleque tectæ simultates
inter pastores, præceptores, & alios, quo-
rum officiorum nomina incipiunt cum
P & desinunt in ES. Sed forsitan & hæc
osim meminiisse juvabit. Ego, ut in-
genue fatear, plus vidi Christianæ chari-
tatis, plus humanitatis, gratitudinis
& sacerdotialis inter aulicos, quam in-
ter alias ordinis homines, ubi fra-
trum quoque gratia rata est.

§. XIII.

Sed nescio quis me compellat. Heus tu, inquit, bone vir! curasti probè. Tunc fortiora hæc tanto cum elogio suadere audes remedia hominibus non in caula sed in aula natis, naturis tenerioribus, & quoru corpora adeo mollia sunt, ut ipsis exagitatoria illa nonnisi summo cum discrimine exhiberi possint? Verum bona verba, quælo! homo sum, fruar ergo humanitatis jure, & meorum quoq; verborum ero interpres. Terror hic, quæ emetica injiciunt, panicus est: cum vomitus, benigniori excitati emetico, plus alant terroris quam periculi. Neque tamen mea fert opinio, ut emetica promiscue & illotis manibus dispensentur, sed ut prius omnia & quâ trutinentur lance, atque ad prohibentia & permittentia sedulò attendatur, præserium in sexu fœmineo, in quo graviores ab usu emeticis excitari possunt passiones hystericae, quæ licet vel unico sedativo compesci possint, ipsius tamen Medici existimationem quandoque non parum immixnuunt.

§. XIV.

Conditiones hoc in casu observandas omnium optimè & in compendio describit celeberrimus Wedelius. Ominus, inquit, hic timor velodium vel calumniæ cessant, modo tria attendantur. 1. Corporis ipsius status & præsentia materia positiva indicantis, & ad educendū aptandæ. 2. Medicamenti ipsius iusta præparatio. 3. Præmium proportionatum non excedens. Quod si nihilominus inopinata eveniat hypercatharsis vel debilitas quædam, ipsi huic providâ curâ Medicis facillimè prospici potest.

§. XV.

EQuidem quod secundam attinet conditionem, tantum ea est ponderis, ut ab ea salus ægrotantis dependeat. Nam Emetica non ritè præparata vel remissius agunt, vel solito fortius. Hinc SERENISSIMUS HASSELÆ LANDGRAVIUS, PRINCEPS AC DOMINUS NOSTER CLEMENTISSIMUS civitatis nostræ Pharmacopolis in Mandatis dedit, ut in posterum omnia Chymica præpararent in Laboratorio academico sub oculis Medicorum, quibus præterito anno in Academiæ splendore in, & subditorum salutem publicum hoc laboratorium clementissimè dono dedit; in cuius introitu dévota hæc legitur Epigraphe.

C A R O L O
PRINCIPUM OPTIMO
NATURÆ ET ARTIS CONSO AC
EVERGETÆ
LABORATORIUM CHEMICUM
INDULGENTI
GRATITUDINIS ERGO
HOC MONUMENTUM POSUIT
ANNO M D C LXXXVI.
UNIVERSITAS MARBURGENSIS.

§. XVI.

His feliciter peractis in usum vocanda erant Martialis, sive ea in secca sive in liquida forma propinaberis: q. s. Crocus Martis sulphuratus. Tinctura Martis tartarifata. Tinctura Martis volatilis. Tinctura Mart. pomata, malvat, vel cydoniata. Hæc absorbendo deobstruunt,

f præci-

præcipitando invertunt, & acidorum salium cuspides intorquent & obtundunt, astuantemque bilem blandè refrigerant. Quo nomine & inter digestiva primatum obtinent: eoque felicius operantur, quò liberalius alvus suo respondet officio. Quid si hæc munetis sui obliviscatur & segnior evadat, necesse est, ut Aloeticu vel Passulato aliquo benignè moeatatur.

§. XVII.

Huc quoque spectant Acidulæ, in reserandis viscerum obstructionibus si non efficaciores saltē non minus potentes, cum acidum inversum ob phlegmatis, quò pollent, copiam magis dilutum felicius foras eliminent, ipsasque mucilaginosas fordes parictibus ventriculi & intestinorum adhærentes educant. Verum! eò nunc, proh dolor! devenit, ut in locis illis, in quibus frequentamur Acidulæ, omnia ad luxum fastumque componantur, proscriptā hâc Medicorum regulâ: Non satiaricibis, s̄m medicina universalis. Vidi certe, quod acidulæ male cesserint, ob nullam aliam causam, quam quod appetitui nimium fuerit indulsum. Cum enim hic ut plurimum intendatur ab acido antea compedibus ligato, nunc autem soluto, sique hydropotis imponat, ut credant, bene nunc cum ipsis agi, fit ut de novo plus caco-chylæ colligant, quām acidulis emendari vel evacuati possit. Accedit in veteratum quoddam præjudicium, dum haec tenus ad unum omnes ipsas acidulas inter cathartica habuerunt, quibus potior locus debebatur inter alterantia, semper parce & modice exhibenda. Hinc mirari subit,

quid medicos induxerit, ut acidulas in tanta copia hauriendas præscriferint: aut enim suas exserunt operationes purgando, aut alterando. Si alterando: cui bono quæso in tanta copia assumuntur? Si purgando, quomodo ipsarum usus in tot dies citra pesculum protrahitur? Itaque melius illi suæ consulunt sanitati, qui eas partitis vicibus bibunt, idque plures per septimanias, interposito semper blandiore quodam abstergente, aut detersivô amaro, sic voti compotes lentō quidem, sed rectō tramite pervenient ad metam. Acidulæ sunt remedium empypicum; aut juvant, aut nocent; tertium dari nequit.

§. XIX.

A literam Morborum aulicorum classem componunt illi, qui formam, nitorem & corporis habitum externum proprius tangunt, quales sunt rubedo faciei, gutta rosacea, scabies, dentium nigredo, gingivarum laxitas & putredo, foetor oris & hujus commatis plures, quibus recensendis nunc non immoror. Et quantum quidem ad rubedinem faciei & guttam rosaceam, solet vulgo accusari nescio quæ hepatis intemperies calida, vel contradictionem involvens anti-praxia viscerum. Verum cum viscera nunc non amplius eo fungantur munere, prout quidem ab antiquis fuit creditum, nec diverso alantur sanguine, utpote qui unus idemque ad corporis partes solidas dispensatur, meritò has causas ad aniles referimus fabulas.

§. XIX.

V Era autem & constans mali hujus fædes,

sedes est in ventriculo, ejusque causa non tam in calore quam acido vitioso plus minus volatili consistit: quippe horum hominum sanguis ad coagulationem semper pronus est, hinc vidi, quod si ex praescripto Medicorum (der Leber, Dosor) ad refrigerandum hepar julebos, acidulas, serum lactis, aquam citratam largius biberint, eō magis malum indies fuisse auctum, quia frigida illa tonum ventriculi labefactant, fermentum obruunt, digestionem turbant & cruditates augent. Itaque praeferimus præcipitania vel rectius absorbentia dicta, v.g. Ebura s. Δ. lap. Startar. vitriolat. ♂ dia-phoret. antihæticum Poterii. Stomachicum ejusdem. Bezoarticum Martiale Ludovici. Liquorem volatilem nostræ descriptionis, qui adeò potens est in refranando acido volatili, ut ex paucis guttulis instillatis vinum album rubrum induat colorē. Interim vino interdicendum & quolibet liquore inflammabili. Neq; omittendæ sunt venæctiones, & scarificationes frequentius institutæ. Symbolum suum quoque conferunt fonticuli, de quibus Osvaldus Grembs; & setacea, quæ non sine ratione commendantur in D. Johannis Franci Medici Augustani tractatu de setaceis. Externa cosmetica dicta hic famā nūquam sustinent, suosque deserunt Magistros, qui ut aliquid lucentur, fucatis his plerumque aliis fuscum faciunt. Possem ego vel mille ejusmodi nugas hic referre, mercurialia, vel extalco, marcasita, aliisque similis farinæ quisquiliis parata, quæ omnia vel in casuum adhibentur, vel si prodesse videantur, id non tam cosmetico quam frictioni excrementa tertiae coctionis vulgo dicta

tollenti in acceptis ferendum; sic enim humores antea stagnantes iterum alacrius per tubulos & vascula capillaria circulant, in quo totius rei cardo vertitur. Quod si opinioni aliquid date velis, en sequens quod in gynæceis inter arcana habetur ♂. Porcell. lactant. mundat, & eviscerat. concil. & contus. inde curbitæ vitræ, affundevit. Hisp. Mens. iij. adde cochlear. Mens. j. pom. cit. no. iij. sacchar. cand. ʒiv. destill. l.a. & receptaculo imponantur fol. Qii no. iv. post expon. rad. solar. per tres leptimanas, S. Holländisches Wasch-Wasser.

§. XX.

Ad dealbandos dentes tartarisata; ad firmandos styptica ex lacca commendamus. Et sicuti dentes niveo suo colore superbentes perfectam chylificationem comprobant, ita circa ipsorum radices & in confinio gingivarum ipsis adhærescens mucus cacoehymicum sanguinis indicat statum. Si enim amurca talis ē gingivis exprimatur, indubitatus lymphæ corruptæ erit testis, cuius acom & viscositatem tunc quoque ex aliis signis haud obscurè colligimus. Fugienda autem sunt intensè frigida & intensè calida, hinc nocet potus gelidus, & ipse potus Theæ fervidus dentibus est inimicus. Omnes ferè canes habent dentes elegantissimos, quia ipsorum fermentum est potentissimum, ipsaque digestio ita peragit, ut suum cuique tribuatur. Australes habent Borealibus dentes nitidores, fruuntur quippe aere dentibus benigniore. Ob hanc acris benignitatem & forte Aquæ Niloticæ saluberrimæ potum Ägyptiorum dentes juventutem suā

f 2 servant

servant & vigorem, nec cariem sentiunt nec dolorem. Vide elegantissimā disputationem de dentium anatomie sub Præsidio celeberrimi Dn. Metzgeri in Academia Tubingensi habitam.

§. XXI.

Gingivarum, cum laxitati, tum putredini, medentur decocta chalybeata, & vulneraria; quō pertinent mundificantia: mel rosar, succus cheromes, succus cochleariae, apii, brodium olivarum. Aqua theriacal. Aqu. ad gingivastartarisata.

§. XXII.

Tandem ad morbum universalem, quō etiam extra aulas tertia pars hominum moritur, proychimur. Febres volo, tum intermitentes, tum continuas, quae & in aulis principum & magnatum castra metantur. Quemadmodum enim ex viioso illo primaru viarum acido febres intermitentes prodeunt, ita ex virulenta assumtorum putrilagine febres acutæ, opinione citius necantes, ipsaque elementa vitalia concutientes, cum vel sine inflammatione, suum trahunt ortum. Utræque in turbata sanguinis mixtione, verâ & genuinâ omnium febrium essentiâ & ratione formalí, convenientiunt. Neque enim circa alterum hoc Eridos ponum fluctuamus amplius, sed rem acutigissime persuasum habemus, facile etiâ, si interstrepare hic, ut anseribus inter olores, licet, ad dubia quædam, nuper contra hanc recentiorum sententiam mota amicè & placide respondebimus. Primo, dicunt, non dari in sanguine tanquam corpore fluido determinatam particulatum relationem & habitudinem ad se

invicem. Verum sic omnis ordo rerum, omne inter fluida discrimen, tolleretur. Sic omnis temperies, quæ etiam secundum Aristotelem est minimorum congrua & proportionata mistio, perire, nec unquam vera aliqua putredinis causa dari posset. Dices: quem ergo situm & dispositionem in statu naturali haec sanguinis particula servant, & quæ, quælo, ipsis competit textura in statu præternaturali? quid est illud, quod essentialis illarum modificationem immutare valeat? Sed & hunc scrupulum eximi posse persuasum habeo. Si enim particula sanguinem constituentes talem inter se servant ordinem, & talia juxta se componunt intervalla, ut materia ætherea, sola & una fluiditatis causa, citra magnum tumultum caspermeare & in variis dimensiones citra confusionem movere possit, illa textura ritè se habet, & omnis motus progressivus quam intestinus sine mixtionis turbatione cietur. Sin vero intervalla illa (à quacunque id tandem fiat causa) mutentur; vel alius figura & motus influat materia ætherea, textura jam erit mutata, compages vel laxior, vel stricior, mixtio turbata, & si id in extremo fiat gradu, ipsa essentialis modificatio sanguinis erit destructa & immutata, id quod in peste contingere videamus. De quibus latius in disput. de Chyl. & Sanguine.

§. XXIII.

Alterum dubium, quod scilicet sanguinis fermentatio sèpè sèpius cum tumultuoso particularum motu intendantur, nullâ tamen sub sequente febri, par facilitate refelli mus. Quandoquidè pro-
hic.

bè h̄c distinguere debemus effervescentiam à turbata sanguinis mixtione. Illa enim & in aqua ebulliente, & in acidulis actu frigidis notatur; neque tamen est, qui dicere audeat, ipsam quoque mixtione ibidem lassam & turbatam esse. H̄c autem pr̄supponit insensibilium particularum mutationem, quā alii forinentur pori, aliaque & nova induetur tex- tura, id quod in vino, fulmine tacto, vi- dere est.

§. XXIV.

His adjiciuntur duo scrupuli, quod videlicet quandoq; in auxilium ve- cemus medicamenta sanguinis particulas magis inter se confundentia, v.g. sal. vol. C. Cervi; deinde quod ex turbata sanguini mixtione sufficiens februm etiologia & evidens phænomenorum explicatio hauriri nequeat: Verū nec h̄i scopum feriant, ut enim in priori pr̄suppositum falsum est, quod sal. volat. C. Cervi mix- tione sanguinis magis turbet: ita poste- rius vel sola experientia refellitur, cum hac tenus ne unicum quidē nobis potue- rit denominari symptoma febrile, quod non evidentissimē & sufficientissimē per suas causas explicuerim. Ut ausim dicere, quod alibi in physicis professus sum, ne- glectā h̄c februm ratione formalī (tur- bata sanguinis mixtione) ne unius etiam symptomatis febrilis causam, quā philo- sopho veritatis cupidō satisfaciat, dati posse, id quod in consilīo pluribus de- monstraturi sumus.

§. XXV.

Cæterum observandum est, febres intermitentes quandoque in *Auli- cis* curatu difficiliores esse, & non raro in febrem malignam & inflammatoriam de-

generare? quod ipsorum corpora ob san- guiniis dyscrasiam, & quod plerumque se contra aeris injuriam non satis pr̄mu- niant, obstructionibus erysipelatosis ma- gis sint obnoxia. Statuimus itaque, fe- brum continuarum & malignarum cu- rationem absolvī deobstruentibus, pr̄misso tamen, si vires id ferant, tutiori emetico. Deobstruentium classim con- stituant volatilia urinosa, & sulphurea: Bzoartica, de quibus passim apud Practi- cos recentiores. Intermittentes autem profligantur china chinæ, ex qua famosū illud Angli Medici febrifugum hunc in modum componitur. *R*. Vin. rub. opt. *B*/v.chin.chin. in pollin.redact. *Zij*, stent in loco tepido per 3. dies, agitantur se- piùs, dein liquor decant. dantur *Ziv*. pr̄ter propter in declinatione paroxys- mi, hac quædosis continuaetur singulis diebus quater vel quinquies, usque dum febri remiserit. Quo scopo obtento le- nitivum exhibetur. Tutiū tamen hoc re- medium est, si tribus horis ante paroxys- mum, in quo illud primâ vice vis propi- nare, emeticum exhibeat. Et multi sunt, qui dubitant, an prosperi, qui usum remedii hujus sequuntur, effectus ipsi Medicamento, an dixerit in acceptis fe- rendi sint, de quo judicent illi, qui ser- vatā eādem vivendi ratione spontē à fe- bribus liberantur; & quē enim remedio- rum ac Medicorum copia quandoq; no- cct. Sic paucis s̄pius efficimus, quod alii magno cum apparatu vix obtinent. Et op̄randum foret, ut pauciora in offici- nis habememus remedia, & quæ vilio- ris essent pretii: ut enim alibi, ita & h̄c, Natura paucis potest esse contenta; Ego in gratiam philiatrorum phar-

De Morbis Antictis.

macropolium aulicum hic subjungam, è
quō contracujusvis generis morbos de-
promi poterunt remedia haec tenus à
multis feliciter usurpata.

Pharmacopolum Portatile,

cujus
in fronte

hæc legitut inscriptio:

**MUNDUS RE GIT UR
OPINIONIBUS.**

In uno laterè habetur:

**VITIA SÆPE VENDUN-
TUR PRO VIRTUTIBUS.**

In altero:

FIDE, SED CUI VIDE.

Latus Medicamenta disposita sunt
scundum hunc ordinem.

| | |
|------------------------|-----------------------|
| Cremor Tartari. | Tartar. Vitriolat. |
| Tart. emeticus. | Pulv. rad. laxat. |
| Pulv. fol. orient. | Pulv. Rhei. |
| Resin. Jalap. | Scammon. correct. |
| Mercur. dulcis. | Antimon. diaphor. |
| C.Cerv. f. Δ. præp. | Lap. ♂. ppt. |
| Succin. ppt. | Croc. Martis Sulph. |
| Cinnab. Nativ. | Cinnab. ♀. ii. |
| Astihectic. Poter. | Stomach. Poterii. |
| Pulvis absorbens. | Pulv. Bezoart. alb. |
| Pulv. epilept. c.&f.o. | Pulv. Styptic. |
| Flor. Sulph. | Myrrh. rubr. |
| Sal. absynth. | Arcan. duplicat. |
| Sal. armon. depur. | Pulv. catarrhal. ext. |
| Elixir. Fermentativ. | Elixir. Propr. dulc. |
| Elixir. Uterin. | Mixtur. simpl. |
| Essent. Carminat. | Essent. absynt. comp. |

| | |
|------------------|-----------------------|
| Tinctur. Succin. | Tinct. anodyn. |
| Tinct. Tartari. | Tinct. Mart. völ. |
| Tinct. Bezoart. | Spir. Cephal. Bussii. |
| Theriac. | Diascord. |
| Laudan. opiat. | Theriac. Cœlest. |
| Pilul. guminos. | Pillul. Cephal. |
| Liquor arthrit. | Aqu. Mirab. |
| Aqu. fl. tiliæ. | Aq. C. Cerv. citrat. |
| Empl. de Ran. c. | Empl. anodyn. |
| Empl. diaphoret. | Empl. Cinnaberin. |

§. XXVI.

Sed autem mihi vellicat grata brevi-
tas: hinc pauca saltem diætam spe-
ctantia superaddo, ne partus hic mancus
& mutillus lucem videat. Et cum quilibet
sibi facile possit esse Medicus, vide pri-
mo ne excedas in quanto, quantitas enim
plus nocet quam qualitas. Deinde elige
tibi illa, quæ genio tuo videntur esse ma-
gis accommodata. Commendo autem
Principibus venationem, equitationem
& vectionem, tanquam certissima sani-
tatis & vite præsidia, si modus sit in re-
bus, horum enim ope viscera concur-
untur, & viscidi humores è glandulosis tu-
bulis excutiuntur & in cavitates excre-
mentis colligendis dicatas deponuntur.
Præter hæc multa utilia suadet *Seneca* de
tranquillitate Animi, ebrietatem si exci-
pias, quæ omnibus, eujuscunque etiam
sunt conditionis, salutaria esse queunt. In
se recessendum est, inquit: *Conversatio*
enim dissimilium, bene composita distractat
& renovat effectus, & quidquid imbecil-
lum in animo, nec percuratum est, exulta-
rat. Miscenda tamen ista, & alternanda
sunt, solitudo & frequentia. Illa nobis fa-
ciet hominum desiderium, hec nostri: &
erit altera alterius remedium. *Odium tur-*
ba

be sanabit solitudo; tadium solitudinis dinem duabus illis horis ponebat. Quidam turba. Nec in eadem intentione equaliter resuenda mens est, sed ad jocos revocanda. Cum pueris Socrates ludere non erubescet: & Cato vino laxabat animum, curis publicis fatigatum: & Scipio triumphale illud & militare corpus movit ad numeros; non molliter se infringens, ut nunc mos est etiam excessu ipso ultra mulierem mollietatem fluentibus, sed ut illi antiqui viri solebant, inter lusum festat tempora, virilem in modum tripudiare, non facturi detimentum, etiam si ab hostibus suis spectarentur. Danda est remissio animis: meliores ac rioresq; requiescunt. Ut fertilibus agris non est imperandum; cito enim exhauciet illos nunquam intermissa fecunditas: ita animorum impetus asperius labor frangit. Viros recipient paulum resoluti & remisi. Nascitur ex asperitate laborum anteriorum hebetatio quadam, & languor: nec ad hoc tanta cupiditas tenderet, nisi naturali quendam voluntatem haberet lussus jocosq; quorum frequens usus, omne animis pondus, omnemq; vim eripiet. Nam & somnus refectioni necessarius est: hunc tamen si per diem noctemque continuo mors erit. Multum interest remittas aliquid ans solvas. Legum conditores festos instituerunt dies, ut ad hilaritatem homines publicè cogerentur: tanquam necessarium laboribus interponentes temperamentum. Et Magni, ut dixi, piri quidam fibi menstruum veris debitis ferias dabant: quidam nullum non diem, inter & otium & curas, dividabant. Qualem Polionem Asinum Oratorem magnum, meminimus, quem nulla res ultra decimam retinuit. Ne epistolas quidem post eam horam legebat, ne quid mora curva nascetur: sed totius diei lasissimam duabus illis horis ponebat. Quidam medio die interjunxerunt, & in postmeridianas horas aliquid levioris operæ distulerunt. Majores quoque nostrinovam relationem post horam decimam in senatu fieri vetabant. Miles vigilias dividit & non immunis est ab expeditione redeuntium. Indulgendum est animo, dandumque subinde otium, quod alimenti ac virium loco sit: & in ambulationibus aperiis vagandum, ut caelo libero & multo spiritu augeat attollat quece animus. Aliquando vestitatio iterum, & mutata regio, vigorem dabunt, convictusque & liberalior potio: Non nunquam & usque ad ebrietatem veniendum, non ut mergat nos, sed ut deprimat. Eluit enim curas, & ab imo animum moveat: & ut morbis quibusdam ita tristitia medetur: Liberde non ob licentiam lingua dictus est inventor vini, sed quia liberat servitio curarum animum, & afferit vegetque & aetaciorem in omnes conatus facit. Sed ut libertatis, ita vini salubris moderatio est. Ex Solonem, Arcesilaumque induluisse vino credunt. Catoni ebrietas objecta est: faciliter efficiet, quisquis objicerit, hoc crimen honestum, quam turpem Catonem. Sed nec sape faciendum est, ne animus malam consuetudinem ducat: & aliquando tamen in exultationem libertatemque exirahendas, tristisque sobrietas removenda panisperna. Nam, sive Graco Poete credimus, alicando & in janire jucundum est: sive Platonis, frustra poeticas forces compos sui populi: sive Aristoteli, nullum magnum ingenium sine mixtura dementia fuit. Non potest grande aliquid & superbia ceteros loqui, nisi mota mens. Cum vulgaria & solita contempsit, instinctuque sacro surrexit excelsior, tunc demum aliquid cecinit grandior ore mortali.

Non

Non potest sublime quicquam & in arduo possumus contingere, quamdiu apud se est. Desciscat oportet à solito, & efferratur, & nordeat frānos, & rectorem rapiat sūnum, eoque ferat quo per se timuisset ascendere. Habes, Lector, quæ tueri, & quæ restituere.

re sanitatem possunt. Illud tamen scitō nihil horum satis esse validum rem imbecillum servantibus, nisi interna & affida cura circumeat animum labentem.

DISPUTATIO V.
DISQVISITIO MEDICA
De
HÆMORRHAGIA NARIUM
RESPONDENTE
CAROLO PHILIPPO LOMBARDIO.

B. C. D.

Quotquot morborum insultus corpus nostrum ferre dicitur, sanguis seu liquor vitalis morbos sustinere cogitur impetus, in quem solum omnes ferē morbi catervatim involant, hinc est quod in omnibus tam externis quam internis corporis humani affectibus sanguis suos patiatur manus: Haud itaque erravero, si dixero, omnes morbos vel animia sanguinis copia, vel ejusdem virtuosa qualitate, suos (si non primariò, saltem secundariò) trahere natales: Affectus quem impræsentiarum describendum & curandum introduco, ad utrumque sanguinis statum, hoc est, & ad plethoram, & ad cacochyram, refiri potest: sed ne diutius in limite hæream, cum hunc in modum definio.

Hæmorrhagia narium est p. n. & immedica sanguinis per nares excretio, vel ejusdem è naribus effluxus, à causa nunc interna nunc externa productus.

Cum autem vox hæmorrhagiæ juxta Galenum soli sanguinis excretioni, quæ per nares fit quasi per excellentiam competit, usus tamen obtinuit, ut ad alios quoque sanguinis fluxus referatur, quales sunt: qui vel ex sedalibus provenit vasis, & fluxus hæmorrhoidum appellantur: vel ex utero singulis provenit mensibus & mensum fluxus audit: vel qui post partum è mulieribus instituitur & lochiorum nomine venit. Non jam dicam de aliis cruentis excretionibus, in quibus sanguis in cayum visceris alicujus effunditur. Interim mili placet cum Hippocrate ipsius partis nomen addere, & fluxum sanguinis è naribus erumpentis hæmorrhagiam narium appellare.

Th. II.

TH. II.

LEx naturæ vult, ut omne corpus in suo maneat statu, donec deturbetur ab alio. Vi hujus legis sanguis intra membra sua placido ac tranquillo gaudet in circulum motu: Verum quamprimum à causa aliqua turbatur, ejusque motus in circulum præter naturam intenditur, in variis motus degenerat anomalias, seseq; amplius contineri nesciis vase sua diffingendo osculaque distendendo liberum sui vendicat exitum, & quā data porta foras erumpit. Fit autem hæc vasorum apertio juxta Scholasticos triplici modō: vel per anastomosin, vel per diapedesin, vel per diairesin, quæ an revera semper contingant, prout communiter describuntur, merito dubito, cum capere vix possim, quomodo sanguis sub forma sanguinis è vase aliquo transudare possit. Verum cum de his institutionibus prolixè satis agatur, nolo crambem bis coctam apponere, sed ad causarum investigationem me accingo.

TH. III.

CAUSAM itaque proximam ac immmediatam statuo esse vasorum sanguiferorum in naribus præsertim arteriarum apertionem quoconque modo factam, à sanguine vel quantitate, vel qualitate, vel motu peccante. Locus itaque affectus est nasus, olfactus organum & aëris inspirationi quoque inserviens, quo natura quandoque ad excrementorum putitorum evacuationem utitur. Prædicta autem est hæc pars multis vasculis sanguiferis, per ipsam narium cutem dispersis, ut etiam pulsu suo exterius se prodant. Arteriarum seriē eleganter delineat Highmore p. 246, quem vide.

TH. IV.

CAUSÆ proxime plures aliae veliftantur occasioneſ & antecedentes, quas inter res naturales, non-naturales & prænaturales querere solent. Inter res naturales refertur *etas juvenilis*, sanguis enim cō tempore admodum fervidus est, & ad majorē fermentationem subeundam magis proclivis. Stat Hippocratis sententia apla. 27 lib. 3. *Adultrioribus autem & puberibus commemoratorum multa accidentū, & febres etiam diurniores, tum etiam sanguinis profusiva e naribus.* Quo etiam spectat 2. *Temperamentū calidum & biliosum 3.* Sexus imprimis muliebris propter vasorum majorem raritatem, sanguinemque (ex teris paribus) magis fermentescibilem.

TH. V.

INTER res non-naturales primas sibi videntur aer fervidior vel contagiosus, ac multis particulis fermentescibilibus peregrinum ætherem infrentibus imprægnatus, quæ fibras sanguinis divellendo eas ad prosequendum circulationis sanguinis motum ineptas reddunt, ut in extremitate cutis defixa hærentes (ratione gradus malignitatis) sepius maculas, intra vase autem tunicarum ora exceedingo hemorrhagias constituant. Eundem subeunt censum Cibi calidores ac aromatibus conditi, reliquique sali, ac fumo induitati, & quæ sanguini diffusionem cacoxyinican aut scorbuticam inferunt. Male quoque audiunt liquores potenti spirituosi, vini generosioris largior ingurgitatio, qualcum casum refert Timœus à Guldenklee Cas. Medicin. 34. Symbolum

conferunt *vigilia continua* &c. Motus vehementiores tum corporis tum animi, quò iram & consuetas excretiones suppressas etiam refero, quid enim hæ valeant, in sexu sequiori quandoque videre nobis contigit. In *praternaturalium rerum* classe stant plures morbi tum chronicí tum acutí, ex in veteratis viscerum obstructionibus & acrioris sanguinis diathesi oriundi, è quorum prosapia sunt *cachexia*, *scorbutus*, *hydrops*, *tertiana*, *quartana*, febres omnes malignæ, *variola*, ipsaque *pestis*; Nec non spasmus, dicas fibrillarum contractiones sanguinis itum in circulum retardantes & quandoque sufflaminantes, cuius historiam tradit Willius c. de remediis *ignorioris*, quo pariter vulnera, contusiones, variisque continui solutionum species etiam refero, & ex *Magnifici ac Nobiliss. D. Presidis* relatione tumorem colli cancrosum, sive scrophulas scirrhosas, nunc exulceratas, quibus vir quidam plures per mentes conflictatur, & ad necem usq; conflixtabitur, siquidem & hic saepius *hemorrhagia narium* corripitur, tum ob gangrenoam sanguinis intemperiem, tum quod sanguis in vasis majoribus colli pressus, per capillaria qua data via ruptis claustris egredi cogatur.

TH. VI.

Differentias quod attinet dico, aliam esse *criticam*, aliam *symptomaticam*, illa in morbis acutis, quandoque instituitur à natura: hæc vel pauca est vel nimia, ast nusquam tuta; nullum enim paucum est *criticum*, sed semper *symptomaticum*, & omne nimium vertitur in *vitium*.

TH. VII.

Signis diagnosticis recensendis non immorabimur, cum hic affectus oculis usurpetur: instantis autem *hemorrhagie* indicia sunt, dolor capitis pectorius, facies intense rubra, ejusque tumescens, vasorumque turgescentia, præcessit diæta sanguinem vel augens vel vitiolo ipsum inquinans charactere.

TH. VIII.

In Prognosi cautus sit Medicus, numquam immemor, hic non ludicratio, sed de sanguine humano, vita thesauro. Omne profluviū sanguinis immodicum est periculi plenum, viam sternens vel ad subitanciam mortem; vel ad morbos chronicos, quos frigidos vulgo vocant, v. gr. *cachexiam*, *hydropem*. Salutaris est ubi magna adest sanguinis copia, & natura modum excretionis servat. In febribus malignis ambiguum est, an noceat an prosit, bene tamens speramus, si conveniens sit ægrotantis naturæ & morbi indoli, modo non peccaverit in excessu; sanguinis *stillicidium* infastum prædictit eventum; *Symptomatica* semper mala & morbum reddit graviorem.

TH. IX.

In indicando sanguis omne fert punctum, si enim peccet quantitate, sibi indicat imminutionem, sin virtutem fuerit in motu & qualitate, intemperies corrígenda est per alterantia contraria & motus vitiosus refranandus. Conveniunt & hic & ibi V. S. præcipitania & refri gerantia. In intemperie autem acrimoniam humorum temperantia aliaque speci-

specifica laudantur, de quibus paulo post. Quamvis autem in methodica curatione semper à generalibus debemus incipere antequam ad particularia remedia properemus, tamen s̄pē hic nascitur occasio urgens, cui est omnino occurrentum: Ut non male dicere possim, curationem esse duplicem, unam in paroxysmo, alteram extra paroxysmum. In paroxysmo plerumque in sublidium vocantur opiate, styptica & specifica. Extra paroxysmum cogitandum de purgantibus, ceterisque evacuantibus & alterantibus, nec non V. S. Evidem venæ sectio plus respicit causæ antecedentis emotionem, quam quod in sanguinis fluxu præsentī locum habeat. Tentari tamen & hic debet, si virium robur, ætas aliaque eam permiserint.

TH. X.

Sanguinis intemperiem corrigunt ejusque compagem nimis relaxatam confirmant lactuca, endivia, portulaca, plantago, symphitum, tormentilla, bistorta, fl. rosar. balustr. papav. rhad. syr. corall. myrrhin. de ros. sicc. papav. errat. R corall. antiphthis. terr. Japon. serum lactis c. succis, chalybeata & quæ antiscorbutica vocantur. Horum plurima in ipso paroxysmo ad sanguinis turgescientiam demulcendam propinari possunt. Verum cum solis internis officia arteriolarum aperta vix occludi possint, neesse est, ut & externa ipsi loco affecto admoveantur: quo spectant pulvres stegnotici, sperniola Crollii, terr. OI. dulcis, bolus armena, lap. hæmatit. gumm. tragacanth. arab. liquor. stypticus Weberi, vel D. Praesidis, qui

tutior, interne & externe mira præstans. Virtutes ejus vidi in milite graviter vulnerato in manu, sub sequente incom pescibili hæmorrhagia, cumque jam omnia con clamata apparerent, imposuit superveniens chirurgus linteum liquore hoc stiptico inebriatum, dictum factum stetit sanguis, ac ipsius vulneris crux eo felicius peragebatur, commendantur quoque alia: O. OI. succus urticæ, muscus crani humani pulverisatus ac naribus inflatus, sterlus suillum, & in Ephemerid. Germanorum anno secundo pag. too. in nimia hæmorrhagia narium parantur turundæ ex usnea in fine porcino cum mucilag. tragacanth. (per aq. spermat. ranarum) quæ prius exsiccantur & postea in loco sicco servantur, tempore necessitatis naribus intruduntur, & incantamenti instar sanguinem sistere dicuntur. Pulvis ex lacca & aluminine apud eosdem in anno primo, dcoad.

prima: pulvis sympatheticus Digbæi quem feliciter adhibuit D. Praes in puella aliquot annorum: laudamus etiam penicillos ex charta emporetica, albamine ovi imbutos & pulvere stegnotico aspersos. Willijns extollit fuliginem vitriolicam, alii bufonem serico inclusum sub axillis gestare jubent, aliaque amuleta commendant, quæ non semper superstitionis argui debent, cum juvare possint, eo quod certam aliquam materiam ætheream transmittant, sanguini in motu placido conservando magis amicam, nolo tamen diffiteri, quandoque juvare empirica, quod agrotantis imaginationem corroborent, ut enim mundus plures committunt fallacias non causæ

ut causæ. Frictiones, cucurbitulas, frigida, acida, testibus, hepatis & collo applicata, sicco prætereo pede, cum nec tuta sint nec expectationi semper satisfaciant.

TH. XI.

DE Purgantibus quid statuendum hic sit facile est judicatu, si consideremus ex quibus constent partibus, & quoniam operentur modō, sic enim palam fieri, ea in ipso paroxismo canepus fugienda esse, quippe ex observationibus aliorum constat, usum purgantium frequentiorem, largissimam infecutam fuisse hæmorrhagiam. Extra paroxismum autem concedi possunt, ut vitiosi humores tum è primis viis, tum ex ipsa massa sanguinea foras eliminantur, quem in finem ipsa quoque diaphoretica insigni cum agrotantis commando propinari poterunt.

TH. XII.

Cautela Medica circa hæmorrhagiæ curam observandæ sunt haec. 1. Critica si fuerit hæmorrhagia, nec sistenda nec promovenda, sed totum negotium naturæ relinquendum. 2. Narcotica summa cum prudentia & non nisi urgente necessitate in usum sunt vocanda, imprimit si æger ad virium defectum fuerit redactus, viam eam sternunt ad morbos chronicos. 3. V. S. non nisi in largiori sanguinis profusione institui debet, quia si in levissima quavis saltem instituatur, tunc recrudescente malo etiam levissimo, sui curationem non nisi per reiteratam venæ apertitionem admittit: sicut enim optime cogitata quan-

doque pessime cedant; sic ipsa quoque V. S. empyricum est remedium, quod aut prodest aut nocet.

TH. XIII.

Dictæ legitima administratio in sex rerum non-naturalium debito usu, ut in cæteris morbis curandis ita & hic omne fert punctum, hinc hæmorrhagiis deditos vitare jubemus aërem & stuantem, squalidum ac particulis uliginosum inquinatum, quin fraudemus potius frigidorem aërem ac particulis Δisis temperatum: Quoad potum abstineat jubeamus à vino generoso, spirituosis, ut & omnibus iis, quæ fermentationem præternaturalem in M. S. augent; conveniet autem potus tenuis ac herbis specificis imprægnatus: sic curavit Vir Nob. ac Exper. D. Dorstenius Medio, in in hac alma Doctor, eiusdemque Profess. Ord. Fautor ac Preceptor longe venerandus, agrum quendam desperata hæmorrhagiæ maligna decumbentem, præmissis præmittendis, exhibita per vices Δ & c. succo pomorum, ac commendo potu alexipharmaco aliisque sanguinis compaginem restituentibus. Cibi sunt humectantes ac refrigerantes, exulent omnia aromatica & quæ sanguinis fermentationem intendunt. Conducunt somnus & quietem, quia humectant & sanguinis fermentationem placant. Excreta & Reptenta sibi invicem correspondant, ne hic vel excessus vel defectus deprehendatur: Animi pathemata prudenti moderamine componenda, & omnia ea quæ sanguinem ebullire faciunt seu pestem fugere, prudentia erit argumentum. Tu L. B. Si plura

plura de hoc desideres argumento, vide
s̄is Deodatum, Sennertum, Ettmülle-
rum & Collegium Chirurgicum Dn. Pre-
sidis, in hoc enim plures reperies for-
mulas indicationibus his accommo-
datas.

DEO T. O. M. sit Laus & Gloria
in sempiternum.

DISPUTATIO VI.
De.
CHYLO ET SANGUINE.
RESPONDENTE.
DN. GEORGIO SCHUMACHER, Brem.

Q. D. B. V.

§. I.

PRIMÙ statim intuitu dices me
Iliades post Homerum scribere,
acta agendo tempus fallere, &
inter tot egregia ferula & bellaria me-
dica cramben bis coctam apponere:
Idem enim Medicis contingere solet,
quod tum sanis tum ægris in more po-
litum esse videmus; dum uterque cibum
plus una vice oblatum respuant, aut re-
medii bis vel ter exhibiti fastidium
concipiunt, aliud atque novum cum
novo quandoque medico expertentes.
Nam & illi novitatis sunt avidi, ut semel
dicta vix citra tedium ferant atque au-
res suas nonnisi insolitis infusis & no-
vis faciles & vacivas præbeant. Equi-
dem non diffiteor, argumentum hoc
jam ante me ab aliis ita pro dignitate
excussum esse, ut nihil amplius forte
dici possit, quod non dictum fuerit.
Verum cum longius hunc in campum
expatriari meus ferat animus, & aliquam

ind. Medicinæ Prædictæ fœnerari lucem
contendam, non ingratum fore spero,
si chyli & sanguinis naturam & indolem
denuo delineaverim, & primordia Vi-
tae sanæ & longæ in his consistere o-
stenderim: deinde si verbo saltem ad-
diderim, qui ex utroque hoc fluido
ceu altero equo Trojano prodeant
quandoque hostes, œconomiam ani-
malem aut pervertentes, aut evertentes,
Faxit Deus O. M. ut omnia feliciter.

§. II.

LActiformem illam massam, que
quotidie sanguini recens affundi-
tur, ut restauretur deperditum, chylum
vocamus. Fugax enim est microcosmi
vivacitas & perennis quoque in corpore
nostrø omnium substantiarum efflu-
xus! hinc instauramento perpetuo
opus habet: eo autem, ut privatim
pars qualibet fruatur, reipublicæ
interest, publicis promptuaris pri-
vatae. cuiuslibet exigentiae providere.

g 3

Ita

Ita videlicet fert natura fluidorum, ut quædam particulae singulis momentis quâ datâ viâ abeant, quæ nisi ab aliis foris advenientibus restaurarentur, brevi integrâ mutaretur textura, nec ipse sanguis amplius in circulum redire posset, in cuius ita & reditu vita nostra corporeâ & animalis consistit; ne itaque novo vita nostrâ subsidio chylo sive lacticvia intercluderetur, atque sanguini recens hic commeatus denegaretur, Natura mater provida elegantem hominis machinam tot admirandis instruxit organis, quibus novum illud pabulum & præparari & confectum sanguini confundi atque cum hoc ad omnes totius corporis partes transmitti posset.

§. III.

Ilud pabulum ex variis generis constat eduliis, quibus quotidie vescimur, ita ut hunc sub censem veniant varia tam vegetabilia quam animalia uno nomine alimenta vocata, quæ primam in ipso statim ore experiuntur mutationem, usq; adeo necessariam tantiq; momenti, ut si hæc actio negligatur, tota quandoq; economia errorem hunc & pigritiem suere cogatur. Consistit nempe illa actio in comminutione & contritione, quæ dentibus perficitur, estque prima illa in humano hoc laboratorio solutio, non nisi gradu ab illa differens, quæ in ventriculo instituitur, vix enim alimenta in hac extra verti poterunt, nisi primam illam subierint solutionem, ut non male dicatur, unum bolum non bene masticatum difficultius subigi in ventriculo, quam decem dentibus comminutos.

§. IV.

Actioni huic velificatur saliva, primum illud naturæ menstruum, quo i texturam solvendo & vincula relaxando alimentis aliam plane conciliat faciem, ut ea semel imprægnata vix amplius cognosci aut à corruptione seu accessione vindicari possint, præsertim si post factam humectationem calori solati exponantur.

§. V.

Inferim magnam pro diversitate generis & individuorum in ipsa saliva agnoscimus diversitatem: sic alimenta salivâ canis imprægnata abeunt in chylum & consequenter sanguinem, canis nutrituræ magis aptum, quam aliis animalis. Indò omnis humor fermentativus majorem habebit affinitatem & respectum ad sanguinem, in quo suos habuist natales, quam ad peregrinum; ipsa quoq; alimenta facilius ad eum evet dissolutio gradum, ut in sanguinem abeant illi similem, ex quo iste suam traxit originem: quam proprietatem omnibus humoribus à sanguine secretis & alimento attenuationem juvantibus quoq; in acceptis refero: Inde est quod pulmentaria materna saliva imprægnatum infanti plus prospicit, atque in chylum atati & temperamento infantili magis amicum facilius abeat, quam si lingua peregrinæ nuttis cæteroquin sanæ attinatur.

§. VI.

Patrias salivalis humoris dicimus esse glandulas, tum oris & palati, tum foris etiam & juxta aures sitas, quandoquidem ex his nunc per breviores tubulos

Runc

nunc per longiores canales saliva in oris cavitatem excernitur. De his glandulis earum, iem̄q̄ vasis altum fuit apud veteres silentium, nostro autem tempore vix ulla instituitur sectio, in qua non peculiares ejusmodi ductus & canaliculi lymphatici cum globulis suis glandulosis conspectui sistaptur, de quorum inventione vide plura apud Magnificum Dominum Francum, Archiatrum Electoralem & Professorem Medicinae Primarium in Academia Heidelbergensi longè Celeberrimum, Fautorem ac amicum nostrum antiquā fide colendum, in dissertatione anatomica *Bona Nova anatomica* inscriptā. Et non ita pridem novum ejusmodi ductum descripsit D. Huck in peculiari q̄odam de novo ductu tali-
vali tractatu. Ceterum si papillas illas ipso in palato paulò pressius cultro con-
torseris, notabis hinc inde jucundo spe-
ctaculo prossilientem rorem; quod si membranam superiorem Excell. Schnei-
dero pituitariam dictam armato inspe-
xeris oculo, necum experieris, eam merè vesicularem esse, ex congerie multarum vesicularum, quales ope microscopei in
eute quoque cernuntur, eompositam,
innumeras in locis ab excretoriis tubu-
lis perforatam. Glandulas has accura-
tius descripsit Excell. Dn. Hoffmannus,
Anatomiae & Chymiae Professor cele-
bratissimus. Palatinæ hæ, inquit, glan-
dulae tonsillis continuatae ad conglomeratarum classem pertinent, ex minoribus enim glomis glandulosis ope fibrarum junctis constant, emituntque innumerous exiles ductus, qui succingentem membranam sive cuticulam palato cum toto ore communem, celeberrimo

Schneidero autem pituitariam posterio-
rem dictam, instar cribri perforant, ut
roridi madoris guttulae per tenella isthæc
foramina extillare possint; quales etiam
nisi sponte fluant inde exprimi videntur
à prominentiis linguae exterioribus fi-
brosis singulari Anatomici dexterimi
M. Malpighii industria detectis, & cor-
nuum nomine donatis; istarum enim
impulsa mediante, vario lingue motu
ad palatum tacto compressæ, glandulae
non possunt non contentam humidita-
tem uberiori dimittere: quare in animan-
tibus, que duriori vescuntur cibo, aut
asperum & densum obtinent palati involu-
lucrum, natura memorata cornua carti-
laginosa & duriora fabrefecit, quo con-
tinuo scalpendo superiora, melius eli-
ceretur humidum.

§. VII.

Sed relinquo fontes salivales & ipsum
accedo focum, in quo assumpta co-
qui dicuntur. Nolo autem omnia illa,
quaæ de naturæ olla sive cucurbita, ven-
triculo, in fundamentis Medicinæ ad
mentem neotericorum delineatis dixi-
mus, hic ex charta in chartam transcri-
bere, nec varias ad fermentatorum hunc
actum concurrentes causas denuo in
scenam introducere, cum libellus iste
nunc in Belgio recusus in omnium ver-
setur matribus; sufficiet nobis hac vice
annotasse, humorem quendam fermentati-
vum egredi è glandulosis ventriculi
papillis, arteriosi sanguinis sibolem, &
in ipsam ventriculi cavitatem extillare,
idque majori in copia, eo præsertim
tempore, quo assumpta deglutuntur,
cum glandulae stomachales tunc magis

pre-

premantur, liquor hic salinus attenuando dissolvendo & fermentando massam, facit, ut interiores partes fluidæ assumitorum extravertantur, earundemque evolutio à centro ad superficiem promoveatur, hinc est, quod chylus tunc sub facie longè aliâ compareat, atque fluidus magis & vaporosus sit, quam antea. Conforeni contentorum in ventriculo quod attinet nihil quidem habeo quod circa illum moneam, qui enim nimium credit colori, ut alibi, ita & inœconomia animali, facile decipitur, cum vel ob minimam circumstantiam variare soleat. Hinc in ovibus chylus viridis conspicitur coloris: in aliis animalibus pro assumptionum varietate aliter atque aliter tractus est, ut haud immixtò impurus vocetur liquor, quo usque notabilem illam digestionem in intestinis non subierit.

§. VIII.

Quantum autem temporis chylificatione impendatur, nondum est in aprico, nec facile determinari potest quod pro assumptionum, fermenti, sanguinis & subjecti varietate nec non aliâ atq; alia dispositione & constitutione nunc citius nunc tardius peragatur, ipsaque alimenta nunc facilius nunc difficultius in cromorem abeant. Curiosus naturæ investigator Zaffius tenebris his haud exiguum affudit lucem, cuius vide observationes. Impossibile enim est, ut assumta pari semper passu ambulent: quædam distributionem volunt non coctionem, qualia sunt lacticinia: quædam animam saltem vel extractum largiuntur, reliquam autem ceu inutile terræ pondus

in intestinis seernitur & deorsum protensum stercoram auget molem, quæ si aliis in animalibus efficaciore & potentiori subjiciatur fermentationi, iterum nutrimenti vel alimenti nomine datur.

§. IX.

Queri huc solet, an quid immediate ex assuntis in ventriculo & faucibus sanguini communicetur: §. Non solum sanguini & humoribus circulantibus, sed ipsis quoque spiritibus animalibus quasdam assumptionum particulas immediate communicare posse. Ecquis inficiabitur, volatiles quasdam partes in prima illa & secundâ solutione atque maceratione qua data portâ exhalare, tum in ore tum in ventriculo, qua humoribus circulantibus ac sanguini associatae eorundem activitatem non parum adaugebunt. Sic ipsos moribundos sèpius ex Orci faucibus revocamus, vel mortem saltem retardamus, infundendo ori spiritum volatilem camphoratum, vel alium meteorisatum: qui diffusi per vasa capillaria receptaculi sanguinei & tubulos lymphaticos, vel in momento stertorem tollunt, & lymphæ motum suum in circulum reddunt, ipsique sanguini novam conciliant alacritatem. Profectò ipsa opiate eodem sèpius momento, quo exhibentur, etiam operantur, id quod apud dysentericos non semel observavi, cum quibus sermones adhuc miscentes ex eo, quo opiatum sumferant, propensionem in somnum oculis ex ipsorum oculis legere potuimus; evidenti argumento, particulas quasdam soporiferas

feras jam dum ipsi cerebro fuisse transmissas.

rem redeunti, & cephalicæ lymphæ, confusus, transportatur.

§. X.

Peracta sic fermentatione, & assumptiorum attenuatione in ventriculo, omnis chylus inde confessus ex augustinissimo spatio in angustiorem propellitur fistulam, ventriculo continuam, quō partes antea rarefactæ & expansæ nunc proprius iterum coeant, sibique magis approximantur, quō fluidiores partes magisque lubricæ versus intestinorum parietes & ad latera evertantur: crassiores autem versus concavitatis centrum premantur. Quo ipso liquido constabit, quare lactæ chyli partes vasa lactea ingrediantur, crassiores autem, terrestres, acidæ, salinæ & sulphureæ plurimæ, ad crassa intestina properent, quam secretionem non parum adjuvat bilis ab unâ parte affluens, ab alterâ verò succus pancreaticus.

§. XI.

Quod verò chylus jugi & perenni fluxu tenellula vasalactea trajiciat, & sine remora per oculâ vasorum transcoletur, pressioni robur haud exiguum superaddunt respiratio, reciprocus diaphragmatis & musculorum abdominis motus, nec non peristaltitus intestinalium succurrente mediâ in viâ succo lymphatico à partibus inferioribus versus cor reflu; sic chylus ex augusto intestinali canali per angustissimos tubulos lacteos in amplum chyli receptaculum, cisternam chyliferam dictum, & ex hoc iterum per angustiorem canalem in angustos cordis thalamos, paulò ante sanguini, per axilla-

§. XII.

Sic peragravimus chyliferam regionem, ipsiusque chyli semitam calcavimus; restat, ut plus ultra tendentes iter quoque sanguinis indagemus, atque pari attentione ejus vias emetiamur, quas ut tibi magis perspectas reddere possis, suadeo, ut inspicias tabulam à Stenonio Bartholino Patri communicatam, quā nihil pulcrius, nihil rei medice utilius excogitari potuisset. Videbis illo in iconissimo communem Truncum receptaculi sanguinei, compositum ex cordis auricula dextra, cordis ventriculo dextro, Truncocarteræ pulmonalis: his continuo sunt angustiæ primæ, ubi rami arteriosi sensim magis magisque dividuntur, & tandem omnem fugientes visum pulmonum substantiam compонete, atq; cum vasis excretorii pulmonalis radicibus, quod asperam arteriam vocant communicare videntur. Ab altera parte alium communem contemplaberis Truncum, compositum ex cordis auricula sinistra, cordis ventriculo sinistro, arteria aorta, versus totum corpus sursum deorsumque distribuenda: ubi statim se quoque offerunt sanguinei hujus receptaculi angustiæ secundæ, ut à Stenonio vocantur, quandoquidem & hi rami sensim magis magisque dividuntur, donec tandem omnem etiam fugientes sensum viscera abdominis magna ex parte constituant, & cum eorumdem vasis excretoriis communicent;

h

& qui-

è quibus radices exsurgunt ad truncum communem primum componendum confluentes. Receptaculi sanguinei Truncus tertius privatus magis est quam publicus; cum non omnibus corporis partibus communis sit; appellatur autem Porta, cuius angustia hepatic magna ex parte constituunt, & facta communicatione cum vasis biliaribus iterum confluent in truncum communem primum.

§. XIII.

Hæc est vera circulationis historia, & per has flexuosa atque contorta vias sanguis it & redit: si enim sanguis per vias æque patentes pelleatur, nunquam recrementias partem facile hinc inde deponeret, neque ipse chylus & humores circulantes recenter iterum advecti cum ipso intimus misceri possent: Canaliculorum quippe multiplicitas efficit, ut plures à sanguine partes & quidem facilis secernantur, quanto scilicet plures superficiem cribri tetigerint: Colligitur autem sanguis iterum in unum communem alveum, notante id celeberrimo Bartholino, ut à diversis partibus diversus rediens ad statum uniformem reducatur, ubi alvei simplicitas efficit, ut homogeneus evadat sanguis, qui ex diversarum partium canaliculis redux diversæ est naturæ; cum enim versus omnes partes propulsus non easdem sed diversas sui particulas in singulis cribrorum differentiis deponat, non mirum, si ex diversis redux discrepet ab invicem.

§. XIV.

Quare autem certæ saltæ particulæ hinc inde in visceribus tantâ cum providentia separantur nullam aliam assignare possumus causam, quam certam eamque constantem pororum configurationem, quæ cum tum in vasibus sanguiferis, tum in cibris & tubulis excretoriis diversa sit, non possunt non certi saltæ generis particulæ hinc inde segregari & ab aliis divortium facere. Quamdiu enim pororum figuræ firmostant talo, & sanguis singulis minutis suum absolvit circulum, semper ea quæ excerni debent, excernuntur, quæ admittenda autem sunt, admittuntur. Ut nequaquam opus habeamus hic fingere facultates nescio quas, potestates, archeos, spiritus insitos, calidum innatum, aliaque ejusmodi insomnia, quæ merito inter fabulas & figmenta recensimus. Quippe solus huic negotio expediendo sufficit Æther, sanguinis fluiditatem, motum, & mixtionem conservans, una cum mechanicâ partium solidarum structura, atque determinata pororum configuratione, de quibus etiam inferius in historia morborum.

§. XV.

Quod si nosse desideres, ubi & quænam sint illa cribra? scias, viscera hæc esse, quæ parenchymata vocare solent, hæc enim revera hoc fuguntur munere, & nihil aliud sunt, quam massa quædam sanguinea vel chylosa, vasibus sanguiferis capillaribus circumfusa, & excretoriis vasibus quoque prædita. Hinc ob certam pororum configurationem certis saltæ particulis transitum concedunt, & cum,

& cum illa non eadem sit in omnibus, sanguis magno cum impetu ex auge
nitum non est, quod aliae particulæ se-
cernantur in renibus, aliae in liene, aliae
in hepatæ, aliae in pulmonibus, aliae in
pancreate, aliae in glandulis intestina-
libus, aliae in testibus, aliae in cere-
bro &c: Quæ liquidius adhuc consta-
bunt, si ad generationis modum, quo
fieri solent viscera in prima generatione,
attendere velimus. Videlicet sanguis
est primum vivens, & ultimum mori-
ens: post hunc cor cum vasis genera-
tur, & quatenus in extremitatibus vas-
orum vesiculae quædam adnascuntur, quæ
prout nunc aliis sanguinis partibus re-
plentur, abeunt in varia viscera, pro
partium harum plus minus fixarum,
mollium, crassiorum, aut tenuium, va-
rietate, à se invicem differentia. Et
cum hæc demonstratio à priori toti
velificetur doctrinæ de sanguinis circu-
latione aliisque functionibus mechanici-
cis in œconomia animali, eam proli-
xius descriptam vide apud celeberrimi-
um Crana.

§. XVI.

Nunc viam satis expeditam habemus
ad explicandum arduum nutritio-
nis negotium, quod hunc in modum
confici persuasum habeo. Ipse vide-
licet chylus ex diversis eduliorum gene-
ribus intra ventriculum confectus, atque
sanguini attenuationis & rarefactionis
interventu, commixtus, singulis pulsis
quibus paries arteriarum valde
distenduntur, occasionem sat commo-
dum habet, rursus à sanguine seceden-
di, atque per poros arteriarum elabendi
in tubulos partium solidarum. Quippe

sanguis magno cum impetu ex auge
in angustius tendens spatum, poros tu-
nicarum reddit valde patus: Chy-
losæ hæc moleculæ cum in partibus nu-
triendis allidantur in superficies suis
superficieculis exassè accommodatas,
statim juxta eas quiescent: hoc est se
immediate contingunt: quo nullum
in rerum natura firmius atque poten-
tius glutinum reperitur, id quod Cy-
lindro Marmoreo nuperrimè exhibui-
mus, & probavimus in Collegio
experimentalí.

§. XVII.

Verum enim verò vel è longinquæ
videre potuimus difficultatem, sen-
tentiam nostram non parùm premen-
tem, nonne enim ipsa bruta nutriuntur,
viètque valde simplici cibantur?
quomodo bos, qui solo vescitur gra-
mine secundum omnes corporis sui par-
tes, osscas, carnosas, cartilaginosas,
aliasque nutritiri poterit? anne graminis
tot diversi generis particulæ insunt, quot
diversæ sunt partes nutriendæ? Quippe
ad eam diluendam non opus habebi-
mus configere ad facultatem assimila-
tricem peripateticorum, aut ad recen-
tiorem spiritum coagulantem, vel ne-
scio quod fermentum assimilans. Cum
vel solum gramen omni partium nutri-
turæ sufficiens sit, utpote quod ex va-
riis generis corpusculis, terrestribus,
insipidis, salinis, oleosis, aquosis, aliis-
que, combinatum est, atque aptum
natum, partes tam osscas, quam carti-
laginosas, membranosas, & carnosas
restaurare & refoçillare. Quid enim
cartilago aliud quam pars mollior ossis?

De Chylo & Sanguine.

quid es aliud quam sal combinatum cum aliis partibus, terrestribus & paucis ramosis, quae ubi à se invicem segregentur, soluto nempe texturæ vinculo, & foras, qua data via prodeant, in ipsa circumferentia quandoque iterum, sed alium in modum copulantur ab aere, atque concentratæ muscum constituant, à natura graminis non usque adeo abludentem; id quod incraniis sub dia longius servatis quotidie experimur.

§. XIX.

ATQUE sic constabit liquidò, natu- ralem chyli statum consistere in convenienti & legitima ejus fluiditate, sapore, aliisque qualitatibus: sanguinis autem in particularum cum constituentium decenti ordine, commixtione, & rarefactione: ut scilicet omnes ejus partes talem inter se servent ordinem, quod aether omnia interstitia & intervalla, omnesque poros, replere, permeare, & citra magnam turbationem, impetuofamque agitationem, motum perennare atque quantum in se est nativam mixtionem conservare possit: quippe à consueti hujus aetheris influxu sanguinis dependet indoles & crasis, totaque reconomia animalis ad ejus nutum administratur.

§. XIX.

SIN verò duo hi liquores à nativa de- generent crasis, myriades inde prodeunt morborum, semina morbifica ipsis innidulantur, excluduntur, varia- que ludunt dramata, & vel ex insidiis vita filum abrumpunt. Certè si ab oyo

tragicam hanc scenam introducere ha- ceret, luce meridiana facile fieret clarior, non male morborum fomites in chylo, sanguine & humoribus circu- lantibus à nobis queri. Ne verò ob- scurus Tibi videar, expediam, quid per humores circulantes velim. Videlicet dicunt hi lympham omnesque liquores à sanguine eum in finem secretos, ut ipsi rursus confundantur: Lucem his tenebris affundit antea allegatus *Cappa- rus Bartholinus*, xvi nostri celeberrimi anathomicus, docens, humores à sanguine secernendos vel prorsus inuti- les esse, q. s. sudor, pulmonum excre- menta, urina, aliaque. Vel utiles esse eosque iterum vel speciei vel individuo inservire. Jam qui ad speciei conser- vationem spectant, illi in mammis, utero, & paribus utriusque sexus genera- rationi inservientibus à sanguine sepa- rantur. Qui verò individui utilitati inserviunt plerumque eum in finem seceri videntur, ut vel iis secretis & nunquam iterum admittendis massa remanens purior sit his liberata, vel iis secretis & postliminiò recipiendis massa illa fluidior sit; vel denique ut secreti & nonnunquam intra peculiares cavitates collecti inserviant humoribus in canali alimenterum vel dissolvendis, vel disso- lutis secernendis à se invicem & præ- cipitandis.

§. XX.

SED è diverticulo in viam. Nonne ipsis lactis seu chyli vitio, quo in- fans in utero materno nutritur, multi iisque gravissimi morbi hereditarii suos debent natales, quales sunt epilepsia, vomi-

vomitus, diarrhoea aliquae statim à partu supervenientes, vel alii chronicci non solum, sed & acuti longè post nativitatem accedentes calculus, arthritis, scabies, lepra &c. Sub hunc censem veniunt quoque variolæ, foecum suum in cremore lactis acefcente corrupto & in tubulo quodam partis solidæ plures in annos delitescente nunquam inde egrefsiro, nisi certò quodam aetheræ agitatus foras prodiret, & tubulo suo exclusus cum lympha ad sanguinem abriperetur. Hinc est quod variolæ plures sileant in annos, atque in æternum sepultæ manerent, nisi occasione peregrini aetheris, vel cum assumptis admissi, vel cum aëre inspirati, fermentare inciperet, sicque tubulo suo amplius capi nescius deveniat ad sanguinem, ejusque mixtionem vel in momento potentissimi veneni instar turbet. Quæ nova & rara, sed vera & chara variolarum causa à Celebertimo Craanenio-Consiliario & Medico Electorali primum detecta nos ad solidiorem medendi deduxit methodum. Quot enim Medici, ad mentem veterum hic medicantes, hodienum committant in curandis variolis errores suis intempestivè exhibitis purgantibus, alexipharmacis, sudoriferis, vix amplius reticere possumus, quamvis coplerumque provida tegat Mater Terra. Et quamvis nos taceremus, metuendum tamen esset, ne lapides aliquando pro nobis locuturi & vindictam petiunt sint. Credas mihi, quisquis es, si te sapientia siue Rei pariter medicæ tenet professio, duo prostat apud nos remedia, quibus variolas quascunque vel avergere vel curare audemus; absit-

à nobis philavtia, qui nunquam nimium fidimus viribus nostris, solus enim ille felix est, qui in brachio Domini confidit nunquam decurtato. Constant autem ex meritis vegetabilibus, eorumq; aliquam habuisse notitiam *Langium*, ex ejus miscellaneis colligi potest. Interim pro veritate stabilienda sisto tibi testem omni exceptione maiorem, virum in theoriam juxta & praxi celebrissimum *Dn. Doleum*, qui remediis his in Aula apud personas Illustres non minus quam extra eam apud plurimos felicissimo eum successu vel millies usus est. Didicimus quam vanæ plurium practicorum sint præsumptiones; fuius spectatores, otiosi quidem, sed ipsis ægrotantibus admodum proficiui, dum alii intempestivè agendo ægrotantes in summum vitæ discrimen præcipitârunt, exhibentes remedia istis diebus, in quibus feriari debebant, nihilque molientes, ubi causam & gri agere rei exigebat necessitas. Quippe satius est, primis diebus hoc in morbo nihil exhibere, medio autem morbi tempore paucæ temperatoria in usum vocare, ultimis demum diebus indefessâ industriâ expugnare febrem inflammatoriam, quæ hic omne fert punctum.

§. XXL.

Coeterum revertendum est ad illas quores vitales. Putem autem morborum semina haud incepè quæriti primariò in chylo, & secundariò in sanguine & humoribus circulantibus. Vel primariò in sanguine & humoribus circulantibus, secundariò autem in chylo.

chylo. Et quidem quod ipsum attinet chylum, corruptitur is atque perigrino contaminatur charactere in ventriculo & primis viis tum assumptorum tum commixtorum (liquoris gastrici & duodenalis) vitio. In ipso chylo notamus inter alios defectus ejus visciditatem, aciditatem & putrilaginem. In illis morbi chronicci nidulantur, de quibus Celeberrimus Krugius in disput. de morbis chronicis ex acido vitioso. Ex hac prodeunt affectus cardialgici, Cholera, diarrhoea, aliisque similis farinæ morbi. Hac in matrice concipiuntur famosæ illæ cruditates, quarum una acida, altera nidorosa appellatur, plurimum gravissimorum morborum generatrices. In illa convenientia martalia, Spirit, tartar: comp. Essent. Carminat. Wedel. volatilia oleosa & absorbentia. In hac blandiora laudantur acida, candonata, aliaque in disput. de ventriculi & intestinorum morbis enarrata.

§. XXII.

Verum cum nec sanguis insons esse possit, sed & de suo dejiciatur ponete, ubi tot primis in viis committuntur errores, videndum quoque erit, quot modis & hic à statu & nativa sua crassi degenerare possit, quosque morbos humores circulantes quandoque pariant. Quamvis autem rarius contingat, ut sanguis vitiosa inquinetur labe, antequam chylus à sua recesserit indole; id tamen fieri posse, nemo facile ibit inficias; quoties scilicet maligna quedam aura sanguini immediate afflatur, tum per poros cutis foris intus spectantes, tum per excretoria Tracheæ va-

scula: imo ipsos humores circulantes non raro ab aere frigidiori aut gas sylvestri immediate affici & in motu suo præpediri, testantur destillationes epidemicæ, raucedines, tussis ferina, angina, ophthalmia, Erysipelas, tumores ædimatosi, febres intermittentes.

§. XXIII.

In sanguine inter alia vitia nigro notamus carbone Cacochymiam, & turbatam ejus mixtionem. Illa quid sit, jam ex institutionibus innotuit. Hac in perverso ordine particularum sanguinem constituentium consistit, & sanguini cæteroquin optimè constituto, aliunde scilicet transmissio perigrino æthere, accersi potest. In turbata hac mixtione sanguinis consistit essentia omnium febrium, ipsique intermittentium paroxysmi, qui nihil aliud sunt quam breves febres continuæ, in hac fundantur. Excipiunt tamen hæc sanguinis vitia se mutuo! quamvis enim febris incepta, si intra modicum tempus finitur, vulgo dicatur medicina potius quam morbus, tamen saltem ex parte id verum est, quoniam hac ratione sanguinis impuritates desflagrant, viscerumque obstructions expediuntur, & revera totum corpus ventilatur, ita ut materiâ quamvis excrementitiâ & nascentium morborum seminario profus liberetur. Sin vero protrahatur febris, plurimum ægritudinum & diuturnæ invaleudinis causa existet, cum sanguis aliquoties in sua mixtione turbatus non possit non cacochymicam tandem induere intemperiem, id quod in omnibus quidem febribus, magis tamen

tamen signanter in intermittentibus & symptomaticis vulnerariis totâ die experimur. Placet itaque turbatam hanc sanguinis mixtionem ,paulò pressius sub examen vocare , qua nihil utilius, nihil jucundius unquam dictum fuit, & quam plures ante annos in hac academia primus publicè in collegio disputatorio proposui, securus Celeberrimum *Craan*, cui soli hæc debetur gloria : eamque postmodum luculentius illustravit *Dn. Doleus* in pteritudâ suâ Encyclopædia Medicâ.

§. XXIV.

sanguis rite mixtus & temperatus censetur. Sin verò ordo iste invertatur, alia atque alia formantur intervalla, à peregrino æthere, alius motus, replenda, sanguis jam turbatus erit in sua mixtione, & quo æther iste plus abludit ab anteà influere solito, eo majori sanguis contaminabitur putredine ; ita ut extremus putredinis gradus, qualis est in peste, similis sit statui vini fulmine tacti, atque hac ratione febres malignæ non nisi gradu & inter se & à benignis differant, quatenus in his sanguis minus turbatur in suâ mixtione quam in illis.

Nepe sanguis noster hoc communice habet cum vino aliisque liquoribus fermentantibus, ut facile à peregrino æthere turbetur in sua mixtione: quemadmodum chylus & lympha communes hoc habent cum lacte, ut facile acescant. Quoniam autem ex physica generali novimus, nullum dari hoc in universo vacuum, imò illud ne quidem concipi posse, id quod pluribus experimentis in Collegio experimentali demonstravimus : Hinc jam sequitur, minutissimos etiam poros & interstitia corporum tum fluidorum tum solidorum materiâ quâdam subtilissimâ repleti, quæ torrentis instar suis indefinitæ magnitudinis & figuræ particulis, nullibi exclusi, nullibi inclusi, minutissimos etiam porulos repletat. Quod si sanguinis particulæ talem inter se leviter ordinem, atque ejusmodi inter se forment interstitia, quæ consuetam à prima nativitate materiam subtilem citra turbam & luctam admittant, ita ut hæc in constructum earundem motum conspiret,

§. XXV.

Peregrina hæc materia ætherea transmittitur vel ab astris & luminibus vagabundis, sub quibus tellurem, lacum sibi inter planetas merito vindicantem, comprehendo. Vel cum pure in vulneribus, ulceribus & pustulis variolosis, inflammatis, aut sanguine extrayasato accersitur. Sæpius pro vehiculo inserviunt calidiora, theriacia, aromaticæ, vinum generosum, fermentum lymphaticum, lac acscens & fermentans, omniaque fermentescibilia. Huc facit transpiratio insensibilis, quæ inhibita vel suppressa plus ac sæpius quam cæteræ omnes istius mali occasio aut parens esse solet. Quippe effluvia per poros cutis evaporare solita, & ad superficiem ope materia æthereæ Naturæ nostræ amicæ protrusa, intus cohibita sanguinem fermentant, poros pervertunt, mixtionem turbant; hoc est, varii generis febres producunt. Quoties enim peregrinus hic æther certiss

certis saltē temporib⁹ & diebus sanguini inferunt, febres erunt intermitentes, si vero non nisi spatiis plurimum dierum expelli possit (id quod variis ex causis fieri potest) febres erunt continuæ.

§. XXVI.

Porro docemus his ex fontibus, quare quædam cum rigore invadant, & frigus coniunctum habeant, quod interior tandem subsequitur calor. Nempe peregrinum illud corpusculum, quod aliis figuræ & magnitudinis ætherem a cordi infert, cum reliquis sanguinis particulis, eodem momento illabentibus, convenienter dilatari atque rarefieri nequit, sicuti lignum viride igni appositum prius cum lupprimere videatur, mox autemflammam concipiens cum adauget, ita pari ratione, ubi jam pori pervertuntur ut peregrinus æther copiosius admittatur, totus incalescet solito fortius sanguis, atque secundum minimas suas particulas turbabitur: quō ipso causæ sitis, delirii, inflammationum, omniumq; aliorum symptomatum in apricum introducuntur.

§. XXVII.

Nostram hanc sententiam suffulcit ipsa febres curandi ratio & praxis medica, quippe omnia quæ agimus eo collimant, ut debitam suam sanguini restituamus mixtionem, atque peregrinum expellamus ætherem. Hinc febres æquinoctiis incæptæ circa solstitia finiuntur, & ægri in alteram

regionem migrantes sœpe convalescent, hisque mutationibus efficimus, quod exquisitissimis etiam remediis obtinere haud potuimus. Huic quoque scopo intervint sudorifera blandiora, acida temperata, salina, præcipitantia & absorbentia prudenter exhibita, nec non opiate diaphoreticas maritata. Habenda tamen semper erit ratio obstructatum partium solidarum; si enim inflammatoria adfuerit obstructio, qualis in parte aliqua nobiliori est in febribus malignis, in ignobiliori autem in hectica, omnem absolvant paginam volatilisantia & deobstruentia: quibus etiam solis Magnificum *Dn. Wepfferum* febres intermitentes felicissime curasse ab Amico æstimatisimo *Dn. Brunnero* Professore Heidelbergensi designato meritissimo, compertum habeo.

§. XXVIII.

Arigite nunc aures vos è medicorum plebe, qui nil nisi purgantia apud ægros vestris crepatis. Videbitis purgantia qua talia ne indicari quidem in febribus, utpote quæ sanguinis mixtionem magis turbant, obstructions augent, febres duplicant, inflammations accersunt & nunquam citra periculum dispendi sanitatis exhiberi possunt: hæc sunt quæ peregrinum ætherem inferunt, rorem nutricium depascunt, sanguinem turbant, omnes istos tragicos ludunt casus, quos venena ludere solent. Actus purgatorius est actus febrilis ipsa febri quan-

quandoque deterior. Quæ omnia adeò clara sunt, ut velipsorum, qui in cathedra Moysis sedent, oculos perstringant. Plura videbis in Collegio disputatorio de febribus.

§. XXIX.

Hicce velificatur Experimentū Pneumaticum, primum à Dn. Brunnero, Amico sine omni fuso & semper constanti, nobis exhibitum, nunc verò sèpiùs coram Studiosis Medicinæ à nobis institutum. Hoc confirmat sanguinem & spiritus habere rationem corporis continui, nec posse alicubi affici, ut non tota compatiatur massa: quam primum enim solo halitu plus sanguinis in cordisventriculum impellitur, quam ab altera parte

egregri possit, videmus vasa capillata in momento turgescere sanguine, ipsum contendit, suoque motu privati, spiritus animales in anomalos redigi motus, p̄cordia spastmodicis coripi corrugationibus, ipsumque animal suffocari; quibus ex Phænomenis varia deducere possemus conjectaria, doctrinæ de febribus facem accendentia, sed plura addere temporis & pagellarum vetat angustia. Tu Lector benevole evolve elegans Camerarii disputationem de experimento Pneumatico, & Rei medicæ de tot inventis Recentiorum gratulare. D. O. M. sit laus & gloria in sempiternum, Amen.

DISPUTATIO VII
DISSERTATIO MEDICA

DE

PER NIONIBUS
Frost-Beulsen.

RESPONDENTE

JOH. HENRICO MÜLLERO, Rintelensi.

I. N. J.

TH. I.

S I totam amplissimi hujus mundi fa-

bricam quaquâversum perlustrem, &
quæcunque in ejus sinu recondita sunt,
aut terræ ambitu cœlique complexu con-
tinetur, oculis mentis intueat; Jovis
i omnia

omnia plena, miraculis cuncta referta, & in minimis etiam Numen invenio. Exemplo inter alia infinita est stupenda illa metamorphosis, quam in Vegetabilibus tota die cernimus, eo præsertim tempore, quo terra (vere) redditur, quam nives oppresserant: Quippe non sine magna animi voluptate cuncta reviviscunt, plantæ germinant, atque brevi temporis spatio, nobis vix advertentibus, in insignem exsurgunt altitudinem, & herbae scinti suâ viriditate, florumque varietate atque admirandâ pulchritudine oculos spectantium pascunt. Verum nec hic terminus est æternæ sapientiæ: Hæc enim siderum collegit metas, & annuas hyemis atque æstatis vices ad certas redigit leges: Ut nihil inter res naturales usque adeò beatum sit, quod omnem ferat ætatem, ut potius ad lenocinatum, properent omnia. Vix enim solis ad brumam, recedentes spirat vis, ut non statim longo frigori & penetrabili damnata sint omnia, & sœva hyemes terram fluminaque advinciant. Hinc sit, ut plurima ex vegetabilium familiis injuriâ temporis & acris fracta, marcescant, rige-scant, sœpius emoriantur, & gelupenitus corrupta, aliam longè induant faciem. Quæ enim antea caput extulerant, ut lenta inter viburna cupressus, nunc flacescunt, & versus terram depresso-jacent, quâ si sponte redire velint unde venerât, ut vel tacite innuant, ipsorum texturam eversam, pororum configurationem perversam, fibras antiquâ suâ sede emotas & deturbatas, omnemque succo nutritio aditum præclusum esse. Quemadmodum autem & hic digitum Dei veneramur, ita idem fatum subire cogimur o-

mnes, idum non solum inter tot rerum vicissitudines & nascimur & morimur, verum etiam iisdem obnoxii vicissitudinibus, asperioris cœli inclem tam variasque tempestates tempore brumali ferre cogimur, ut non raro ab intenso frigore fluida in solido congelentur, pori coarctentur, tubuli obstruantur, & partes corporis nostri adeò obrigescant, ut vel stupore doloroso non minus quam periculoso correpta ægrotent, vel denegato vitali influxu penitus emoriantur. Placuit itaque impræsentiarum de Pernionibus, malo à frigore contracto, verba facere: tum quod neminem sciam, qui illud thema publicè in Cathedra tractaverit, tum quod sint, quibus labor ille non displicet. Noli autem L. B. à Medico exspectare pictum sermonem & Rhetorum flosculis conspersum: Nobis enim qui musas eolimus severiores, non licet esse tam disertis, neque etiam materiae conditio ejusmodi fucum patitur, cum veritatem pro scopo habeam, quam nudam in scenam introducere oportet. Faxit Deus, ut feliciter.

II.

Galenus describit Perniones per mortificationem à nive. Cl. Bruno dicit, quod sit soluta continitas aut fissura vel indetimentum manuum & pedum hiberno tempore à summis algoribus proveniens. Nobis nihil aliud sunt, quam tumores inflammatori, nunc cum, nunc sine exulceratione, à summo frigore in manuum & pedum extremitatibus producti.

III.

Subjectum sunt partes extremæ & à corde remotiores, quæ plerumque æris

ris

ris injuriis magis expositæ minusque calidae sunt. Verum non solum cuticula & quod huic subjacet reticulare corpus, inter cuius foraminula crebriora oculo armato conspicere possunt sudoris vascula, patitur, sed tota illa substantia vibrosa, quæ propriè cutis nomen meretur, ex arteriarum, venarum, nervorum ac tendinum extremitatibus contexta, cum pyramidalibus papillulis ipsis nervis continuis & cum sudoris vasculis ad cuticulam exsurgentibus, afficitur, quæ omnia Celeberrimus ævi hujus Anatomicus *Dn. Bohn* sub fasciculo fibroso accuratè depingit.

IV.

Necessum autem erit, ut paulò altius repetamus ex *Physica generali*, quid calor & frigus sint in nostro corpore, cum tota hæc doctrina haud exiguum inde fœnerari possit lucem. Nempe corpus nostrum refrigerari dicitur, quoties ob imminutum sanguinis & humorum circulantium motum tremulus fibrillarum motus, qui ipsis naturalis & consuetus est, sistitur, vel saltē immunitur. Sicut enim natura caloris in celeberrima particularum secundum omnes dimensiones agitatione consistit, ita frigus ab earundem quiete vel saltē minori motu dependet. Quo ipso palam sit, quietem non esse meram motus negationem, quod plurimi persuasum habent, cum stare sive quiescere æquè positivi quid dicat, quām currere sive moveri: Et pari facilitate dicere possem, ipsū motum esse negationem quietis & consequenter nihil ponere. Denotat itaq; quies permanzionem in codem situ respectu aliorum corporum illud proximè

ambientium: & per quietem indurescit aqua, corpus nostrum incrementum capessit, caro abscissa restituitur, vulnera consolidantur, ut rectè dixerit Philosophus part. 2 princip. § 55. nullum gluten excogitari possit, quo corpora conglutinari possint firmius, quām eorundem quiete & immediatā juxta se positione: Id quod variis experimentis probati potest; Si enim duo cylindri marmorei exactè politi, superficiebus suis se immediatè attingant, eo ipso momento sibi firmiter adhærebunt, ut pondere 800. lib. vix ac ne vix quideam divelli possint, quod inter alia curiosa apud *Dn. Præsidem* videre contigit.

V.

Dinde ex œconomia animali nostri velim, omnes corporis nostri humores in statu sanitatis tubulos partium solidarum, omnisque generis vasatura majora tum minora torrentis instar & celeri pede permeare, quod si corundem fluiditas imminuatur, aut alacris iste & perennis motus, à quacunque id tandem fiat causâ, retardetur aut sufflaretur, contumaces viscerum statim oriri obstrunctiones, ipsosque humores in offam crassam degenerare, ut id in decto crurū vituli aeris exposito cernere licet, ut viscositatihuic & mucilaginositati plurium morborum natales meritò in acceptis ferantur, utpote è quorum fini agmina morborum prodeunt, variaeque calamitates & ærumnæ eas à tergo sequuntur, ut nulla ferè pars corporis nostri sit, quæ non penam prævaticationis hujus luere cogatur. Exinde ventriculus vitali suo defraudatur fermento,

Chylus in pastam acidam abit & viscidam, Sanguis peregrinâ contaminatur intemperie, glandulæ excretorio suo exuntur munere, viscera infaciuntur, totus corporis habitus in pejus ruit, omniaq; spectant ad interitum, & si non mors ipsa, saltem senectus, ipsâ morte quandoque pejor, acceleratur. E quibus appareat, nequam peccare illos, qui hodierno tempore ad salia volatilia tanquam verâ salutis anchoram configiunt: Hec enim sunt, quæ viscera ab infarctu liberant, obstructa yasa capillaria referant, itum & redditum humorum restituunt, à morbis chronicis præservant, ipsamque senectutem retardant. Sed in viam!

VI.

Per libatis itaque his fontibus, Pernionum causam proximam & immediatam statuimus obstructionem, dum fluidi & agiles humores ab externo frigore in motu suo præpediuntur, atque abeuntibus particulis volatilioribus, inordinata quedam & confusa reliquarum intra tubulos & extremitates vasculorum introducitur mixtura, quæ in eptâ ad circulum, fibras circumiacentes premit, ipsisque spiritibus animalibus obice ponit, ut pristino more influerent nesciant, unde semper formicationis sensus, tumor, aliaque apparent phænomena, humorum restagnationem & spirituum inertiam haud obscurè indicantia.

VII.

Verum enim verò ipsa obstructione duobus modis fieri potest fieri potest. Aut enim tubuli partis alicius solidæ in totum obstruuntur, ut nec san-

guini, nec humoribus círculantibus, nec spiritibus animalibus ingressus & egredens concedatur, quæ pars tunc emoritur & gangræna vel sphacelo corripitur. Aut tubuli in tantum obstruuntur, ut aliquæ humoribus permittatur ingressus, isq; facilior quâ egressus, unde cum plus inferatur, quâ egredi possit, tumores variâs cuntrariantur. Quod si eosque augeatur obstructio, ut salia poros partis alicius membranose in tantum obstruât, ut exigua saltem juxta se relinquant intervalla, soli materiæ primi elementi pervia, oritur obstructio inflammatoria, hoc est, tunc ignis ibidem producitur, dum rigida hæc partes perniciissimo hujus elementi nullibi inclusi, nullibi exclusi, motu agitatæ, fibrillas divellunt & discerpunt, quæ in cincinno resilientes vicinos tubulos ante adhuc patulos coëprimant, unde brevi inflammatorius sit tumor, in abscessum tandem aut etiam gangrenam, nisi citius in medium consulatur, degenerans. Et cum inflammationis hujus variâ dentur gradus, fortè non erabimus, si & perniones ad ejusmodi tumores inflammatorios referamus, cum eadem hic appareant phænomena, qualia in partibus inflammati conspiciuntur, v. g. dolor, tumor, rubedo, calor, &c.

VIII.

Causa medietà proxima est frigus, cuius naturam diximus consistere in quiete, & hoc quidem perse & solitarid nullam inducit corruptionem, sed per accidens ipsam destruit partis alicius texturam, dum humorum itum sistendo, mixturam corindem turbat; qui enim agiles valde sunt, avolant, hinc reliqui acrio-

acriores facti, et potentius hæc ludunt ætheri tribuendum est, quod in peregrinacionibus & locorum mutationibus alias calor plus damni inferat, dum subito obstructionem solvit, & partes constrictas exagit, quæ plus spatii oceupantes ipsam texturam destruunt, ut in floribus congelatis id pulchrè ostendit. *Acutissimus Rohault in Physica.*

IX.

Antequam autem ipsam aggrediar curationem, necesse est, ut pro eximatione Medici conservandæ, prognosticum introducam, quo eventum & modum eventus scire liceat. Quamvis itaque Perniones non ex ulceratione omni caeant periculo, molestia tamen pleni sunt, & nisi in principio radix mali extirpetur, postea ægræ perfectam medlam admittunt. Quis enim nescit, particulas acres paxillorum instar fibrarum poris infixas esse, & acutis suis extremitatibus scindendo continuitatem earum dissolvere, quæ inde chordarum iastar in cincinnos resilientes acres has particulas arctissimè complectuntur, in quorum interstitiis tamdiu jacent consolpita, donec à certâ materiâ subtili exigitentur. Hinc jam patet ratio, cur hyeme potius pruritus, dolor & rubedo sentiantur, quam æstate. Æther enim seu rectius materia subtilissima *Nob. Philoopho* dicta, non semper una eademque, versus hæc inferiora spargitur, sed pro diversitate locorum aenique temporum nunc parcius nunc copiosius dispensatur, & nunc, & atque alia ad nos accedit, prout se licet tellus vel proprius vel longius a sole aliisq; sideribus distat. vid. Fundamenta Medicinae ad mentem Nootericorum delineata. *Excell. Dn. Praesidia.* Soli huic

nationibus & locorum mutationibus alias optimè fani sèpè ægrotamus, vel contrarium experiamur. Huic etiam acceptum ferendum, quod hoc mense hæc progerminent herba, hæc nascentur flores; quod vere alii grassentur morbi, quam autumno, hyeme alii quam æstate. Id quod jam suo tempore Hippocrates annotavit; sic enim scribit Aphorism. 19. sect. 3. In quibusvis annis temporibus morbi sunt, nonnulli tamen in quibusdam ipsorum magis tunc sunt, tum exacerbantur. Æther autem vel ex se & suâ naturâ morbos infert, dum in sanguinem nostrum introducetus cum ejus potis non convenit, sed eos immutando luctam excitat, & nativam ejus mixturam turbat, qui turbationis gradus major vel minor erit, prout Æther peregrinus magis vel minus ab æthere amico & familiari abludit: Hinc propullulant morbi epidemici maligni, febres malignæ & ipsa pestis. Vel saltum occasionaliter & per accidens sanguini bellum infert, dum quidem placide & sine magno tumultu per sanguinis interstitia fertur, sed extra cum somitem in tubulo partis solidæ latentem reperit, cuius pori cum reliquis quoad figuram & magnitudinem non convenient, tunc enim privatam introducit primò fermentationem, deinde cum humor ille rarefactus in ergastulo suo amplius detineri nequeat, sed carceribus obstructionum perruptis, ab humoribus circulantibus versus cor abripiatur, & cum M. Sanguineæ intimè permisceri nequeat, etiam huic malignam imprimat labem, unde ortum suum trahunt variolæ & morbilli, febres intermittentes, aliquæ morbi periodici.

X.

ADIVERSI ETIAM AETHERIS INFLUXU EST, QUOD QUIDAM HOMINES CALENDARIU PERPETUUM IN CORPORE SUO GESTENT, & EX INSOLITA & NOTABILI MUTATIONE IN HAC VELILLA PARTE INSTANTES ANNI TEMPESTATES PRÆFAGIRE POSSINT. IMPRIMIS VERÒ ILLIS HAC CONTINGIT FELICITAS MATHEMATICA, QUI ALIQUANDO GRAVIUS FAUCIATI CICATRICEM HABENT, CUJUS PORI QUODA FIGURAM FUERE IMMUTATI MAGISQUE STABILES REDDITI; QUOTIES Igitur pro diversâ distantiâ & situ TELLURIS à SIDERIBUS ALIUS INFILUIT AETHER, AËRISQUE SUBSEQUITUR MUTATIO, TOTIES ALIAM TEMPESTATEM IMMINERE PRÆDICENT. NAM AETHER CÄTEROS POROS TOTIUS CORPORIS FACILE AC CITRA MOLESTIAM TRAJICIT, VERUM IN ILLIS, QUI IN CICATRICE SUNT, REMORAM OFFENDIT, QUIA ALIO MODO INTORTI & QUODA FIGURAM & MAGNITUDINEM à REQUIVS DISCREPANTES SUNT, IN QUOS FIRRUAT & VI VIA SIBI STERNAT, DOLORIS SENSIUS EXCITATUR. HIS MODO DICTIS VELIFICATUR ETIAM EXPERIMENTUM, QUOD IN THERMOMETRIS VIDERE LICET. SUNT AUTEM VITRA, QUAE VARIÀ SUB FORMÂ HODIÈ PROSTANT, & LIQUORE QUODAM GEHU MINUS CONCRESCENTE AD CERTAM ALTITUDINEM REPLENTUR. QUÒ ITAQUE MATERIA SUBTILIS COPIOSIUS INFILUIT, CÒ MAGIS AER IN VITRO CONTENTUS RAREFIET LIQUOREMQUE PREMET, UT DESCENDERE COGATUR: CONTRARIUM VERÒ OBSERVATUR, UBI PROPTER AETHERIS PARCIOREM INFUXUM AER EST MAGIS CONDENATUS.

XI.

VIIS SIC OMNIBUS QUAE AD THEORIAM SPECTARE VIDEBANTUR, IPSAM TANDEM AGGREDIOR CURATIONEM, UBI STATIM NOTARI

VELIM, PROBÈ ATTENDENDUM ESSE, MALUM NE RECENS FIT, AN INVETERATUM. QUIPPE IN RECENTIBUS PERNIONIBUS IPSIS FRIGIDIS CURAM RECTIUS AUSPICAMUR, QUIA FRIGORIS LUES FRIGORE PELLEADA EST, QUAM LATINE NON MINUS QUAM MEDICÈ DESCRIPTIS BARCLAJUS; CUJUS VERBA APPONERE LIBET: *SUDUM ERAT, DICIT, NEG PORTUS AB HOSPITO REGIS PROCUL; PROCESSIT IGUR NEC SPIRANTIBUS VENTIS, NEC ACRITER UT VIDEBATUR IN HORRENTE AËRE; CONTEMPLATUSQUE PANIS PER GLACIE STRATUM MARE IN THALAMUM REDIT, NEC DUM ALIQUID DE PERNICIE HYEMIS SUSPICATUS. SED DUM FOCO SE ADMOVET, EX CIRCUMSTANTIBUS UNUS, IN DEXTERAM REGIS MANUM, UT FORTE SIT, INTUENS, ADVERTIT VICINUM POLICI DIGITUM CÆRULO & EXSANGUI LIVORE RUBENTEM; PERITUS QZ CÆLISSIMUS, NE TU, INQUIT, REX, AD IGNEM ACCESSERIS. NOCUIT TIBI AER & DIGITUM EXAMINAVIT: SIC JAM AFFECTIONEM, PEJUS IGNIS INTEMPESTIVO CALORE PERDIDERIT, FRIGORIS LUES ALIO FRIGORE PELLENDA EST.* ADMIRATUS REX PREMUM SE LESUM NEGAT, QUIPPE NULLO DOLORIS SENSI TENTATUS. SED NON DIL DUBITAVIT, QUIN RECTE MONERETUR. NAM STUPEBAT RIGENS DIGITUS, SENSUMQUE CUM SANGUINIS CALORE AMISERAT. DE REMEDIO QUARENTI, REFERUNT CERTAM ESSE & IN PROMPTU MEDICINAM, CUIUS SE SALUBRITAS, BREVI QUIDEM, SED ACERRIMO DOLORE INSINUAT: ID PATI OPORTERE, NISI MALIT INTERCIDERE DIGITUM TAM NOXIA HYEME CONTACTUM: ALLATUMQUE EST VAS SUBITO PLENUM NIVE, NON QUIDEM AD IGNEM DOMITU, SED PER IPSUM TRICLINI TEPOREM JAM SENSIM DISFLUENTE. ILLO REX DIGITUM INSERERE EX PRECEPTO INCOLARUM MONETUR: SUBITOQUE INGENS DOLOR PER TORPENTES PAULO ANTE ARTICULOS PENSE ILLUS PATIENTIAM EXCUSAT. REMEANS IN DIGITUM SENSIUS DOCUMENTUM PRIMUM FUIT, QUOD DOLERET. EO MODO REX INCOLUMIS EVA-

FIT,

Pr, admonitoque, tam improvisi mali-
cior postea cautio fuit, vel certe medicina,
quippe & paulo post aurum dexteram equi-
tantis eadem pestis adiit. Haec tenus ci-
tatus Author. Neque desunt rationes,
quibus hanc medendi methodum sufful-
cire posimus. Quis enim nescit, omnem
subitam mutationem esse periculosam?
præsertim hoc in casu, ubi metuendum
esset, ne subitanus iste superveniens ca-
lor, totam partis affecta structuram pes-
fundaret, atque incarceratos humores
vehementius agitando, dolorem inten-
deret, id quod vel ipsa confirmat auto-
psia; cum manus frigidæ igni admota,
mirum quantum intumescant. Et idem
corpus nostrum experitur fatum, quod
pomis congelatis accidere solet, quæ a-
qua calida injecta statim corruptuntur
igne majori cum impetu in ea irruente,
ut in putrilaginem abeant, & vitâ, si ita
loqui liceat, destruantur. Verum si a-
qua frigidæ immersantur, in qua adhuc
amica fluit subtilissima materia, & quæ
sine aliquâ magnâ vi congelatis liquori-
bus aut succis stirpium nature/ē
redire potest, sine nulla lesione alicuius
fibræ ad pristinum redeunt statum. Vul-
gus quidem causam querit nescio in qua
frigoris extractione, qualem nos admit-
tere non possumus, sed rectius dicimus,
fieri id ob materiam subtilem magis ami-
cam, vel quod poma congelata in majori
constituta quiete, quam aqua frigida,
huic aliquem suæ quietis gradum co-
nivit. Hinc videmus, ipsam aquam, am-
bientem corpora congelata, sepius in
glaciem abire, dum illa interea gelu sol-
vuntur: idemque hic fieri videtur, quod
contingit, quando sal cum nive vel gla-

cie commixtus in vase aquæ imposito a-
gitatur, & derepentè aqua valsis latera cir-
cumambiens conglaciatur. Cujus Phæ-
nomeni causam Le Grand ita explicat:
Quod videlicet globuli caelestis majusculi,
qui aquam agitatione sua liquidam reddunt,
cum plus virum habeant quam illi, qui ni-
vis partibus interlabuntur. Et commodiore
in rigidis & levioribus salis & nivis parti-
culis, locum reperiant, in quo moveantur;
fit, ut eo necessario pergane: Cumque cor-
porum penetrationem natura non ferat, &
omnis motus per circulum fiat, globuli athe-
rei minores, in sale & nive contenti majo-
rum accessu egredi conantur, & loca derel-
ta per vitri poros petere. Ut vero illi glo-
buli ad continuandum aquæ motum non
sufficiunt, sequitur, ut illa concrecat, &
glacie frigis duritiemq; nanciscatur. E di-
verso nix salis commixta dissolvitur & in
liquorem abit, quoniam à majoribus illis:
globulis agitatur, qui aquam suo motu li-
quidam antehac reddebant. Satius itaque-
erit, ex grum è longinquo igni apponere,
aut miti primùm frictione cum nive fri-
gus demulcere, & sensim mollique agi-
tatione articulos vellicare, quæ revocari
sanguis queat, & sotipæ partes revivi-
scere.

XII.

IN malo inventato potentiora adhi-
benda sunt deabstruentia, qualia sunt:
spiritus vini simplex. vel camphoratus.
Spir. lumborum, juniperi, sal. armonia-
ci, convuliv. Bals. arthrit. Ischiat. Ner-
vin. Schäfferi. Tinct. balsam. Deckeri.
Liq. C. L. succin. Commandantur quo-
que varia olea v. g. Vulpin. Nardin. Ce-
ræ, Hyper. Therabinth. Axungia cati Syl-
vestri.

vestr. Petroleum, quod juxta Etmüllerum & præservat & factos jam curat. Oileum pini ab eodem pro præservativo & curativo habitum. Inter composita eminet Unguent. contra perniones Schröderi, Barbette, ex rapis Mynsichti, Timae à Güldenklee, hujusque cataplasma ex farina avenacea. Herpest Cerevisia tam diu coctam, ut in crassioris syrupi uel mellis consistentiam redigatur & partibus congelatis inunctam miris extollit laudibus. Parem merentur laudem fatus & suffatus, quorum hi ex cinnabarinis & ballamicis resinosis, illi ex ruta, melissa, roremar, lavendul, serpill, origano, salvia, concinnantur. Quod si dolor valde urgeat, convenienter paregorica,

q. s. Alth. Malv. flor. chamom. sambuc. croc. sem. fœnigræc.

XIII.

Exulceratis imponatur therebinthina. Empl. diapalm. de Creta, de lytharg. Empl. Barbett. Unguent. cancrinum à Sennerto commendatum. Cæterum toto curationis tempore frigus externum quantum possibile arcendum erit, in quo totius curationis eardo vertitur, eum in finem pellis leporina, charta emporetica cum spir. vini, vesica bubula cum therebinthina aliaque laudantur. D.O.M. sit laus & gloria in æternum.



DISPL.

DISPUTATIO VIII.

*De*CHYLIFICATIONE,
SIVE

CIBI IN CHYLOM MUTATIONE.

RESPONDENTE

BERNHARDO WILHELMO GEILFUS. Butisbac.

HOdierni Philosophi, contemplantes hoc universum, & non contenti solis veterum principiis, eò usque pervenerunt, ut omissis qualitatibus occultis, pretisque facultatibus physiologicis, quibus in corporum naturalium explicatione utebantur ycteres) in macrocosmo stirpium nutritionem, & auctionem, seu vegetationem clarè ac perspicuè, per solam partium magnitudinem, situm & figuram, accedente solis calore, & materiae subtilis agitatione, explicarunt, & ad sensum demonstrarunt, inter quos agmen dicit & choreas Job, Baptista Denys, Confiliarius & Archiater Regis Gallia, quem in nostra, de Chylicatione disputatione medica, in omnibus tanquam fidelissimum imitabimur Præceptorem: Nulli enim dubitamus, si admiranda hæc naturæ opera in Macrocosmo tam clarè ac perspicuè explicari potuerunt, & nos in Microcosmo eadem facilitate ac perspicuitate admirandum illud chylicationis opus, per solam par-

tium figuram *magnitudinem & motum* in ventriculo & intestinis, orbi eruditio proponere, & explicari posse. Si enim illi per motum succi nutritii, è tellure in stirpes à calore impulsi, docuerunt partium diversitatem, & qualitatum differentiam, si inquam illi monstrarunt, quomodo radices generentur in terra, truncus supra tertam, pars medullaris in centro, cortex in peripheria, folia itidem flores & fructus. Nos cibi in Chyli mutationem brevibus, sed claris ac perspicuis verbis, per ipsius dissolutionem in ore, fermentationem in ventriculo, effervescentiam in intestinis tenuibus, sine ulla non intelligibili specifica facultate, sine ullo specifico calore, & aliis qualitatibus occultis describemus. Quod ut in Medicinæ incrementum, & ægrorum salutem vergat, invocamus summum & Macrocosmi & Microcosmi conservatorem Deum. T. O. M. velit nobis sua gratia & Spiritu veritatis adesse, & nos in omnem ducere veritatem.

II. Cibus, quia neque crudus, neque igni culinari coctus commode deglutiri potest, multò minùs à fermento ventriculi, seu liquore ejus, acido (ita enim impostorum fermentum hoc nominabimus) exactè dissolvi, opus est, ut molitura quædam præcedat, quæ cibum subsecutur à fermentationi in ventriculo præparet, illa præparatio fit per comedionem, quæ genus quoddam solutionis est, in illa comedione sensatio excitatur, seu gustus, sensui tactus adeò similis, ut istius species quædam esse videatur, ut notat *Laboriosissimus Natura scrutator*, & *Philosophus celeberrimus Aristoteles*. Hæc sensatio quomodo fiat describi posset etiam ad mentem, normam & formam Neotericorum, si esset hujus loci, itaque hæc certis ex causis omissa, hoc saltem notabimus dependere præcipue ab hoc sensu & vitam & vegetationem animalium, dum alimenta congrua ab incongruis, & salubria à noxiis discernit, & pro individuo non minùs, quam specie tuenda *Cupido* & *Venus*, intercedit.

III. Quamprimum cibus quaquamversum in ore agitatur, & dentibus conteritur, extillat è glandulis peculiare quodam menstruum, undique per palati poros affluens, quod sale suo, de quo participat, discinebit cibum, in minutiora corpuscula, quæ salivæ seu menstruo innata, pro diversitate motus, quò circumnatando fibras linguæ nervosas afficiunt, seque poris linguæ insinuant, varios constituant sapore, ne verò putes, me destitutum experimentis, quibus illam corpusculorum in poros linguæ infusionem confirmare possim, observes, yelim, unum saporem non raro aliū

excludere, nonne enim dulcia prælibata, quia viscosa, & valde obstruentia sunt, accuratiorem vini gustum impediunt, aut pervertunt, qui restituitur per salium, aut acrum comedionem, ut linguæ pori aperiantur, & viscositates inherentes abstergantur?

IV. Cum verò saporum speculatio plurima jucunda, & non minùs utilia in se contineat, placet hic nonnihil pedem figere, & ex Cl. Willi. sua de saporibus cedrō sanè digna cogitata producere: dividit itaque *Celeberrimus Anglia Practicus* sapores in simplices, & compositos. Simplices recensentur novem: Acris, amarus, salcis, acidus, adstringens, acerbus, dulcis, oleosus, insipidus.

V. Acris, qualis in pipere, inquit, & pyrethro, sentitur saper, quando corporis alijus particulae sunt teretes, & aculeatae, eoque modo, quò urticatum aculei figuratae: in his corporibus præpollet sal volatilis aut alkalisatus, aut ab igne fluore passus, inter naturalia è multis sunt ranunculus, sinapi, in regno vegetabili, in minerali arsenicum, in animali cantharides: inter artificialia sunt \textPhi sublimatus, Butyrum antimonii & alia, si quidem Chymicis notū est, corpora ignis beneficio posse fieri acriora, quatenus stimuli accuntur, quod videre est in Olo calcinato, & lapide infernali; & corpora, quæ ex sua natura sunt acria & corrosiva, sibi invicem mixta & igni commissa, fieri etiam acriora, sales enim congeneres commissi jungunt suas acies, quod non faciunt sales diversi generis, ut videmus, si sp. Oli affundatur oleo \textPhi tri, quæ in se mutuo agunt, & aculeos diffingunt, non aliter ac si cultri unius, acies alterius acacia afficitur.

VI. A.

VI. Amarus sapor fit à particulis, quorum aculei sunt furcati, superficie tenuis saltem sensorium afficientibus, non aliter, ac si aculeatus dipsaci fructus asperè in manibus contrectetur.

VII. Salsus producitur sapor à particulis plurimos angulos habentibus, & quorum laterum aries sunt aculeatae, ut in vi tri confacti frustulis manibus arctè cō pressis videmus: talis salsa tolli aut alterari sapissimè potest, tūm ab igne, si sales repetitis destillationibus subjiciantur, tūm ab aere, dum observamus sales antea albos, si humido exponuntur aeri, resolvi in liquorem rubicundum, odoris fuligino si, si ita loqui liceat, ob nullam aliam causam, quam quia salinæ particulae volatiles, ab aere humido à mixto solutæ a volant, remanentibus sulphureis, & prædeminiū nanciscentibus.

VIII. Saporem acidum dicunt fieri à sale fixo, in fluorem verso, dum particulae alicujus corporis modificantur & figurā tur in particulas tetrahedricas, ita ut quo vis modo nervosis fibris applicatae eas pungant, & foveas ac ampliores imersiones, quam particulae salæ, in illo relinquant: talia corpora sunt acetum & ejus Spiritus, humor melancholicus præternaturalis, saliva seorbucorum, succus pancreaticus p.n. Acidi illi sapores corrigi possunt longa digestione ac circulatio ne, vel si corpora quædam liquoribus acidis immersantur, quorum compagem solvant, & per corrosionē illam, vel aliter modificantur, vel in poris imbibantur: sic spiritus aceti affusus ol. ♀ i & iterū per destillationem abstractus, omnem amittit aciditatem: spiritus O. ♀ o vivo affusus & iterum destillatus, non magis est

acidus, sed aluminosus saporis, si Hel montio credimus, & notum est, minii ad ditione dulcescere acetur.

IX. Saporem austерum, sive adstringē tem, describimus cum prælaudato Medico, Dn. Willijo cap. de gustu, per particulas hamulis quamplurimis præditas, quæ inter masticandum fibris insiguntur, eas valde constringunt, ac convellunt, non aliter ac si pecten, quo lanam carminant, vario hinc inde tractu super manus deduceretur. Dum econtrà saponis acerbi causa etiam consistat in particulis, hamulos & unciolos habentibus, sed quæ magis sint hebetes ac obtusæ, & semel infixa non facilè tolli possint: non aliter, ac fructus Bardanae cuti affixus, exinde enina stupor ab dentibus acerbis conciliatur. Mirandū quare prægustato vitriolo, si fumus tabaci ore accipiatur, sapor austerus sensui à Olo impressus, in dulcescentem & planè mellitum commutetur!

X. Sapor dulcis consistit in titillatione sensorii, dum leni affictu particulae molles jucundum voluptatis sensum excitant, non aliter ac plumatum stræ hypochondriis ac pedum volis admotæ. Saporum horum natura ita clara & perspicua cuilibet legenti erit, ut non opus sit in reliquorum explicatione cum tedium immorari, mukò minus de compositis hinc agere, cum ex antedictis reliqua omnia facile intelligi possint. Neque regeres doctrinam hanc de saporibus esse magis ingeniosam, quam utilem, certè cum multorum morborum causæ consistant in austero, amaro, acerbo, acido, &c. docente communī nostro Præceptore Hippocr. l. de veteri Medicina: maximè necessariū erit naturam & genesin horum

saporum nosse, ut eò felicius à medicamentis corrigi & immutari possint.

XI. Ut verò cibi progressum sequamur: dicimus, particulas cibi in ore salivæ innatantes & vario motu agitatas, tandem deglutiri cù saliva, & à ventriculo excipi, in quem in ipsa deglutitione, & ventriculi motu, effunditur, liquor quidā acidus per minutissimos ductus à glandulis, quibus copiosè referta est interior ventriculi membrana, qui liquor acidus inchoatam in ore à saliva dissolutionem continuat & ulterius perficit, ut in minutissimas redigantur corpuscula deglutita particulas. Ita ut non opus habeamus alias specificas quasdam & non intelligibiles excogitare causas, sed acquiescere possumus in sola partium dispositione, cù eosdem ferè effectus videamus frequenter etiā in artificiis libris. In molendinis, quibus charta conficitur, aqua continuo iu & redditu dissolvit linteas in minutissima filamenta, & ferè in materiam pultiis instar, unde fit charta: In Chymicis operationibus videmus durissima solvi corpora, v.g. ferrum, aurū, corallia à liquoribus acidis, quales sunt, succus citri, sp. ♂tri, & alii. Quia horum particulae tetrahedrica permeant corpora dissolvenda, eaque dissolvunt.

XII. Ex his supponimus liquorem ventriculi acidum, & salivam ejusdem esse planè naturæ, non solum nūm observamus, interiore tunicam & linguæ & ventriculo communem, verū etiam linguæ tempore. Sinutari pro vario ventriculi statu, & sepsim ita denigrari, & asecente fuligine obducī, ut videmus caminum à fumo subiecti ignis non raro incrusta-

XIII. Et illa, quæ grati sunt saporis,

facillimè digeruntur. Hinc etiam deducimus causam linguae ariditatis in febribus ardentibus, quatenus à calore liquor ille acidus in ventriculo exsiccatur, & cum illo saliva in ore, hinc si comedant ætri, febrem potius augeri videamus, quam corpus nutriti.

XIV. Liquor ille acidus est vera & unica famis & appetitus causa, in cuius explicatione Authores valde sudarunt, dum alii per suctionem, alii per fermenti acidi à lince inspirationem, alii per cibi reliquias, alii denique per spiritus famelicos causam explicarint, quorum nomina & diversas opiniones videbis apud Mæbius, in suis ad invidiam etiam jactis fundamentis physiologicis Cap. de usu Ventriculi.

XV. Si enim liquor hic acidus, magna copia effundatur in ventriculum, & nihil, in quod agat, inveniat, infest molestum quendam orificii ventriculi sensum, & appetitum ad edendum excitat: quod si sit paulò aetior, excitat famem caninam & appetitum nimium, si quidem observamus, si calor vehementer illum agitat, tunc edi effectus miratu dignos: nonne videmus, animalia quædam voracia digerere posse concoctu difficillima? obliquioris hujus aciditatem, qui corrodendo ipsorum ventriculis vaide molestus est, si non habeant, quibus sedent ac mitigent ejus aciditatem, hæcque animalia sunt quasi in continua febre: inde concludimus cum Helmontio calorem non efficienter digerere, nec propriè esse causam dissolutionis ciborum, sed solum agitare & movere aquam ventriculi acidam, solutionis veram & efficiētem causam.

XVI. Re-

XVI. Requiritur sane calor moderatus, qui juvet ac promoveat fermentationem, cum nullus calor sit sine motu, sic siphola tegatur manu in præcipitatione ~~ad~~ ^{ad} tibi, ebullitio etiam ad oculum sit major: motus corporis excitat appetitum, quatenus ob sanguinis agitationem aqua acida destillat in ventriculum, & qui debilem habent calorem, sibi optime consolunt, assumentes succordia post cibum, & superbientes vinum malvatum.

XVII. Calor enim salsas particulas liquat ad statum fusionis, si fuerit conveniens, quoniam, sicut ab admixto fermento panis in loco tepido bene, in frigido ægre, in elibano fervente nihil prorsus fermentatur, ita etiam liquor ille acidus non nisi à moderato ventriculi calore excitatur, à nimis parvo non afficitur, à nimis magno discutitur: neque enim sequitur; quo major est ventriculi calor, eo major erit fames, ac eo fortior & melior sit coctio, contrarium enim liquet in causo & ventriculi inflammatione; item in Leone, qui etiā inter animalia calidissimus esse censetur, nihilominus ferrum, aurum, &c non concoquit, quae tamen in ventriculo struthionis facile digeruntur, quemadmodum in aula Ducis Ferrarie se struthionem talia metalla deglumentem, & concoquentem vidisse refert *Langius l.n. Epist. 15.* quo de vide *C. Diemebrock.*

XVIII. Verumquamvis aqua hæc acida sit sufficiens solvendis ciborum particulis, tamen successu temporis ejus particulae obtunduntur, ut videmus cultros, quo saepius illis utimur, eo faciliter corum fieri euspides obtusas.

XIX. Videamus hoc in saliva & in li-

quore ventriculi: siquidem saliva particulae obtusiores factæ, perdunt suam activitatem, unde gustus perit, & satietas supervenit: in ventriculo vero, egresso chylo, non statim iterum percipitur illa corrosio, qua fermentum in poris ciborum sese subduxit, & denud de novo affluens, novam debet excitare famem.

XX. His ex principiis quam facile possumus reddere rationem, quare saepius pereat appetitus in totum, & quare digestio sit vitiosa, vel nulla, si vel pituita, vel melancholia, vel bilis hospitet in ventriculo: nam quemadmodum aqua fort. omnem suam perdit activitatem, in solvendis metallis, si misceatur cum aqua communi, sic perit etiam omnis fermenti efficacia, si misceatur aliis cum viscosis humoribus, & quia liquor acidus destillare debet in ventriculum, & titillare membranas ejus pro excitando appetitu, si orificia horum ductuum obducantur viscose quodam humore, si obstruantur arteriolarum extremitates, & cum ipsis glandulæ, peribit tune omnis appetitus: in tali casu admodum proficiunt vomitus, ut & usus liquorum detergentium, ad evacuandum ventriculum; idem accedit in glandulis salivalibus limolo quodam succo obductis, si enim os non cluator ante cibi assumptio- nem, vix ullum poteris deprehendere saporem: frequentissime tale quid observamus in reconvalescentibus febricitantibus, & in naturis pituitosis, quibus per noctem in somno magna pituita & viscosi humoris copia lingua & palatum obducit.

XXI. Si itaque appetitus percat ob defectum aquæ acidæ, tunc convenient salia & omnia acida, quæ cum cibo deglutita & agitata à calore supplant vicem ventriculi fermenti, & ob hanc causam conamat restaurare appetitum cibis acetato & omphacio conditis, certum etiana est, cibos de sale participantes, facilis coqui, & digeri, sic panis fermentatus plus nutrit, quam non fermentatus, & recent caro suilla difficultioris est concoctionis sale conditæ.

XXII. Diximus liquorem acidum dissolvere ulterius cibum masticatum, & à saliva solutum, quæ dissolutio sine ingressu in poros minutissimarum etiam particularum fieri nequit, inde patet ratio, quare nonnulla vel plane non, vel tam difficulter concoqui possunt, si enim pori ciborum ita sint clausi, si particulae ita contenatae, ut nulla relinquant in se spatio intermedia, tum incocta, cruda & indigesta transeunt ventriculum & intestina, & per alvum iterum excoquuntur: talia sunt nuclei cerasorum, pili, uvarum tunicae &c. quorum superficies est adeo firma & posita, ut liquor acidus non inveniat poros, per quos ingredi, eaq; dissolvere possit.

XXIII. Verisimile itidem est, liquorem acidum non exstillare magna in copia è glandulis in ventriculum, nisi eo tempore quo deglutitur cibus, ut supra diximus: unde distenduntur fibræ partim à pondere, partim à fermentatione premuntur glandulæ, & exprimitur liquor acidus, eo modo quo aqua exstillat è spongia, manu leviter compressa.

XXIV. Et cum in digestione & ciborum coctione maximum fiat liquoris hujus dispendium, conjecturamus, success-

sive iterum impleri hoc liquore glandulas: si enim confertim fieret, nullas à fame haberemus inducias, siquidem glandulæ illæ sunt instar mammarum lactantium, quæ suæ copiosæ scilicet exonerant, & non nisi paulatim replentur; Et quemadmodum ubera si non sugantur flaccescunt, sic si quis inediā per aliquot dies sustinuerit, nullam amplius sentiet famem, quia pori glandularum subsiderunt, ita ut exstillare nequeat liquor acidus, unde tandem omnimoda sequitur earundem exsiccatio, & talem inediā passi parca matru debent assumere cibum, quia liquor acidus est in exigua copia superstes, adeoque concoctio valde debilis & languida gravissimi morbi author imò & mortis esse potest, quod observatum fuit saepissime in his, qui post longam inediā avide & largiter comedebunt.

XXV. Hactenus nihil admisiimus, nisi quod clare ac distinctè percipi possit, Alimenti in chylum mutationem per salivæ admixtionem, & dentium contritionem, necnon per ventriculi dispositionem; ibidemque hospitans fermentum, additis ciborum poris, & qualitatibus, clarè quidem & perspicue descriptissimus, ita ut nihil clarius ac evidenter meo iudicio dici possit. Restat ut modum hujus dissolutionis etiam addamus, antequam ulterius progrediamur.

XXVI. Putamus autem fieri hanc cibi in chylum mutationem in ventriculo per fermentationem quandam, non obstantibus speciosis etiam argumentis partim à Doctiss. Schokio, in tr. de ferment. prolatis, partim à Dr. Piens in tr. de febr. adductis & repetitis, ad quæ in conflictu solidè respondere semper parati sumus.

XXVII. Fin

XXVII. Fit hæc fermentatio sine fermenti motu sursum deorsumque, aut tumultuosa per ventriculi cavitatem agitatione, qualis in aqua ad ignem ebulliente contingit, nihilominus est adeò valida, ut per eam cibi licet durissimi, qui super igne culinario vix totius diei coctione in lebete emolliri queunt, paucis horis non tantum emolliantur, sed adeò etiam dissolvantur ac liqueantur, ut particulæ ab amica unione disjectæ, atque ab invicem divulsæ, liquorique ventriculo inhærenti vel in fuso commixtæ, pultaceam consistentiam, tremori ptisanæ non absimilem, consequantur, ut loquitur Nobiliss. Dominus Dimebrock, calculum suum his addit Dn. Broeckhuyzen in suis de mente & corpore succinctis cogitationibus p. 49, inquiens: Concoctio hæc non alia estquam fermentatio quædam, qua cibi ac potus salivâ permixti alterantur, inciduntur, sicuti cibi in lebete circumiectis prunis in convenientem massam, vel liquorem mutantur: dixi olla, quia ventriculus eodem modo per vicinas ipsi partes foveatur, calor enim & fokus circumiacentium partium, sive immediatè per arterias, sive ab ipsis prodeat, ut sunt lien, hepar, pancreas, & mesenterium, concoctionem mirificè promovet. Earum quippe partium particulae celeriter & vario motu adactæ, cum per poros ventriculi foris introspectantes indesinenter pelluntur, non possum non suo impulsu excitare fermentationem, quâ totum hoc negotium perficitur, quo circa Gal. hæc viscera vocat focus qnosdam ignarios.

XXVIII. Cibum sic in chylum mutatum statuimus egredi ventriculo, & in-

gredi intestina tenuia, in quorum limine & principio nova sit effervescentia, & novo fermento, à duobus liquoribus acido & salso constituto, producta, de qua non-nihil etiam tradidit Dn. Præses in sua de Dysenteria maligna ex iisdem descripta principiis Disputatione.

XXIX. Chylus cessante jam fermentatione in ventriculo illabitur intestina, si neulla vel attractione vel expulsione, cuius egressum necessariò subsequitur fibrarum ventriculi subsidentia & contractio, qua chyli exitus non-nihil promovetur, non aliter ac si vesica aqua vel aere impleta sponte contrahitur, ac subcidet, quamprimum aer vel aqua distensionis & inflationis causa egrediantur.

XXX. Cùm verò illa fibrarum ventriculi distensio nunquam fiat, neque fieri possit sine partium sub- & circūiacentium molli compressione, evidentissimè patet, quare duo diversi liquores, unus à latere sinistro, alter à dextro, in intestinum duodenum coctionis tempore effundentur, ita ut nec hic ullam, non intelligibilem, multò minus probabilem attractionem aut expulsionē imaginari debeamus. Si quidem hepar compressum stillat bilem, succum pancreaticum verò per proprium ductum & canalem pancreas, quemadmodum videmus, per levem etiam compressionem spongiam facilimè imbibitum evomere humorē.

XXXI. Horum liquorū accurata instituenda erit anatomia chymica, ut èd facilius eorum verum & legitimū usum describere queamus, & quidem de officio succi pancreatici vel altū est apud veteres silentiū, vel gravis de ipsis usū disceptato, cù eam pancreaticus usus & quæ obscu-

rūs

Ius & tenebris involutus fuerit, non potuerunt non de succi ejusdem natura & qualitate facilimè à veritatis aberrare semita. Regnerus de Graff primus ejusdem fuit Patronus, qui sub oculis & directione Cl. Sylvii cordate ejus usum & modum colligendi orbi erudito consecravit : eduo libello quodam gallicè de succo pancreatico conscripto, Anno 1666. cuius encomium his extollit verbis Cl. Diemebrock. Profecto, inquit, admodum ingeniosum est hoc inventum ; ejusque nomine multum debemus diligenti docto loque inventori, qui hac sua industria magnam faciem ad meliorem plurimorum morborum cognitionem accedit. Et cùm ipse prefatus Clar. Dominus Diemebrock in investigando hoc succo pancreatico laudandam etiam suam adhibuerit industriam, nolumus talenti Virum, de Republica, ob multa clarissima existantia eruditio nis rara monumenta, bene meritum, sua defraudare laude, sed ipsius verba huc apponere. Cùm animadverterem, inquit, omnes de pancreate opiniones prorsus conjecturales, & omnino incertas esse, nec nullis rationibus, aut certis experimentis fulciri, in hujus hactenùs ferè neglecta partis examen antehac diligentius incumbere coepi : & post multa tentamina anatomica, (quorum nonnulla bene, multa male successerunt, propterea, quod in intestinum duodenum superius inferiusq; ligatum, & tunc discessum, praeferre succum pancreaticum, plerumque copiosa bitis è ductu cholidocho influeret, sacci pancreatici presentiam & saporem obscurans) compcri, cùm in vivorum tum in recenter strangulatorum brutorum sectionibus è ductu pancreatico manifestum

quendam liquorem sublimpidum, & quasi salivosum, non nihil austерum, ac sub acidum effluere in duodenum intestinum, idq; interdum copia non contemnenda. Pergit paulò post : Biennio postquam hac scrip/eram, oblatanobis fuit disp. Doctiss. Regneri de Graff, quondam mei discipuli, quain Acad. Leyd. sub presidio Cl. Profess. Fr. de le Boë Sylvii, de pancreatico, ejusq; usu publicè disputans, predictam meam opinionem multò magis confirmabat. Ex quibus videmus, æqualem deberi utique gloriam, & Cl. Dn. Diemebrock, & Dn. Graff.

XXXII. Quibus præmissis, describimus succum pancreaticum esse menstruum animal, clarum & pellucidum, saporis ad gratiam acidi, ex sanguinis arteriosi serosa ac subsalsa parte, admitti spiritibus animalibus, per nervulos minimos allatis, in pancreate excoctum & generatum: à particulis illis acidis profluunt & emanant qualitates incidendi & dissolvendi, quibus succus ille pancreaticus pollet, & omnia Chymicorum menstrua solvendis corporibus destinata.

XXXIII. Aequè magnum de bile fuit apud veteres dubium, cāq; de re maximè discordes sunt Doctorum sententiae. Aristoteles cum suis asseclis illam merum esse excrementum, & è sanguine expurgari statuit. Alii eam hepaticalefacere, corroborare, & coctione juvare scribunt. Helmont. Philos. acutiss. illi vim balsamicam tribuit, Galenici eam fæcibus intestinorum excernendis destinatā unanimi credunt consensu. Nos dicimus, esse succum multò nobiliorem, qui in nemine non invenitur, & sine quo vivere nemo diu potest, docente id Fernelio, lib. 6. pathol. cap. 5. scribente, non paucos è vivis exceptos

Creptos fuisse, in quibus non alia interius causa comparuit, quam quod folliculus bile omnino exhaustus esset. Et constare ex sale volatili & lixivioso, particulis sulphureis & oleosis, quibus incidat, attenuet, & penetreret: quod notum est pictoribus, qui coloribus suis admiscent bilem, non solum, ut eo profundiùs penetrant poros corporum colorandorum, sed etiam, ne tam facilè ab aeris ambientis injurya colores corrumpantur. Notum hoc etiam est illis, qui norunt preparare globulos pro delendis vestium maculis, quibus bilem ob vim illam penetrandi, incidendi, & abstergendi admiscent.

XXXIV. Hi diversi liquores, quorum unus est acidus, alter amarus, novam chyli ventriculo egressi in intestino dueno excitant effervescentiam, quam secundam in coecum animali vocamus coctionem, quia effervescentia novam chyli induit formam, qui enim in ventriculo erat crassus & minus fluxilis, variique coloris, in intestinis tenuibus nunc fit fluidior, tenuior, & coloris instar lactis candicantis.

XXXV. Causa novae hujus effervescentiae querenda est in sale lixivioso, & spiritu acido: quam primum enim spiritus acidus affundatur sali lixivioso, manifesta oritur ebullitio, quod probo experimentis Chymicis. Si spiritus nitri affundatur limatura ferri, manifesta oritur ebullitio, & paulò post ex hoc motu calor. Spiritus vitrioli affusus oleo tartari manifestam excitat effervescentiam, quid mirum ergo, si succus pancreaticus loco spiritus nitri vel vitrioli mixtus cum bile, quæ refert naturam olei tartari & limaturam martis, talem manife-

stam excitet in intestinis tenuibus effervescentiam, à qua effervescentia omnes chyli qualitates manifestè deduci posse postmodum audiemus.

XXXVI. Fermentatio horum liquorum ab adveniente chylo, crasso adhuc & viscido, potius augetur, qnam quod impediatur: si enim spiritu acido & sali lixivioso effervescentibus affundatur liquor quidam crassus, effervescentia augetur: sic si lac affundatur oleo tartari & spiritui vitrioli, statim major oritur ebullitio, quoniam omnes liquores crassi & viscidi in quavis ebullitione sese magis dilatant, ac expandunt, magisque rarefiant, quod videre est in melle ebulliente super ignem, secus ac in vino & aliis tenuibus liquoribus.

XXXVII. Huie effervescentiae si moderatus accedit calor, debita etiam & legitima sit coctio. Si bilis cum tercia parte spiritus vitrioli exponatur soli, incipiet confessum ebullire. Quod si calor ille excedat, effervescentia etiam erit violentior & tumultuosior, inde oriuntur gravissima capitum mala, vertigo, & phlogoses inter comedendum, hypochondriacis, & chlorosi laborantibus familiares: quoniam inter comedendum distenditur ventriculus, qui distensus comprimit partes adjacentes, quæ effundunt suos liquores in uteroq; latere, hepar bilis, & pancreas succum pancreaticum, hi cum vitiosi sint, intemperies etiam viscerum adsint calidae, impetuosiùs effervescent, & praedicta symptomata excitant, ut superius innuimus, quæque prolixius & clarius aliquando erunt explicanda, in disputatione de lœsa chylificatione, si Deo placuerit.

XXXIX. In hac effervescentia potissimum sanitatis punctum consistere, satis superque patet, cum non solum sanguinis qualitates, & sapores, verum etiam ipsius chyli dulcedo, albedo, & in vasa mesenterii spontaneus ingressus à sola hac effervescentia debite peracta dependent.

XXXIX. Siquidem in illa effervescentia separantur partes homogeneæ ab heterogeneis, crassiores & fœculentiores à tenuioribus & subtilioribus, fitque vera fœcum præcipitatio. Hæc à natura haud aliter instituitur, ac nos minium in accepto solutum per oleum tartari præcipitamus in sal-dulce, saccharum saturni nominatum: eodem fere moda bilis effervescentia cum chylo acido, partem fixiorem ac terrestriorem in subdulce excrementum præcipitat, quod neque de acido ventriculi, neque amatore bilis quicquam refert, quæ excrementa etiam à canibus avide degustantur: cum è contra, vitiosa prægressa effervescentia, nunquam ipsorum arrideant palato. Particulae vero chyli subtiliores conantur recedere à centro, quod in omnibus fermentationibus fieri videmus, & illis parietibus intestinalium impetuosi adhuc motæ illabuntur poris vasorum Mesenterii, pars quædam ingreditur venas mesentericas, & ad hepar deferatur, in quo sit prima sanguificatio, pars vero innumeris excipitur vasis lacteis, & per ductum thoracicum cordi inferatur, ibique nova accensione, de qua Lovverus & Willius consulendi, inspiratum vitalem mutatur. Hunc chyli motum promovet & adjuvat muscularum abdominis, una cum respiratione sursum

deorsumque motorum impulsio, ut eruditè defendit Clavis. Diemebrock, contra Dn. Densingianum l. de motu chyli, suctionem quandam ac attractionem partibus tribuentem.

XL. Eadem hæc effervescentia grata conciliat chylo dulcedinem, facilimè enim per fermentationem ex sapore amaro & acerbo oritur dulcedo, & hoc quidem in hac effervescentia ut plurimum fit à bile, quæ destruit acidum, & ab acido etiam dulcescit, quod accuratè notavit Helmontius, dicens: *Acor à bile sana optimè subigitur, & acidum dulcificat amarum.* Clavis. Riverius idem docet in sua praxi, pag. m. 550. scribens: Amara dulcificantur per acida, quæ si intensa sint in suo gradu, ut spiritus vitrioli, aut sulphuris ipsius aloës & colocynthidis amaritudinem delent. Incidit hic, quod legisse me memini apud Clavis. Willium scribentem: A falsis volatilisatione formam atque pulchritudinem, atque saporem imprimis dulcem rebus accedere, prout in florida animalium sanguine, fructibus maturis, etiam in sacharo, lacte & melle experimur. Eodem etiam modo videmus, lithargyrum cum aceto mixtum & olco tartari præcipitatum dulcescere, & cum bilis teste venerando Helmontio habeat alkali, sulphure oleoso rubro temperatum, mutetque acidum superstes in salsum volatile, facili negotio dulcedinis causa hæc ex effervescentia explicari poterit.

XLI. Tandem huic effervescentia etiam adscribimus, quod chylus sit coleris lactei, præsupponentes ex Illustrissimo Boyle in suo de natura albedinis tra-


ctatu-

Datu: albedinem, prout est qualitas in
objeto, in hoc præcipue consistere,
quod superficies corporis, quod album
dicitur, innumeris quasi superficieculis
asperetur, que cum sint quasi specula-
tis naturæ, cum insuper in modum sint
positæ, ut aliis hæc, aliis illæ spectanti-
bus, radios tamen lucis, in eas inciden-
tes, non versus se invicem, sed extor-
sum, oculum spectatoris versus refle-
ctant: de quo videri possunt *Philoso-*
phie Atomica resuscitatores, præprimis
vero *Gassendus, tr. de apparente magni-*
itudine solis humilis & sublimis. Bilis
sanguinæ, & succus pancreaticus non possunt
alimenta attenuare, & in minutissimas
resolvere particulas, quod illæ non ar-
etiùs se uniant, componantque inæqua-
lem superficiem, vel multas superficie-
culas asperas, in quarum poris, cùm
lumen non profundius se possit insinuare,
reflectitur versus oculum spectatoris,
& excitat sensum coloris albi. Et
hæc est causa, quare chylus in intestinis
tenuibus perdat colorem cinereum, cu-
jus causa dubio procul erat, quod lumen

altius penetrans in poros, ibidemque
distractum ob particulas nondum arctè
sociatas, nullam faciebat reflexionem
extorsum. Sic videmus magis can-
dicare calcem vivam, si astys aquâ
ejus particulae magis dividantur, & sese
post arctiùs conjungant. Eadem est
causa, quod lithargyrum rubrum mix-
tum cum aceto, constituat liquorem
album, qui vocatur Medicis lac virgi-
num. Et quod Sulphur commune, quod
solutum in lixivio Tartari, est rubrum,
mixtum cum aceto illico lactescat, & à
chymicis lac Sulphuris vocatur. Quod
etiam faciunt spiritus C. Cervi, aut
fuliginis, liquori acido vel simplici
aqua affusi. Possem multas adhuc
implere paginas variis experimentis,
iisque meam confirmare opinionem,
verum cum sperem, omnia ita clare
ac perspicue fuisse explicata, ut à quo-
vis clare ac distinctè percipi possint,
huic labori supersedebo.

DEO vero T. O. M. sit laus &c.
gloria sempiterna.

Amen!



DISPU-

18

DISPUTATIO IX.

De

SANGUIFICATIONE,

Quæ sit in Hepate.

RESPONDENTE.

JOHAN. CHRISTIANO Schundt / Hanoviens.

§. I.

UT nulla apud Medicos doctrina majorē in praxi præstare poterit fructum, quam si verum partium humani corporis usum exactè noverimus: Sic nulla unquam fuit, vel erit, quæ tot agitata controversiis, doctrina, quæ tot obnoxia litibus, quam hæc de sanguificatione in hepate. Tanta enim est rerum humanarum vicissitudo, ingeniorumq; varia subinde ortæ speculations, ut nec uno momento eadem persistat res, quas quidem arumnas in solo jecore ita cumulatas vidimus, ut multarum tragediarum exiterit theatrum. Fuit nobilis viscus per aliquot secula in quieta possessione, & haec tenus etiam inter partes corporis humani principales non infimum tenuit locum, donec nescio quō fatō factum, ut inventis vasis lacteis de ejus autoritate dubitare cœperint, non pauci etiam ex celerrimis Medicis, &c, ut nulla calamitas sola, dubium hoc ita increbuerit, ut non solum hodie è fastigio deturbatum, verum etiam inter partes infimi ordinis repositum nobile hoc viscus non sine tædio videamus. Rationes si examines, invenies quidem

plures, paucas verò, quæ studio partium non addictis exactè satisfaciant: Quod pace tot virorum dixerim, qui discendi non contendend gratia publicam ascendo cathedram. Veniam dabitis, Viri clarissimi, & caliganti his in tenebris lumen vestro favore affundetis, qui in datis haec tenus rationibus acquiescere non potui. Tu verò clementissime Deus largire gratiam, ut omnia in Tui gloriā & agrorum salutem vergant.

§. II.

HEpar in statu naturali esse dicitur, si munere suo ritè fungatur. Actio-
num verò integritas dependet ex servatâ Naturæ lege. Lex naturæ est: unum-
quoque debere manere in suo statu,
donec deturbetur ab alio. Quod si
omnes hepatis particulae una cum vasis
& contentis sese recte habeant quoad
situm, figuram & magnitudinem &c.
ipsa etiam hepatis actio pro voto & na-
turæ desiderio editur. Sin verò aliqua
mutatio particularum vel sensibilium,
vel insensibilium, quæ ex sensibilibus
constant, contingat, actio ejus imminuit,
& imperfecte editur. Ut enim in
horo-

Horologio etiam insensibilis figuræ &c. mutatio horarum æqualitatem mutat, & in machinâ hydraulicâ, uno vel altero obturato canali, motus imperfectè fuit, sic ipso in hepate accidentium hotum essentialium mutationes totam œconomiam labefactant, & tandem, nisi mature succurratur, penitus destruunt.

§. III.

Ipsam vero fabricam & hepatis strumentam prolixius delineare non admittit injuncta & proposita brevitas. Nam ejus ex semine formationem omnium accuratissimè proposuerunt. *Hippocrates* & *Cartesius*, qui videri possunt. Figuram vero ejus concavam & convexam, situm, & vasorum, qualia sunt venæ arteriæ, nervi, vasa lymphatica, prolixius descripterunt seculi nostri *Anatomici oculatissimi*, *Bartholinus*, *Veslingius*, *von Herne*, *Sylvius*, *Gassonius*, *Diemebrok* & alii. Nos ejus ultum paucis hilce paginis proponimus.

§. IV.

Esse Sanguificationis officinam confirmatur auctoritate & ratione. Veteres sanè hac de re nunquam dubitaverunt, ut videre est apud *Hippocratem l. de Alimento. Venarum*, inquit, origo tanquam radix hepar est. & arteriarum Cor. Ex his per omnia sanguis & spiritus pervagatur, calorq; per hac permeat. Galenus etiam, Aristoteles, Democritus & alii ejusdem fure opinionis. Verum enim verò cum auctoritate probata veritas vix fidem mereatur apud hodiernos Medicos, & rectè quidem, rationes saltem addemus, quibus sanguificationem in hepate solidissimè demonstratum imus.

§. V.

Primum argumentum desumitur ab exigua chyli, per ductum thoracicum influentis, portione. Novimus, quantum corporis humani partibus quotidie decedat, variis motibus & exercitiis defatigati, id quod chylus resarcire debet. Erit itaque proportio inter alimentum deperditum & impendendum. Quis verò sibi persuadebit, exiguam illam chyli portionem in minutissimis vasis contentam sufficere posse omnibus totius corporis partibus nutriendis? Quod si in memoriam revocem, quæ aliquando apud *Sanctorum in sua Medicina statica* legisse memini, magis magisque in mea opinione confirmabor. Si enim juxta hunc auctorem quotidie per insensibilem transpirationem aliquot librae evanquuntur, quis erit adeò credulus, ut statuere velit, subtilissimam chyli partem, per ductum thoracicum apportatam, & nutritioni, & copiose transpirationi, sufficientem suppeditare materiam? Ratio certè aliud suadet. Accedit etiam hoc, quod materia illa in chyli receptaculo reperta non solum sit chylus, sed maximam partem lymphæ ex hepate affluent debeat, quo non nemini data ad argumentum instantia facile infringitur. Patet itaque ex antedictis non omnem chylum ad glandulas lacteas &c ad ductum thoracicum deferri, sed solum partem ejus subtiliorem: alteram vero partem hepati transmitti, ut jam dudum *Denisius*, *Bilssius*, *Plempius*, & hoc secundum Dominus Praes in suis disputationibus & lectionibus, tam publicis quam priyatis, demonstrarunt. Syllogismum si forte desideres, capte hunc:

Alimentum quod in locum deperditi impenditur, proportionem habet cum deperdito. Chylus è receptaculo per ductum thoracicum influens non habet proportionem eum deperdito. Ergò chylus ille non est corporis alimentum, quod in locum deperditi impendi debet.

§. VI.

Secundum argumentum desunitur ab hepatis fabrica & structura, magnitudine, colore, situ & vasis: quæ omnia uberrimè probant, longè nobiliorum esse visceris hujus usum, quam ut soli depurationi & transcolationi juxta neotericos quosdam inserviat. Natura sanè nihil facit frustra. Non opus erat ad transcolationem sanguinis tali hepatis magnitudine, tali colore (vel tacite etiam sanguificationem docente) tot vasis amplissimis (truncum venæ cavae & portæ intelligo) tali situ; neque cum intestinis per venas mesaraicas immediatè communicaret. In forma sit tale argumentum. Natura nihil facit frustra. Ergò Hepat sanguificat. Ratio consequentia patet ex antedictis.

§. VII.

Officium illud hepatis confirmatur etiam copiâ venarum mesaraicarum, carundemque magnitudine, unde tertium exsurgit argumentum. Nullibi in partibus carnosis tot tantasque cernimus venas, quæ sanguinem arteriosum à nutritione residuum excipiant. Sunt autem intestina partes membranose, non tantam sanguinis copiam pro sui nutritione indigentes, unde etiam non sum in finem tot requirebantur venæ,

quæ refluxum sanguinem susciperent. Verum cum videamus innumeræ & amplæ esse mesenterii venas, argumento est, aliam massam, præter sanguinem ab arteriis transmisum, & ab intestinalium nutritione residuum, in illis contineri, unde adeo tumeant, & tanta in copia reperiantur. Hinc argumentor. Si plures sunt venæ mesaraicas, quæ sanguini à nutritione intestinalium residuo vehendo erant necessaria, pars chyli intrat venas mesaraicas. Verum est prius, ergò etiam posterius.

§. IX.

Patroni sanguificationis in corde chyli in vasa lactea ingressum statuant fieri per corundem poros; concedant mihi codem frui jure, & chyli in yenas mesaraicas ingressum per poros explicate. Pars chyli in illa effervescentia, quæ fit in intestino duodeno (de quâ in sua de chylificatione disputatione, in academia hac sub præsidio Domini Præsidis omnium cum applau- su habitâ, Dominus Geifusius, Medicinæ Candidatus meritissimus) ingreditur per poros venas mesaraicas, & sanguini mixta ad hepar defertur, ibidemque in cruentem, ut cum Helmontio loquar, mutatur. Hinc manifesta deprehenditur diversitas inter sanguinem in vena cava contentum, & inter sanguinem alias per vias influentem, quoniam ille chyli portionem vehit, rudimenta sanguinis in hepatis Parenchymate adeptam. Sit ergò quartum argumentum. Si chylus per poros ingredi potest vasa lactea, etiam per poros ingredi poterit venas mesaraicas. Antecedens concess-

conceditur à neotericis. Quomodo ergo negabunt consequens?

§. IX.

Probatur hoc ulterius experimento. Si oleum Tartari cum spiritu vitrioli mixtum in intestinis tenuibus effervescat, deprehendes venarum mesaraicarum intumescientiam, & aliqualem sanguinis in illis contenti turgescentiam. Quod si particulis fermentatibus conceditur transitus, quidni & particulis chyli fermentantibus concedendum erit? unde quinto sic argumentor. Si particulæ liquoris ebullientis poros venarum mesaraicarum subire possunt, idem etiam poterunt particulæ chyli effervescentis. Verum est prius. Ergo etiam posterius.

§. X.

Quid si largiter, omnem chylum ingredi vasa lactea, nonne è vasis lacteis ingredi poterit venas mesaraicas? Probo id altero experimento, quod nobis sextum suppeditat argumentum. Fiat ligatura in ductu thoracico, vel infra chyli receptaculum, videbis omnem chylum in vasis lacteis disparitum. Jam peto, ut aliae mihi monstrentur viæ, præter venas mesaraicas, quibus per anastomoses dubio procul conjunguntur.

§. XI.

Septimum argumentum petitur à statu Epatis præternaturali. Tota nutritio dependet ex hepatis bona dispositione, quâ lœsa tota massa sanguinea corrumpitur, & nutritio vel suffla-

minatur, vel vitiosè fit. Si laboret intemperie calidâ, generatur sanguis servidior, nou in depuratione, sed in sanguificatione. In intemperie frigida fit è chylo sanguis serofus & crudus, dum intercâ spiritus vitales aliquandiu ex subtiliori chyli parte in corde gerantur. Et vulgus antiqua experientia compertum habet, hepar in brntis bene coloratum designare carnis bonitatem. Et quid quæso Medicis usitatis, quam plurimis in morbis viriosam hepatis sanguificationem accusare? Dominus Praeses aliquoties etiam observavit subortos in hepate dolores tribus vel quatuor horis ab assumpto cibo viscido, glutinoso, & coctu difficilissimo, quod evidentissimum pro sanguificatione in hepate stabilienda argumentum esse potest.

§. XII.

Plura adhuc proferri possent, præ primis de famigeratissimo illo Bilsii experimento canis adhuc viventis secti, in cuius mesenterio arterias nodo vincit, & iterum cutim confuit, ut rursus post quinque horas aperiat, in quo vacuæ arteriæ, venæ autem referunt succo quodam subobscuro & tinericio deprehenduntur; cum autem hujusmodi nequeat propagari ab arteriis ob injectum vinculum, necesse est fateri ab intestinis per continuatas radices ascendere. Quod experimentum multorum torcit ingenia; sed ne nimium excrescat disputatio, pautis his contentus ad solvenda contrarium sentientium argumenta me accingo. Novi equidem multa in contrarium adduci,

quoniam

quorum nonnulla aliquam speciem præferunt, ita ut primo intuitu appareat, nec autoritatem ipsis deesse, nec rationes. Verum forte non sunt tanti momenti. Quæ enim autoritati innituntur, sicut neo incedunt pede; quæ vero ex ratione desumuntur, solidis carent probationibus.

§. XIII.

Argumentum palmarium desumitur à defectu vasorum, chylum in hepar deferentium, quod à nonnullis pro ferreo & adamantino habetur. **R.** negando minorem. Utere oculis, & videbis te errare; venæ mesaraicæ adhuc, huic negotio dicatae. Instas: hævehunt sanguinem, ergò non chylum. **R.** utrumque vehunt & chylum & sanguinem. Nonne cava descendens cordi advehit & sanguinem & chylum lymphatum.

§. XIV.

Argumentum secundum est tale: Venæ mesaraicæ non hiant in cavitatem intestinorum. Ergò chylus illas non potest ingredi. **R.** posito, non concessò, illas non hiare, pori tamen sufficiere possunt: neque ego hactenus diversitatem inter oscula vasorum lacteorum, & venarum mesarajcarum observare potui. Unde rectè scribit Dominus Willis: *In ea semper fui opinione, chymum aliquatenus immediate è ventriculo & intestinis, per ramos vene portâ in cruris massam derivari; & sicut lacte duellus ipsum longo ambitu circumvehunt, quo in truncum vena cava descendenter instilletur; ita ut proprios via sc. per haec vas in ejusdem truncum adscendentem*

feratur. Instas: Quare ergò non effluit sanguis? **R.** Quare non effluit è vasis lacteis chylus? Si dicant, in his esse valvulas: Monstrentur. Excusabunt scilicet, illas esse adeo exiles, ut non incurvant in sensus. **R.** Si conjecturæ locus, idem jus mihi reservatum volo, eodem jure tales valvulas in venis mesaraicis conjecturanti. Deinde considerandæ sunt sanguinis particulæ, que sunt ramosæ, mutuis amplexibus sibi cohærentes: Orificia venarum mesaraicarum etiam ita sunt disposita, ut ingressum concedant, egressum negent: ut videre est in Nassâ piscatoria, in quam facilis quidem descensus, sed revocare gradus, hoc opus, hic labor est.

§. XV.

Tertiū argumentum quod in contrarium profertur est tale. Ubi nulla cavitas, ibi nulla coctio. In hepate nulla cavitas. Ergò in hepate nulla coctio. **R.** I. ad majorem. Ubi nulla cavitas profunda, ibi nulla coctio. Nego. Ubi plane nulla cavitas, ibi nulla coctio. Concedo. Jam ad minorem. In hepate nulla profunda cavitas. Concedo. In hepate planè nulla cavitas. Nego: adeo enim cavitas sui generis, qualem solent habere glandulæ, & quæ coctioni & fermentationi sufficit, ut videmus in pancreate ventriculi & salivalibus glandulis. Hepar verò esse partem glandulosam docet *Malpighius tr. de hepate c. 2.* Et 3. observavit is: I. Jecoris substantiam in homine ex lobulis contextam, hosque ex glandulosis acinis compositos esse, qui racemorum congeriem exhibent, & propriâ circumambiente membrana

brana ac continuatis per transversum membranosis nexibus firmantur, ita ut intermedia spatia, & minimæ rimulæ interlobulorum latera emergant. 2. Totam hepatis molem constare ex acinis glandulosis, & diversis vasorum propaginibus, atque hinc, ut illa simul commune opus peragant, necesse esse, ut inter vasa & istas glandulas acriter commercium intercedat: Ex his & aliis tandem concludit *Malpighius*, hepar esse glandulam conglomeratam. Quæ novæ clarissimi viri observationes multas hepaticas tenebras discutiunt, magnamque ad penitorem cognitionem jecoris faciem accendunt, ut loquitur *Dn. Diemberk*. Nec curanda erunt, de quibus hic conqueritur, dicens: *Dolendus est infortunatus hepatis status, nupto quod olim principi viscus appellatum, & à Galeno in summo sanguificationis throno depositum, in eog, jam multis seculis communis medico consensu magnificè excutum, his nostris temporibus à solo isto depulsum atque deflumum, omniq, principatu exutum atque privatum est, imo mortuum ac sepultum, ironicoque Epitaphio à Bartholino inscriptum, jam tandem præter omnem expectationem ut bombiz in villem papilionem, ita inservilem glandulam conglomeratam numeretur, hoc hepati nihil de suâ derogat autoritate, sed multo magis coctionem in illo peculiarem confirmat.*

R. 2. Distinguendo inter haematosin & pneumatosin; in hac insignis cavitas, ut videmus in corde, requiritur. Non verò in illa.

R. 3. Si non obstante illâ de cavitate

difficultate Cl. Bartholinus ante hâc sanguificationem in Hepate propugnat, etiam nobis licebit hâc non obstante, modo aliae adhuc prægnantes rationes, illam defendere. Ficulnea est ista objectio, inquit Cl. Mœbius, ubi nulla cavitas, ibi nulla coctio: Imò eo accuratior videtur coctio, ubi per parenchymatis insensiles poros coquendo humoris transeundum est.

Paracelsus ad hoc argumentum olim paulò aliter respondit, & ex hoc *Helmontius*. Ille de usu hepatis tr. 2. l. 2. Tare distantia, illa, ait, quæ est à stomacho ad hepar, ab hepate adrenes, i. e. quæ intra stomachum & renes sunt, & ab intestinis ad latum, est regio hepatis: quibus innuit ipsas etiam venas mesaraicas per hypochondria dispersas sanguinem simul conficeret.

Hic verò l. de sextupl. alimenti digestione inquit: Igitur pluralitas venarum mesenterii est ipsius stomachus jecoris, & officina preparativa crux, ejusq, perfectionem jecur spirat in cruentem adhuc nudum, postquam in venam cavam reconditum est, L. d. Jure dutum viratus ait: Docui alibi, stomachum hepatis non esse insignem aliquam cavitatem intra suum viscus patulam. Sed ipsas mesenterii venas esse sanguificationis thecam, in quam jecur prima sanguificationis radiat spiracula.

§. XVI.

Quartum argumentum tale est. Si nulla datur anastomolis venæ portæ, & venæ cavæ, sanguificatio non fit in hepate. Verum est prius. Ergo etiam posterius. R. 1. negando antecedens: datur enim talis anastomosis juxta celeberrim.

m

Viros:

Viros: Bartholinum Rofincium, Glissonium accuratissimum hepatis perscrutatorem, & alios. **R. 2.** Posito anastomosis non dari, tamen sufficit, si mediante ipso parenchymate sanguis chylosus, ut ita loquar, à vena portæ communicari possit vena cava, id quod sanguificationem in hepate magis probabilem quam dubiam reddit.

§. XVII.

Non nemo acriter defendens omnem chylum defterri in cor, nullum verò in hepar, speciosa sane habet argumenta, etiam paucis ventilanda. Sit itaque quintum. *Chilum*, dicit, non ingredi venas mesaraicas, nec dari transitum in illas venas ex intestinis, patet ex experimento, quod aliquoties tentavi. *Ligavi*, pergit, unum intestinorum extremum, & ab altero extremo aërem inflavi, sicq; etiam illud logavi extremum. Quō factō manibus pressi intestina illa tenuia inflata, repleta adhuc chylo, & illa observatione ne obseruare quidem potui, quid intrasse venas mesaraicas, cum inflatio non solum maneret eadem, sed & vena mesaraica non comparerent turgidores & repletores. Præterea spiritum vini tinctum colore nigro indidit intestinis tenuibus, eaque postmodum inflavit, & firmiter ligavit. Quā pressa ne datum unguem cedeabant, ita ut nullum apparuerit vestigium, spiritum hunc volatilem & subtilem ingredi potuisse venas mesaraicas. Verum cum vir ille clarissimus paulo post fateatur: se hoc experimento etiam colligere nunquam potuisse, quid de liquore, indito intestinis, transisse vasorum lacteum poros, eo ipso sane corruit robur prioris argumenti. Siquidem si per

illam manuum pressionem liquor ille artificialis vel etiam naturalis (chyclus) non potuit transitum invenire in vasa lactea, quare exinde quis velit probare, chylum non defterri in vasa lactea. Consequentia sane nulla esset. Multo minus poterit quis inde inferre, chylum non transire in venas mesaraicas. Quadrant hue verba Pechlini, de osculis valorum lacteorum. Neque enim, inquit, in laco vacuoq; intestino patere hosce aditus credibile est, sive quod valvula, que ipsas obsonit, constringantur, seu quod contorta intus oscula fibularum collapsu coalescant. Ad experimenta illa cum eodem dicimus. Quod flatus & mesaraicarum venarum & lacteorum vasorum oscula obsideat, nitentique liquido viscositate sua restitutur, ceu oleum aërem arcere à bronchialibus inscotorum tubulis solet. Certe his non obstantibus Maganus ille Harvejus, hodieq; Cornelius Consentinus, Aristotelem uteque secuti, nutriti cremenoris plurimum in mesaraicas abripi venas existimant, vel quod in ayibus nullum sit lacteorum vestigium, cum sit mesenterii aut quod in piscium plerisque non sit, quidquod ex Raiz intestino manifestissimus videatur in mesaraicas aditus; & vidisse enim se albo distinctum lacte hepaticum sanguinem sunt qui glorianturn. Vnde Peeblinum.

§. XVIII.

Sextum argumentum innititur prælaudati Viri Experimento, priori magis specioso. Canem cibo replevit, & elapsis aliquot horis in thorace ad quartam vel quintam costam paulo supra Cor vulnus adegit profundè usque ad thora-

thoracis cavitatem, & indito digito, ser-
ratim prius adaptato ungue, ductum tho-
racicum dilaceravit, quô factô vulnus
clausit, & per duos dies canem cibavit,
qui his elapsis mortuus est. In aperto
cadavere invenit copiosum chylum in
thoracis cavitate, vasis lacteis & intesti-
nis. Hinc infert: Si chylus deferretur
per venas mesaraicas, canis fame non-
dum obiisset. Verum ego non video
solidam consequentia rationem: Quam-
vis enim pars chyli primo die adhuc in-
traverit venas mesaraicas, tamen ejus

motus paulo post fuit impeditus ob læ-
sam in intestino duodeno effervescenti-
am, à copia chyli ibidem restagnante, &
succos fermentativos obruente. 2. Vera
mortis causa fuit defectus spiritus vitalis,
qui in corde non fuit generatus, & ipse
etiam spiritus animales ob eandem cau-
sam & liquoris animalis læsam circula-
tionem defecerunt, alias famem diutius
adhuc tolerare potuisset canis. Sed si
nem impono calamo. D E O
verò sit laus & gloria in
æternum.

DISPUTATIO X.

De

VENENI PESTILENTIALIS,

U. 55

Alexipharmacorum Natura & in Corpus Humanum agendi
modo; Ex veræ Philosophiæ principiis perspicue demonstrato,
multisque experimentis fufflto.

RESPONDENTE

HENRICO HORCHIO, Eschveg. Hasso.

I. N. J.

VENENI PESTILENTIS naturam explicaturo nihil magis necessarium esse videtur, quam ut prima ejus rudimenta ab ortu & in- cunabulis sedulè inquiram, *quale enim quidq; est ortu absolutè & perfecto, tamē ipsius naturam esse dicimus*, ut ex vero Arist. lib. 1. de Republ. c. 2. nec perfecta aliquid rei scientia acquiri potest, ortu ejus ignorato, unde factum est, ut natura

à nascendo denominationem sortita fu-
erit: hâc igitur viâ incessurus unicuique
(modò mente nullis præjudiciis, ho-
mines ad veritatis lucem cœcutire fâ-
cientibus, fascinatâ ad demonstrationum
seriem attendere dignabitur) clarè me
ostensurum spero, quænam truculentî
hujus hostis sint spicula, quib; in miseros
mortales tantâ strage debacchari solet.

I.

ANequam autem hoc aggrediar, no-
tandum venit, terræ ut & corporis
m 2 nostri

nostrj ex ea oriundi particulas valde irregularium esse figurarum & magnitudinum, neque à natura dolabris exasciatas neq; manuum operā ad normam divisis neque ad Geometricam perfectionem & planitatem efformatas esse, ut tam arcte ibi jungi & structurā tam ordinatā coire & coalescere potuerint, quin multæ inter ipsas rima relinquantur & intervalla, quæ cum vacuum detur nullibi, imò dari contradictorium sit & impossibile, materia quadam subtiliori, agiliori & ad implendas omnium pororum figuras accommodatā impleri necesse est, quæ nobis vel cœlestis vel ætheris vel subtilis materia nomine insignitur.

II. Considerati etiam velim, interiora telluris viscera multâ salium copiâ imprægnata esse, quæ cum aquæ dulcis particulis ad remota usque loca in fontes pergentibus, ex mari venientia ob particularum rigiditatem quæ vel solo contactu & sapore sepe prodit, per exiguos illos anfractus & flexus, qui circa fabuli grana reperiuntur, labi non possunt, sed ibi hærere debent, unde etiam ex quibusdam montibus (præsumis, ut mihi ab oculatis testibus relatum est, in Polonia) magna salium moles instar lapidum concretæ effodiuntur & humano usui inserviunt.

III. His autem ita cognitis facile intelligemus, quō pacto materia subtilis terram perpetuò pertransiens, ejus moleculas nonnihil concutiat, ita ut hinc inde, non secus ac arborum rami à vento, motu tremulō agitatæ intervalla modò majora, modò minora inter se relinquent, sicq; salium particulas terra poris insidentes semper feriant, contundant, discerpant & ex rigidis & duris planas ac

quodammodo flexiles faciant: Fieri etiam potest, ut multæ salium particulæ congregatae & ab aliis separatae à calore (qui nihil aliud est quam particularum terrestrium à materia subtili varia agitatio) fortius exagitentur, unaqe ab aliis attritæ, & quoad superficiem levigatae tandem successu temporis in tenues lamellas complanentur, non aliter ac lapides & durissima saxa hisc inde reciprocata poliri videmus.

IV. Particulae autem salium tenuiores factæ & leviores caloris vi sursum feruntur, & per longiores terrarum tractus transeuntes duris parietibus allis aut lapidibus affrictæ quoad extremitates suas magis magisque exacuuntur, ita ut ipsas instar gladiolorum pungentium & ab utroque latere scindentium satis commodè concipere licet: Harum igitur plures simul junctæ Spiritus acerrimos, causticos & summè corrosivos constituant, qui deinceps pro diversitate materiarum, cum qua concrescant, varia componunt mineralia, ut stibium, arsenicum &c. quæ in humanum corpus assumpta, calore rarefacta hinc inde obvolitant, suaque, quâ pollent, acie & acrimonia fluidas præcipue partes dividendo, humores incidentendo, sanguinem fundendo & plus justò attenuando, naufragiam, vomitum, tormina, rosiones, lipothymias, tremores, convulsiones, deliria, aliosque horribiles symptomatum paroxysmos excitant, imò totius corporis nostri machinæ destructionem, moliuntur, ac infimi VENENORUM nomine veniunt.

V. Neque est, quod quisquam ex impossibilitatis prætextu circa veneni generatio-

rationem idem mecum sentire, renuat, temque hanc merum cerebri mei commentum esse contendat: hic oculos aperito, &c. nisi cœcus sit, videbit, naturam in perpetuâ alterationum machinatione versari, nihilque in natura observari cerebrius quam quod una corpora aliis occurrendo figuræ mutent & magnitudines: nonne videmus aquam, quæ nihil ferè mollius per quandam temporis tractum durissima quæq; saxa excavare? Et ubi deficit natura in agendi robore & viribus, hoc sèpius iteratis, aut perpetuis etiam actionibus facile compensare potest. Nonne videmus, durissimos & exaurio confectos annulos mollissimis delicatissimarum virginum & mulierularum manibus consumi? Et quid multis? si quis hoc in chymia, quæ in transfigurandis corporibus pantamorphæ naturæ quasi simia est, contingere oculis cernat, quidni etiam illud à natura longè excellentiori fieri posse credet? Ejus enim artifices salēm v. l. purum vel alii corpori maximè siceo, & fixo ut lateri coctili aut silicibus contusis immixtum igni superimponunt; unde fit ut salium particulae fortissimo igne hinc inde commota & vehementer agitatæ modò anteà explicatò metaschematisnum patiantur, sicq; tandem agiliores factæ & leviores in alembicum ascendunt, ibique non amplius salis qualitates præ se ferunt, sed aquam quandam fortissimam durissima quæque metallâ corrodentem constituantur.

VI. Nec mirum, quod salia, quæ hominis sanitati & vita alias summè proficia sunt, pristinæ benignitatis oblita, malignitatem induant hominisque inter-

ritum moliantur: Eadem enim, si variis Chymicorum præparationibus subjiciantur, ignisque metamorphoses sustinent, optima fiunt alexipharmacæ, atque ita malignitatem quæ homini nocuerunt, benignitate longè majori compensant.

VII. Quibus superatis, vix quicquam difficultatis superesse puto, ut ostendam, quò pacto virulenti hi Spiritus ex intimo terræ gremio, supraposito sibi aëri communicati, tantamque corporibus nostris noxam inferre queant. Quod ut eò facilius & felicius præstem, notandum est, materiam subtilem pro diversitatè & statis modo majori modo minori copia terram pertransire, & in ipsius visceribus non aliter ac in extima superficie calorem vel augere vel diminuere posse. Itaque si contingat, ut, quod experientia testatur, Sol nimiò calore in hac inferiora agat, fieri facile potest, ut Spiritus illi acres & volatiles sive venenata effluvia, quæ alias ob caloris defectum ad exteriorē terræ superficiem usque elevari non poterant, majori materiae subtilis agitatione rarefacta ac ob motus accelerationem leviora facta altius emittantur, & extimè telluris superficie superata, in aëra per exporrectas longè lateque regnorum ditiones divagentur. Et quò laxioribus rimis patulisque meatibus, qui vel ab occultis aquarum lapibus excavati, vel à terra motibus aperti sunt, terra fatiscat, eò facilius & largius ex abditis ejus latibus in altum emergat pestilens hoc virus.

VIII. Quis autem ignorat, quantum cum exterioribus aëris corpusculis corpori nostro intercedat commercium? Ab eodem fonte tamen necis quam vita & salutis petuntur initia: hæc eadem sunt,

quibus per vices inspiratis & exspiratis halitum ducimus & salivæ quoque immixta ad ventriculum amandamus: hæc eadem sunt, quæ corporis nostri poros & insensiles meatus subeundo sanguini circulantia miscentur, & ad quasvis cum ipso partes deferuntur. Quocirca sine magna difficultate cogitare licet, quo pačto aer salibus hisce summè acribus & volatilibus prægnans, venenatam labem corporis nostri humoribus & sanguini aspergat, totumque deinceps per corpus miasmata sua diffundiat.

IX. Quantum igitur ad humores, pertinet ipsos ab infidioso hoc hoste acriter impugnari, quibus cœa sanitatis nostræ custodibus expugnatis, de salute nostræ conclamatum est. Primo itaq; consideremus, virulenta hæc corpulcula bili admixta, suā quā gaudent, volatilitate ejus particulas secum abducere & in eundem simul motum vindicare, bilis enim saluum volatilium copia scatens maximam cum veneno, genuinā saluum progenie, affinitatem alit, unde fit ut salinæ bilis particule venenatis valde congeneres in eundem cum ipsis motum conspirent, acies suas jungant, sensimque ac sensim aeriores fiant, eodem modo ac Mercurius sublimatus & aquæ Stygiæ sibi commissæ paulatim magis & magis exacutuntur: Pestiferi igitur halitus unâ cum associata sibi bile junctis viribus sanguinem vitæ nostræ thesaurum clandestinis machinationibus adoriantur, compagem ejus nimis & ultra naturæ limites laxando, attenuando, unde vires paulatim deficientes totalem œconomia nostræ ruinam minantur.

X. Non verò tam facile succum pan-

creaticum in sua castra trahere potest, hic enim pro corporis salute fideliter quasi excubias agens adventantem adversarium non line maximo strepitu excipit, acutis ipsis spiculis particularum suarum cœa telorum aciem obvertendo: dum enim duo hæc corpora ob diversum particularum motum figuram & magnitudinem difficiliter miscentur, sibi invicem commissa particulis unis alias impellentibus inutuo in se agunt, magnumque excitant strepitum & pugnam, verum ob advenientes undique auxiliorum turmas ab hoste obrutus succus pancreaticus, statione derelictâ occumbe co-gitur saepissime. Cujus luctæ tragœdiam videre licet in spiritu vitrioli & sale Tartari sibi invicem confusis, qui post maximum strepidum & luctam quasi delassati omni suâ acrimoniam & viribus destituantur. Debellato itaque succô pancreatico sanguis justa & legitimâ destitutus consilientia & proinde resistendi viribus defraudatus, pestilens venenum sinu suo excipit, quod portunculis suis maximè volatilibus & acribus cœa vaüs telorum vibrationibus crebris que ictibus saeviendo & atrocissime gransando, fibras & minutissimos sanguinis ramusculos amputat, quibus resectis aut etiam cœa fumus ex igne ayolantibus, reliqua crassiores & ad motum inepta instar cinerum remanentes in corpus valde heterogeneum coagulantur & in massam circulari nesciam facessunt.

XI. Reram itaque potius virulentus Monarcha nobiliora quævis viscera invadit, expugnata peregrinò quadam praefidio munit, quod ibi non tantum ineffabiles & ad mortem usq; urgentes excitat angores

angores, leipothymias, tremores: sed & excursus faciendo tot horrenda exhibit Symptomatum portenta: versus caput quidem ruendo, mentem arcis praesidem intolerabili siti, capitum dolore exquisitissimò, vigiliis, delirio &c. vexat: denique si versus corporis circumferentiam excurrat, anthraces, bubones, maculas modò lividas, modo atras, modò purpureas fabricando, totius æconomiaæ ruinam ad ultimum vitæ exterminium usque machinatur, quod si multorum hominum strage contingat, formidabili PESTIS vocabulô designatur.

XII. Non raro etiam aer ex inhumatis cum brutorum tum hominum cadaveribus inquinatur, quod modò ejus non valde absimili contingere facilissime intelligi potest. Considerandum scilicet est, cadavera à servido solis æstu putredine correpta tetros vapores exhalare, quibus maximam partem evaporatis particulae bilis salinæ cæterarum consortio destitutaæ earumque mulcimine privatæ sibi magis approximantur, varioque modò agitatæ diabolico modo contos & aculeos suos exerunt, & mutata configuratione veneni naturam induunt, in aërem attolluntur, ubi à caloris agitatione magis evanescuntur.

XIII. Tetræ itaque ex inhumatis cadaveribus exspiratae exhalationes per inspirationem sanguini admixtae similem in ipso fermentationem & putredinem excitant, & simul cum sanguine sibi assimilato facilissime iterum admittunt particulas acres & venenatas, cum quibus in cadaveribus antea combinatae fuerant, non aliter ac linteæ & ligna putrida ab igne ambusta, & per aliquod tempus ex-

tincta, ignem promptissime iterum recipiunt.

XIV. Solet etiam aliquando continere, ut annonaæ caritas ejusque pedisæqua famæ infelix futuræ pestis sit prænunzia. Cujus rei ratio facile innote- scet, si recordemur, spiritus istos pestiferos sæpenumero ad loca exterioriteræ superficie vicina elevari, ex quibus omnium vegetabilium radices incrementum capiunt & alimentum, quod venenatis effluviis infecto, omnia vegetabilium germina eo contaminata minori in copia proveriant, fructusque & paucos & malignâ simul qualitate vitiatos proferunt, quorum usu & esu miseri mortales summâ penuria necessitate pressi, vitam conservaturi pestiferam hanc luem comedunt ac bibunt, horrendum sibi mortis genus accelerando.

XV. Quantum autem ad astrorum influxum, quâ virtute hic polleat, mihi saltem non constat, nec concipere possum, quâ ratione in hæc inferiora agere queant, nisi solo motu, per lucem videlicet & calorē: Calor autem ab illis emanans, excepto Solis & Lunæ, debilis est & ferè semper æqualis, neq; tam notabilis & tam efficaces in his inferioribus mutationes subit, ita ut tantam in intimis terræ recessibus aut tam vehementem aëris mutationem ipsi simputandam esse, nulla hactenus ratione concludiqueat: Qui accedit, quod doctissimi quiq; Mathematici, qui in cæteris Astrologiæ partibus alios longè excelluerunt, ut Copernicus, Brahe, Keplerius, Landsbergius, Galilæus, Renatus Des Cartes, occultas astrorum vires, tanquam rem vanam & solidis rationum momentis destitutam, experientiae repugnant.

gnantem sibique ipsi non constantem,
exhibilaverint.

XVI. Unicum autem explicatu dignum
adhuc superest: Quare videlicet alii facilius
& citius, alii contra difficultius & tardius aut
planè non inficiantur: Plurimi, quorum
sapientia, instar virginis Deo consecratae,
fructuum sterilis est, pusillanimitatis pallio-
tecti animū nullitatibus solantur, respon-
dendo, id ipsum dependere ex peculiari
& occultā quadam qualitate cordis, quā
contagio resistere valeat vel non valeat:
Nos autem objecta omni pusillanimitate,
quæ plurimos ad perpetuas ignorantiae
tenebras damnare solet, tentabimus & an
principia nostra ad tam abstrusa & apud
alios desperatae rei explicationem satis
foecunda sint experiemur. Quandoqui-
dem in magnis & voluisse sat est.

XVII. Quod ut satis feliciter procedat,
cogitemus; 1. omne corpuse ð versus fer-
ti, quò versus minorem invenit resisten-
tiam & renixum. 2. Unamquamq; rem,
quatenus simplex & indivisa est, manere
in eodem semper statu, nec unquam mu-
tari, donec à fortiori inde deturbetur. His
ita suppositis, via ad explicationem plana
est & lacida: scilicet in aliis hominibus san-
guis est tenuior, in aliis magis consistens.
Qui tenuorem seu fluidiore habent san-
guinem ob nimiam bilis volatilitatem, ii
præ omnibus aliis citius & facilius labet
venenata corripiuntur: particulae enim
sanguinis minus arcte sibi junctæ, sed hinc
inde inter se volitantes minus virium ha-
bent venenosis spiritibus resistendi, sed
cum ipsis ob pororum laxitatem sine ullo
aut magno impedimento sinu suo exce-
ptis in eundem motum consentiunt, &
tragodiam dicto modo ordiuantur.

XIX. E contrà illi, quorum sanguis ob
legitimā succi pancreatici aciditatem seu
aliam quamcunq; causam justa & legitimi-
mæ est consistentia, ut Melancholici, vix
ac ne vix quidem laeduntur, sed ab hac
lue sæpenumerò lumen degunt & impunes:
sanguinis enim particulae strictius sibi
junctæ unæ alias suffulciunt, junctisque
viribus ad externi veneni insultibus resi-
stendum satis potentes sunt, unde fit ut
acres veneni particulae aciem suam ob-
tundant, & vel innoxie in corpore nostro
hospitentur, vel aliò, ubi minor est resi-
stentia, transvoilent.

XI. Pluribus forsitan nostræ demon-
strationes, quas tamen ex paucis hypothé-
sis, non gratis assumptis sed probatis
per manifestissimas rationi consequenti-
as concatenatedæ serie deduximus, pro soli-
us nostræ rationis factu explodentur; Ve-
rum audiant & videant, nihil in antedi-
ctis occurre, quod experientia fulcris
non innitatur: Quod ut cō melius percipi-
ant, considerent mecum, nullum fere
medicamentū vel preservationis vel cura-
tionis gratia efficax repertū esse, quod tal-
es particulas acres & summe volatiles pestis
effectrices esse clare ob oculos non ponat.

XX. Primo autem præservationis & cu-
rationis ergo maximè extolluntur omnia
acida & ex his vel cum illis parata, ut Cere-
vilia vetus & subacescens, Fructus acidi,
malacitria, aurea, granata seu punica, Ri-
besia, limones, Berberi, acerosa, acetosella,
omphacium, sempervivum majus,
lac sponte vel arte acescens, ipsiusque
serum acidiusculum, lac ebutyratum,
Salia quævis mineralium acida, nitrum,
prunellæ, marinum, Gemmeum, alumum,
Vitriolum, antimonium: Inter omnia
VERO

verò acetum vulgare vini summae esse efficaciam compertum est. à Magno b. m. Sylvio: Ego sanè, inquit, ut ad rem accedam, ante novenium, cùm quotidiè plutes visitarem ægros peste infectos, præcautionis loco aliad non sumpsi medicamentum, quām *vulgaris aceti vini coquileare unum micā panis exceptum*, & quidem manè antequam inviserem ægros. Id remedii genus usurpavī per octo menses continuos, nec unquam minimam percepi totō illo tempore ab infectione noxam.

XXI. Cum itaq; unanimi Præstantissimorum Practicorum consensu nullum in hac lue præsentius remedium tam præcavendi quām curandi gratiā compertum fuerit, non parū cō ipso nostra sententia confirmabitur: Talibus enim salium particulis summē volatilibus & acribus nihil magis observatur esse contrarium quām acidum: Unicuique ad oculum hoc patet, dum spiritus Vitrioli, qui acidus est, unā cum sale Tartari confunditur: scilicet hi duo liquores obversum particularum motum figuram & magnitudinem mutuo inter se pugnant, unae particulae alias exagitando & allidendo in se invicem agunt, ut tandem obtusā particularum acie omnis earum acredo pereat, non aliter ac si cultri unius acies alterius aciei affricetur: Patet itaq; nos non sine ratione dixisse peccare in hac lue salia summē volatilia & acria, quæ, ut ex allato experimento patet, cum acidis assumptis coimixta acredinem suam amittunt, & æger vel ab hac lue præservatur vel cā correptus iterum liberatur.

XXII. Imò facilius unusquisque sibi hoc persuadebit, modò attendat, acida

quævis assumpta sanguinis inctatus penetrando particulas plius tenues, flexiles & lubticas, aliis crassioribus & ramosis intertextas, sed non valde firmiter annexas quæ serum componunt expellere, ut ita crassiores & fibrosæ sanguinis particulae liquidarum consortio orbatae arctiori vinculo constringantur, quod tam claram & manifestum est, ut matribus familiis etiam usitatum sit, lac, admixtō acido, coagulare & serum à crassioribus ejus partibus separate; sanguis itaque ob laxatarum alias partium coarctationem, fibrarumque connexionem ad propulsandam acrum particularum injuriam satis potens, petulcum earum insultum quasi illudit & in statu suo pertinaciter permanens non nisi à fortiori inde deturbari potest: Quamobrem cùm in peste tam curanda quam præcavenda, summē proficia sint acida, corumq; vis in sanguinis condensatione consistat, meritò concludimus, vim veneni contraria in sanguinis dissolutione consistere, nullam autem dissolutionem tam subitaneam sine particulis acribus, pungentibus & scindentibus fieri posse, quis nifī cœcus, non videt?

XXIII. Secundò nec minus hanc nostram sententiam comprobabunt alia remedia, quæ in sudoriferis adhibentur, ut sunt pinguis, quæ multas sulphureas & oleaginosas portiunculas sibi admixtas habent, qualia sunt, sulphur minerales fixum, salia volatilia oleosa, vel olea destillatione ex carnis, ossibus atque ungulis elicita. Terræ pingues ac sigillatae, bolus Armena &c.

XXIV. De sulphure autem seu oleaginea materiā hoc præprimis observandum venit, particulas ipsius non laves

n & gla-

& glabres sed brachiorum instar expansas & ramosas esse, quod neminem difficulter sibi persuasurum autumo, qui considerabit, ipsas non tam facilè à se invicem neque ab aliis corporibus, quorum poris intertextæ hærent, separari posse: hinc Chymici herbatum olca fine arte elicere non possunt, nisi herbis magnam aquæ copiam affundant, cuius particulæ leves & lubricæ meatibus istis se insinuantes, olei particulæ paulatim eliciunt ac secum in alembicum abripiunt: quin imò ut vulgare exemplum afferam, olea & quævis pinguia vestimentis infusa vix ac ne vix quidem arte adhibitâ elui possunt, quâ ratione autem hoc fieri, nisi ramosa vel aliò quovis modo in superficie aspera essent? cum econtra aqua ex corporibus, quorum poros insedit, vel calore vel sola aëris agitatione expellatur.

XXV. Quibus cogitis manifestum fieri, remedia mollissimis oleagineæ materiæ ramulis saturata particulis acribus in sanguine obvoltantibus agglutinari, ramosisque suis moleculis earum cuspides & aciem obvolutam tenere, ut non tantum graviores factæ in motu suo sufflamentur, sed etiam omnicontinuum solvendi potentiam priventur: Cui accedit, quod sanguinis particulæ ramosæ oleagineæ materiæ lanugine undique cinctæ & investitæ, cò facilius externos acrum particularum insultus sustineant, & ab ipsarum impetu immunes perfestent, eodem modo, ac metalla, quæ alias promptissimè dissolventur, sevò quoad superficiem suam illita, ab aqua forti vix ac ne vix quidem attinguntur: Particulæ enim acres

ramosis involutæ hærent, nec vim suam in metallorum corrosione prodere possunt: Eodem modo venenorum acrimoniam obtundi sole meridiano clarius est, dum enim bufones vivi & recentes tres vel quatuor per horam in oleo olivarum coquuntur, tunc oleum istud venenô imprægnatum facie ad abstergendas maculas innoxie illini solet.

XXVI. Ex hoc etiam fundamento in promptu est ratio, cur atrocissimi que dolores maximo ægrorum solatio, exhibitis opiatis, in momento ferè sedari possint: Opium enim plurimis sulphureis particulis refertum esse, maximus in ipsius resolutione fector satis prodit, quæ acribus virulentisque effluviis permixtæ atque agglomeratæ seditionos corum ut & inquietos spirituum animalium motus injectio quasi freno compescant, & in minimo temporis spatio hstant.

XXVII. Reliquorum denique, quæ in peste convenienti, remediorum natum & modum, quo in corpore nostro operantur, explicabimus, non tam externæ figuræ quam particularum situs & pororum rationem habentes, laudantur autem à Practicis Oculi Cancrorum, Corallia, Margaritæ, Cornu Cervi, lapis Bezoar, Smaragdus, præprimis in pulverum forma. Quò etiam non male referes carnem viperarum exiccatam, ipsarum cor & hepar itidem exiccata, & in trochisorum forma exhibita: Quæ omnia obpororum laxitatem acrimoniam imbibere, ex quorundam friabilitate & fragilitate, tum ab eximia exiccati vi, quâ pollut plurima, concludere licet, quò nomine etiam in quavis hemorrhagia convenienti: Laxis igitur & copiolis

olis suis meatibus superfluas sanguinis humiditates unâ cum pestiferis spiritibus excipiunt, unde sit, ut pestilens hoc virus aliis particulis obvolutum & in illis poris ceu carceribus detentum omnibus suis viribus destituantur, verum etiam sanguis ob superfluæ humiditatis absorptionem legitimâ potitus consistentia ab aliarum auxiliarium de novo adventantium copiarum impetu fortissime præcaveatur. Experimentum hujus rei videre licet in creta, quæ in ardore stomachi assumenta, particulas fermenti nimis acres imbibendo ægrum ab ingenti hac molestia liberat quam felicissime: Imò si adhuc dubites, recipe corallia, margaritas, redige in pulverem, infunde aqua fortis vel alii cuidam li- quori corrosivo & omnis peribit acrimonia, ita ut remedia hæc eodem in corpore modo operari, nullum planè sit dubium.

XXIX. Quemlibet igitur, nisi fungum habeat pro cerebro, clare etiam intellectorum arbitrör, quâ ratione pretiosa & magis composita illa alexipharmacæ venenis tam potenter resistant, qualia sunt Theriaca, Diaconium, &c. Hæc enim ex antedictis, acidis sc. oleosis & porosis maximam partem constant, unde hostem non unis sed pluribus armis invadentia citius & felicius prosterunt.

XXIX. Quantum autem ad externa præsidia, quæ ex fonte Chyrurgico petitæ corpus nostrum contagiosâ hac lue liberant, inter illa præcipuum considerationem merentur vesicatoria, quod primò quidem intuitu mirum videtur, emplastra enim, quæ ad vesicam excitandam

cuti imponuntur, ex cantheridibus, arsenico &c. pessimis venenis conficiuntur, quod extrinsecus per cutis poros pertransiens malum malo cumulare videtur. Mirari autem desines, si considerabis, venenum exterius applicatum cutim pertransiendo, in ea poros suæ & sui similiū figure & magnitudini respondentes formare, quo tandem venenatae particulae in profundo corporis residentes vi caloris commotæ per sudorem, qui tunc temporis à medico imperari debet, eliminantur, sicque venenatae particulae exterius sibi occurantes secum in contrariam partem abducunt, ita ut malum malo augeri nullum sit periculum.

XXX. Eadem etiam est ratio bufonis anthracibus superimpositi, cuius particulae suò per cutim transitu vias sibi & aliis sibi similibus particulis aperiunt, unde sit, ut in anthracibus latens venenum minorem ibi ad exitum resistentiam inveniens, tantâ copiâ versus eam partem, cui bufo superjacet, feratur, adeò ut ipse bufo, veneno hoc intra poros, sine ulla aliqua non intelligibili attrahendi facultate quam ceu animulam corporibus superadditam concipiunt, recepto plus solito inturvescat, & quasi reviviscere videatur.

XXXI. Habes hic, benevole Lector, specimen quoddam fructuum, qui ex vera Philosophia in usum & praxin Medicam redundant. Dixi: Vera Philosophia, utpote quæ fœcunditate suâ se se satis commendat & fructibus, qui, Illustri Verulamio Judice pro veritate Philosophiarum velut sponsores & fidejussores sunt: *Quod dum attentiù apud animum*

volvo ac revolvo, audacter pronuncio.
VIRUM NOBILISSIM. PARITER AC PRÆCLARUM DN. LUDOVICUM CONRADUM JACOBI, LICENTIATUM MEDICINÆ PERTISSIMUM, in doctissima sua Disputatione de FEBRI MALIGNA, pro DOCTORALI LAUREA nuperimè habita, non inani & futili quâdam gloriâ commotum, nec juvandi quâdam audacia præcipitatum, sed verâ animi, solidis veræ scientiæ fundamentis innixi fiduciâ scripsisse, ne unicum quidem nominari posse alexipharmacum, cuius effetus sive operationis non manifesta possit reddi ratio.

XXXII. Possem jam huic labori superfedere, nisi audirem adversarios nostros triumphum canere, sed ante victoriam: duo autem præparavimus sunt, quos obgan- nientes, sibi experta est veritas: Criminantur nos quidam, ac si hæc omnia infidis cogitationum nostrarum substructi- onibus inadficata essent, quæ ipsa sce- puicorum vox & vetus est cantilena, quam in ore Christiano adhuc resonare, non possum in admirationem non rapi. Sed mirari sensim desino, recordabundus multos forsitan cogitationes suas infidis rerum, quæ nusquam sunt aut fuerunt, figmentis & fabulis, quales sunt Genitium Fauni & Satyræ &c. mancipasse, ut ex conscientia loquantur: atque ita fa- cile fieri potest, ut pro universi speculo se gerentes & aliorum cogitationes suô metientes modulô, pro fictitiis habeant & infidis. Verum enim verò quâ ratione cogitationes nostræ, quamdiu ipsis non abutimur, infidæ dici mereantur, non video; melius autem ius utinon possumus,

quâm si saltem secundum clarè & distin- ctè percepta judicemus, iisque assentia- mui, ita ut judicium nostrum non præ- ceptis neq; ulceriis, quam clara & distin- ctæ perceptiones faciem ipsi preferunt, excurrat, quæ ipso ab omni errandi peri- culo immunes erimus. Quo modo igitur ratione nostra melius uu possumus, aut quid ipsi præter suas cogitationes & con- scientiam sit veritatis criterium & obrusa- fa, doceat is, qui judicium hoc fallax, co- gitationes infidas, aut consequentiam hanc rationi inaspeetabilem dicere nou- erubescit, vel, si non possit, petulcum- suum de aliorum cogitationibus judici- um in posterum continere discat.

XXXIII. Alii autem, qui scientiam colunt, quæ primò quidem intuitu pul- chra videtur, sed cum ad particularia de- scensum fuerit, pro fructibus & commo- dis nihil si portentosa, horrida & nihil si- gnificantia parit vocabula, quod sci- entiæ genus Scylæ fabula ad vivum expri- mere videtur, cujus os & pectus virginem formosam reperæsentabant infrâ verò fuisse ajunt.

Candida succinctæ latrantiæ inquinio- monstris.

Hi tamen nihilominus dictatoriam po- testatem sibi arrogantes, altis etiam, qui id non capiunt, persuadere fatigunt, lu- am hanc scientiam tamè esse, de cuius veritate dubitandum non fit, contrà verò aliorum inventa & labores, tanquam ab imaginaria stâ sapientia abludentes, ipsis invisos & odiosos reddere student, ut ex ipsorum saltem jecinore sapiant: Quare malè creduli Doctoribus seu po- tiis Dictatoribus suis fidem adhibent, seque ipsis vitiō partim propriæ ignaviae partum.

partim suæ diffidentia toto cum omni libertatis ejuratione mancipiant, adeò ut quoties aliquid publicè disceptandum venit, hanc non ipsorum sed doctortum fuorum mentem esse, ingenuè fateantur.

XXXIV. Dispiciamus itaq; rationes, quibus hi homines commoti nostra dogmata aliis tam suspecta reddere conantur: Accusant autem nos, ac si nimium de particulis acribus, volatilibus & valde incongruis nobis polliceremur, dum exinde omnem veneni & malignitatis naturam tam perspicue ostendi posse speramus, ut à quovis perceptum iri nulli dubitemus: Concedunt, aliquid quidem dici, sed non totum. Verum enim verò velim ipsos propriæ ignorantia, quam in hoc negotio per occultas qualitates profitentur, memores esse, ut carpere nos desinant, qui ex ignorantia barathro enatare manibus, pedibusque laboramus: & nisi in occultarum qualitatum assertione sibi tam vehementer placeant, aut in sua sibi ignorantia non ab blandientur, cur hanc rem cōdem nobiscum modò non explicant, cū melius sit aliquid dicere quam nihil? Præprimis, cū & ipsi causarum cognitionem Medico admodum necessariam esse, adeò ut absque ea mōbos nec præcaveri nec feliciter curari posse fateantur: hunc igitur, qui aliquid dicit & ex parte causam cognoscit, mōbos felicius præcavere & curare posse, quām illum, qui ad qualitatem occultam ignorantia Palladium configuit, vel cœcus palpet.

XXXV. Deinceps utinam addidissent boni homines, quid explicatum nondum sit, quidve adhuc explicandum desiderent, quod ego quidem, quid sit, hactenus

hariotari nequeo; quid enim est in effectu, cuius ratio per particulas volatiles, acres, pungentes scilicet & scindentes clarè assignata non fuerit? An hæc qualitas, quā dicimus, particulas acres & sic prout descriplimus figuratas, velociter motas continuum seu compagem sanguinis solvere, occulta est, nonne totum dicit? Quid hæc occurrit occulti, aut quid est in effectu, quod non exhaustatur & ad sufficientiam usque præstetur à causa? Certè, prout illa qualitas, dum longiori telo insigne infligit vulnus, nullo modo est occulta, sic neque hæc, dum particulae instar minimorum gladiolorum minora infligunt vulnera, talis dici poterit, qualis enim est proportio majoris teli ad vulnus satis amplum, talis etiam est minoris ad exiguum vulnus seu continui solutionem. Argumentum in forma tale esto: *Quaecunque causa exhaustit totum effectum, illa non occultè agit qualitatem, non aliquid tantum, sed totum dicit.* Atqui particula acres instar gladiolorum figurata & velocissime agitata, totum effectum, videlicet continui solutionem exhaustunt. Ergo particula acres &c. non occultè, sed manifestè agunt qualitatem, non aliquid, saltem sed totum dicunt.

XXXVI. Neque est, quod amplius valde dubitent, an principium etiam unde hic vel ille operandi modus in corpus nostrum transit, explicare & indigitare possimus, hoc enim tam luculentè factum est, dum ipsos etiam Venenorum natales & generandi modum satis clarè ostendimus, ut facillimè negotio extricare se queat, cui de meliore luto finxit præcordia.

Titan.

n 3.

DIS-

DISPUTATIO XI.
THERIACÆ GREIFFIANÆ,
Cœlestis Dictæ,
Vires in Calculo, Podagra, Epilepsia, Apoplexia
aliisque innumeris affectibus.

RESPONDENTE.

JOH. GERHARDO *Winther / Fritzlariensi Hasso.*

CAPUT. I.

*Authorem revelat & Etymologiam
docet.*

Medicamentorum è regno vegetabili desumptorum Reginam & quod cuncta multis præcellit parafangis sequentes depingunt pagellæ: Theriaca dicitur, non vulgaris illa *Andromachi*, Archiatri olim Neronis, de qua Galenus in peculiari *de Theriaca tractatu*. Neq; Regis Mithridatis antidotus, de qua *Etius*: de Mithridate enim magno illo belli duce referunt, quod theriacam quidem non biberit, (neque enim adhuc in usuerat) verum ex alterius antidoti, quæ postea mithridatica ab illo appellata est, usuita corpus apparuit, ut nulla veneni vi laedi posset: Et cum etiam lethale pharmacum accepisset, quod sèpius illo tempore etiam inter prandium vel cœnam incautis exhibebatur, ut videre est apud *Stukium in antiquitatibus convivalibus*, motu non potuit. Cum enim ab hostibus devictus se ipsum interficere meditaretur, nullo veneni haustu mortem sibi consciscere prævaluit, donec vocato cuidam ex amicis se ju-

gulandum præbuerit. Non inquam Mithridatis antidotus, neque vulgaris theriaca, sed theriaca cœlestis hic exhibetur.

Sublimioris naturæ scrutatoribus verisque seculi hujus philosophis familiare est, abstrahere ab omnibus impuritatibus & mundanis facibus; mente vero lucem sectari, cui religio est, dona illa gratia à Patre lumen concessa appellare nomine, quod impuritatem & terrestrem involvat; hinc veri illi philosophi possident Tincturas & Essentias Solares, regias, angelicas, benedictas & cœlestes, ab excellentias sic dictas, & gaudent possidentes, ingratias & incredulis, crassiorisq; illius medicina mancipiis nuces cassas relinquentes, & pro nucleo putamina.

Dicitur Theriaca, non à serpente *Thiro*, de quo vide *Quercetanum redivivum*, sed à θήριον sive θηρίῳ, fera: quia non solum venenis vegetabilium & mineralium, sed etiam omnibus iactibus & morsibus venenosarum ferarum potenter resistit.

Authorejus est *Quercetanus*, Philosophus & Medicus celeberrimus, is cum fecerit non ex omni parte absolutum edidisset, ansam præbuit insigni illi Würtenbergensium Chymico Greiffo, ut non solù alia

alia adhuc superadderet ingredientia, cor
principiæ & vires respicientia, sed ipsum
etiam præparandi modum non nihil cor-
rigeret, ipsamq; theriacam celestem pro-
priis sumptibus Tubingæ præpararet.

Verum ipsis in incunabulis experta est
commune omnibus novis & recenter in-
ventis fatum: Habuit admiratores suos;
habuit, & etiamnum habet suos persecu-
tores, olores, rosores. Multis salivam
movit, plurimis bilem: Et quod dolen-
dum, quosdam etiam ex præstantissimis.
Medicis ita obcœcavit invidia, ut quic-
quid etiam de illius stupendo audiant ef-
fectu, adduci tamen non possint, ut vel in
desperatis morbis illa utantur, vel ipsius
usum ægris saltæ aliorum suasu conce-
dant. Ita enim natura comparati sumus,
ut ex proprio tantum labore gloriolam.
aucupari velimus, ex alieno verò conci-
piamus invidiam & naufem.

CAP. II.

Tradit ingredientia & componendi
modum.

In gredientia in septem dividuntur clas-
ses, quarum prima comprehendit.

Pulp. squillæ $\frac{3}{2}$ vj.

Allii. $\frac{3}{2}$ ij.

viperarum pptarum.

serpent. nostr. philosophic.

præparat.

Opii c. Acet. extt. ana $\frac{3}{2}$ vj.

Myrrh. in acet. sol.

Croc. c. spir. vin. extr. ana $\frac{3}{2}$ ij.

Secunda.

Castorei $\frac{3}{2}$ j.

Piper long. $\frac{3}{2}$ vj.

Cinam. acutiss. $\frac{3}{2}$ ij.

Acor.

saff. lign. ver.

Piper alb.

piper nigr.

Schoenant.

Spic. Indic.

Stoechad. Arab.

Z. Z. alb. ana $\frac{3}{2}$ ij.

Cardam.

Carpobalsam.

Cubebar.

Galang.

Caryophyll.

Macer.

Spic. Celtic. ana $\frac{3}{2}$ j.

Flor. Rosar. $\frac{3}{2}$ ij.

hyperic.

centaur.

calendul. ana $\frac{3}{2}$ j.

Bacc. Juniper.

laur.

paradis.

Myrobal. chebul.

Emblie. ana $\frac{3}{2}$ v.

Herb. carduibened.

dictamn. Cretic.

Galeg.

Herb. Rut.

scord. cree.

nostr. ana $\frac{3}{2}$ ij.

Abrotan.

Chamœdr.

Chamæpith.

Calamenth. mont.

Marrub.

Origan.

Polii cret.

Rosmarin.

Scabios. ana $\frac{3}{2}$ j.

Majoran.

Mar. ver. ana $\frac{3}{2}$ ij.

lign. Aloës opt.

Asphalt.

Santal. citrin. ana $\frac{3}{2}$ ij.

Rad.

| | |
|----------------------|--|
| Rad. angelic. | Sem. seselios, ana 3ij. |
| Zedoar. ana 3ij. | Tertia. |
| arist. O. | Succ. liquirit. 3ij. |
| Cardopat. | Asphalt. 3 <i>lb.</i> |
| dic̄tann. alb. | Acac. |
| Gentian. | Hypocistidis ana 3ij. |
| Imperator. | Oliban. in gran. 3 <i>lb.</i> |
| petalitidis. | Sagapen. |
| pimpinell. | Sandarach. ana 3j. |
| serpentar. | Galban. |
| scorzon. | Mastich. |
| succis. | Opoponac. ana 3 <i>lb.</i> |
| Tomentill. | Camphor. 3ij. |
| Valerian. | <i>Classis Quarta.</i> |
| Vincetox. ana 3ij. | Terr. sigill. 3 <i>lb.</i> |
| Agaric. | Gumm. Arabic. 3j. |
| aristol. long. | C. Cerv. phil. ppt. 3j. |
| asari. | <i>Quinta.</i> |
| Cyperi. O. | Ol. Nuc. Mosch. express. 3ij. |
| contrajerv. ana 3j. | Resin. Styrac. 3j. |
| -cruciat. | <i>Sexta.</i> |
| Enul. camp. | Ol. stillat. Cariophyll. 3 <i>lb.</i> |
| Irid. florent. | succin. 3 <i>lb.</i> |
| meu. | Terebinth. 3 <i>lb.</i> |
| pentaphyll. | Vitriol. correct. 3j. |
| phu post. | <i>Septima.</i> |
| rhabarb. ana 3j. | Balsam. Peruvian. 3ij. |
| Semin. Nap. Sylvest. | Contusis contundendis omnia l.a.mī- scentur, per minima conjunguntur, & in massam rediguntur; hac ex massa extra- hitur beneficio menstrui Quinta Essen- tia, quæ inspissata cum sequentibus pre- tiosis iterum miscetur. |
| Carduib. | ¶ Serpent. ppt. 3vj. |
| citr. ana 3ij. | Corall. |
| dauc. Cretic. | Matt. perlar. |
| nasturt. | Ocul. Canc. |
| hyperic. | perlat. orient. à philos. pp. 3 <i>lb.</i> |
| Rut. | Chrysolite. |
| nasturt. alb. | Granat. |
| Aquileg. | |
| Amcos. | |
| Amom. racemos. | |
| anis. torrefact. | |
| fenic. cretic. | |
| petrosglin. | |

Hy-

- Hyacinth.
Rubin.
Smaragd. a. l. a. ppt. 3ij.
Lap. Bezoard. Orient.
Occident. a. 3iij.
C. alc. Philosoph. pp.
Off. de C. Cerv. philosoph. ppt.
Terr. sigill. Silesiac.
Turcic.
Unicorn. fossil.
ver. a 3iij.
Sal. Corall.
Matr. Perlar.
Oc. cancer.
Perlar. Orient.
Bezoard. animal.
Mineral.
Galred. C. Cerv. a. 3ij.
Ambr. Gryf.
liquid. a. 3j.

Ad horum omnium præparationē extractionem & mixtionem singularis non solū requiritur pharmacopœi industria. Verum rara etiam in operando quædam dexteritas & scientia. Quia industria simul & scientia bis præparatam vidi theriacam hanc cœl. à Dn. If. Herao, Pharmacop. Hanov. Aulic. & Chymico expertissimo.

CAPUT TERTIUM.

Depredicat Vires.

Inventores eam multis & rectè quidē extollunt Encomiis. Audiamus Quero. & Greiffum. Ejus effectus inquiunt sunt cœlestes & divini, contra omnia cujuscūque generis venena & affectus pestiferos, contagiosos, deploratos & incurabiles. Est antidotus universalis roborans, venenis resistens, fluxus iñoderatos cohibens, dolores mitigans, morbosq; deploratos & ferè incurabiles propellens, estq; instar Panacæ, cum yix in tota Republ. Med. dari

poteſt medicamentū, quod in tam parva quantitate tam citò, tutò & minori cum molestia operetur, quodq; omni ætati, se- zui & complexioni conveniat, inque o- minibus morbis præmissis præmittendis ſecurè affumi & adhiberi poſit.

Suum his addit calculum Colleg. Stu- gardian. his verbis: Est confortativū, ubi ſc. vires tam vitales quam animales aut naturales vel à malignitate vel fervore aut acrimonia humorū aut vaporum yctetiā à animis evacuationibus vim patiuntur.

Quand à ses effeſt & operation (habē- tur verba in tractatu Gallico) Elles ſont fi nobles & ſi excellentes, quelles tuy ont acquis le precieux nom de theriaque cœleſte. C'est une medicine universelle contre tout poison, qui puiffe tuer les hommes, & les dispositions, venimeuses, qui s'engendrent dans le corps; Somme contre toute maladieſ incurables plus qu'aucun remede, qui jamais ait été inventé.

Ego ſancte teſtari poſſum, me ejus vites ſemper deprehendifſe potentes in ventri- culi languore, vomitu, anorexia, cholera, fluxu alvi, colica, hysterica paſſione, ſcorbuto, hydrope, melancholia hypochondr. catameniorum fluxu mimio, calculo tam renum quam vesicæ, podagra, catarrhis & quibusvis defluxionibus, cordis palpita- tionē, vertigine, apoplexia, memoria debilitate, febribus malignis & pestilentia- libus, variolis, morbillis & quibusvis do- loribus, ſive à cauſa interna ſive externa ſubortis: quod variis confirmare poſſum obſervationib; quarum aliquot caput quintum exhibebit.

CAPUT QUARTUM.

Docet utendi modum.

L Atet in humana mēte cœlitus ei cre- ditus nescio quis veritatis cognoscen-

o dæ

dæ igniculus, inquit magnus ille operum Dei admirator & naturæ strenuus indagator *Kircherus in Mundo suo Subterraneo*: addo ego artem medicam excolendæ & perficiendæ, quo semel incensa, agitataque nulla quiete frui posse videtur, donec ad id, ad quod tanto fertur desiderio, tandem pertingat. Vidimus signiculum hunc in *Greiffo*, qui postquam legerat apud *Quercetanum* Theriacæ cœlestis rudem adumbrationem, nullis percit sumptibus, nullis etiam laboribus, donec tandem indefinitam ferè virtutem è magna extraxerit mole, eamque unitam in corpus parvum redegerit, in solius Dei gloriam & salutem ærorum.

Sane tum venena tum medicamenta à compedibus & vinculis liberata, sub forma halitus vel sensam fugientium atomorū admirandos edere effectus, nemo ibit inficias. Hinc unum purgantis granum sæpe sufficit pro toto expurgando corpore: thuris manna accensa fumat longissimè: pulveris pyrii granum violentia ignis dilatatum occupat spatum centies vicies millies majus, vide prolixius de vi illa expansiva agentē Cl. Pechlingum. Illustris Boyle experimento probat, Mercurii sublimati granum solutum inficere austeritate sua aliquot heminas aquarum, quod & Colocynthis præstat. Hoc non advertentes nonnulli, similes effectus, à sola vi expansiā ortos, tribuerunt qualitatibus occultis, tam in explicandis medicamentorum qualitatibus, quam in denominandis causis morbificis, qui error ipsis condonandus, modo errorem agnoscerent, nec tantâ temeritate & contumacia necoticorum claris & perspicuis principiis omnē ponere obiegit, extremā etiam impenderent operā,

Sed revertor ad propositum. Reperiuntur sane virulentissimi serpentes, qui solo subtili Toxico referti vel distantes insciunt, unde aspides solo flatu siderant. Novi ego unum ex nostris (*sunt verba magni Kircheri*) qui cum aspidem in arbore sedentem percuteret, ille solo halitu ita percutientem intoxicatebat, ut fide ratione quadam toto triennio immobilem redderet, ex qua postmodum occubuit, fuit & alius, qui serpentem cum incaute calcasset, paulo post paralysi vel potius apoplexia interierit. Et inter medicamenta, non vulgari sed sublimiori parata modo, quid præstent quintæ illæ essentiaz, salia volatilia oleosa, corpore terrestri exuta, videre est vel in solo illo salis armoniaci spiritu volatili tam salso quam acido, i.e. parato & in aliis plurimis.

Similem essentiam vinculo suo libera tam & in theriaca cœlesti unitam descripsimus hactenus, cuius operationes quare in parva dosi sint tam nobiles & celebres facile ex antedictis de natura venenorum & medicamentorum volatiliū intelligere poterit, qui saltē primis labris degustavit principiorum nostrorum dulcedinem: Quamvis enim medicamenta chymica sæpius in exigua etiam exhibeantur dosi, tamen non tutò operantur, quod agnovit Nobilis ille Gallus, Tom. 1. Epist. p. 41. Quantumvis inquiens longa experientia illorum vires comprobatae fuerint, tamen vel minima in earum præparatione etiam cum optimè fieri creditur, variatio potest illorum qualitates ita immutare, ut non remedia sint, sed venena.

Si hujus Greiffianæ theriacæ ingredientia consideremus, admiramur Dei T. O. Maximi infinitam misericordiam,

&

& benignam Naturæ liberalitatem, videmus quomodo venenum unum alteri sit venenum, & quomodo venenum veneno sit remeditum. Recordor huc, quæ olim legi apud prælaudatum Kircherum. Vidi ego, inquit, pharmacopœum Erfurti in Thuringia, qui omnis generis serpentes vivos in usum medicum destinatos sibi compararat, & cum eos conchæ impositos incautius tractaret, ab uno eorum morsu inficto, statim membro leso intumuit, deinde ex serpentis veneno totius corporis veluti sideratione percussus, tremuit: Et cum medicis advocatis nullum non antidotorum genus illi præbitum fuisset sine illo profectu, tandem inter cœteros peritior physicus infirmum rogavit: quinam existimandi serpentibus ipsum momordisset, dixit aspidem: hanc itaque coctam, & carnem præparatam ei comedendam dedere, viꝝ dum sumperat, cum ecce statim melius sentire cœpit, & continuato illo cibo per diem integrum, tandem perfectè convalescit. Admiratione sane hæc sunt digna, & auderemus horum omnium manifesta reddere causam, si esset argumentum hujus loci: Videat interim curiosus lector *Artem magneticam Experientissimi Patris Kircheri*, & librum cuius titulus: *Offenbahrung Göttlicher Majestät Nobis iam sufficit nosse*, ibi esse medicamentum, ubi morbus. Siquidem divinæ bonitatis immensitas illud ita prævidit, & sagax natura ubique locorum indemnitati hominum consuluit, eidemque appropriatum medicamentum deesse noluit.

Exhibitentur autem hujus Panacea tum præservationis tum curationis gratia grana tria vel quatuor contra quævis ve-

nena & omnes affectus antea indicatos in forma pilulari vel in syrupo aliquo. Cujus dosin securè ad D. usque morbo sic exigente augere potes, quod proprio didici exemplo.

Nec ponderis hic quid per se fert præjudicium, sufficere posse autem tantum theriacam vulgarem, & cœlesti illa non opus esse, cum vulgaris, quod notari velim, in multis morbis mihi sit suspectus, neque mihi solum, sed & Praeceptor meo Galeno, narranti *l. de theriaca ad Pisonem*: puerum ex vulgaris theriacæ assumptione eadem adhuc nocte obiisse: hinc Hispani facti cautores raro theriacam vulgarem in usum vocant, ejus loco substituentes Smaragdinam, cuius descriptionem tradit *Zacutus Lusitanus* & Archistar *Bavarus Thirmairius in suis consiliis p. 28.* sed cohibendus hic est calamus, & ad caput quintum transversum, adducens

Autopsiam.

Caput quintum & ultimum.

I.

Trium annorum filiolus à primæ nativitate languidus patiebatur per aliquot menses Anno 1668. fluxum alvi colliquativum, quo ita extenuabatur, ut caro vix ossibus hæreret. Tentabantur generosa artis nostræ remedia, sine ullo tamen successu. Res omnibus videbatur conclamata, ast summum periculum dirigeant sic Deo optimū mihi suggestit consilium, incidi enim in theriacam cœlestem recenter tunc dispensatam, & mœstissimis Parentibus remonstravi, etiam in casibus desperatis nunquam ægros relinquendos esse sine auxilio: Exhibui itaque grana duo theriacæ Greiffia-

næ in sirupo corallorum, nox quæ subfequebatur erat placida, vomitus etiam & alvi fluxus rariores. Successus ille fortunatus erexit animum, ita ut sequenti die eandem repeterem dosin, non neglectis interim externis confortantibus, unde factum est, ut marasmo jam consumtus integræ per Dei gratiam fuerit restitutus sanitati, mortisque jam dentibus ringentis eruptus fauibus. Vivit in hunc usque diem, quo hæc scribo, cum plurimorum admiratione, qui tunc ipsum in deplorato illo statu viderunt, Puer bonæ indolis & spei.

2. Monuit Helmontius; in calculi curatione & quidem ipso in paroxysmo plus damni inferre diuretica, quam emolumenti: adeoque ante omnia videndum esse, ut spasmos, unica doloris illius exquisiti causa in ureteribus tollatur, quod anodynus optimè fieri jam dudum expertus sum. Nobilis matrona calculo rennum saepius afficta, vehementissimos patiebatur dolores nephriticos cum vomitu & animi deliquio. Vocatus tres dedi pilulas theriacæ cœlestis, supervenit paucio post somnus, & cum media nocte evigilaret, sensit urinæ stimulum, quâ excretâ, alleviatam fese dicebat, domestici inspicientes matulam, invenerunt calulum, nucem avellanam magnitudine æquamentem, quem mihi mane redeunti hilari animo & grata manu monstrabat restituta ægra.

3. Vir 30. annorum podagricus patiebatur plerunque ante paroxysmum cardialgiæ & difficilem respirationem: post translata ad artus remotiores materia vehementiores sentiebat arthritidis dolores: Suas meo sumis grana tria theriacæ.

cœlestis, quibus natura confortata criticam moliebatur excretionem per urinâ, quæ per triduum erat crassa & atramenti instar nigra. Ita ut b. evi ab omni liberatus dolore integrè reconvaluerit.

4. Ante abitum à meis Hanoviensibus vocabar ad illustrem quandam personam hysterico affectui obnoxiam, præsertim instantibus & fluentibus mensibus, qui inordinato suo & nimio fluxu jam duduagram debilitarant. Ut autem sanguis ad meliorem rediret consistentian, inordinata illa effervescientia sedarentur, vapores etiam acres discutentur, usq; est me consulente theriacæ cœlesti, cuius prosperrum effectum primis statim diebus Domino marito & mihi depraedavit.

Possim plures allegare observationes, sed, ne multa dicendo semper idem dicâ, finem imponam. Dco T. O. M. gratias ago quam maximas, quod arcana hoc per multa secula absconditum fidelibus suis servis revelare voluerit, ut habeamus, quo in gravissimis etiam morbis vim mortis si non declinare saltem mitigare possumus, non nescii contra vim mortis non esse medicamentum in hortis. Concludo cum Philosopho Christiano, dicente: Quanquam firma fruamur valitudine, debemus tamen, quoties opus fuerit, parati esse ad mortem animosè obsecundâ, quia quolibet momentato intervenire potest, nec quicquam agere possumus, quod illam fortasie afferre non possit. Si frustum panis comedamus, forsan venenatum erit, si per plateas incedamus, forsan later è tecto decidens nos obruct. Sic inter cluq; abiles vivimus casus.

DISPU-

DISPUTATIO XII.
I. N. f.
DE
CURA LACTIS, PODAGRICO-
RUM SOLATIO,
Et
CERTO PODAGRÆ REMEDIO.

RESPONDENTE

LUDOVICO CONRADÒ JACOBI,
Giessâ-Hasso.

CAP. I.

Agit de Podagræ causis.

Podagra est quidem morbus generosus, sed gravissimus & molestissimus stipatus symptomatis; Pauperum præterit tabernas, & magnatum pulsat fores, neque inter arma sileat, sed Martis æquæ ac Musaram sequitur castra. Plurimis nostro hoc seculo innotuit, quia varia innotuerunt luxuriæ genera. Tantum enim abest, ut ejus immanis dolor & saevities multorum refrænet diætae errores, ut potius magis magisque laxatis habenis & induciis subdolè concessis eos in servanda diæta reddat negligentiores. Quod verò dolor podagricus sit

omnium vehementissimus, id arguere licet, tum à causæ evidentia, tum partis affectæ sensu exquisito: ipsi etiam ægrorum ejulatus & querelæ non leve de vehementissimo dolore perhibent testimonium; unde Medicus quidam, podagricum accedens, & ubinam dolebat ex ipso quærens, graviter reprehensus fuit ab ægro: quæris tu adhuc, inquit, ubi doleam? quare ubi no[n] doleam.

Notandum tamen hic in principio, nos non curare curiosas verborum divisiones, & varias eorundem acceptiones; quoniam verba rebus, & nomes verbis inservire debent, ut loquitur illustris Angliae Cancellarius *Baco de Verulamio*. Hinc quamvis Podagra in specie quidem

significet dolorem pedum, ut chiragra manuum, & gonagra genuum: Nihilominus usus ita obtinuit, ut pro arthritide & contractura frequentissimè sumatur, ita ut Germanis etiam nihil usitatus sit quam *Er hat das Podagra*; sive dolor postmodum sit in manibus, sive pedibus, sive alibi. Ab excellentia etiam dicitur *der Reichen Leut Krankheit*. Itaque ius hoc sumendi verba nostrò pro lubitu nobis semper resetyamus, in foro medico haec tenus usitatum: quo jure etiam dentium dolor à nonnullis vocatur dentium podagra, & Pleuritis Podagra lateris.

Causa hujus morbi est lympha acrior, eaque vel tenuis vel crassa, sive & tenuis & crassa. Hæc particulis suis minimis poros partium membranosalium permeans, tales infert punctiones summiè dolorificas, cosique destruendo vitiatam inducit membris figuram, ut prælixius docent *Barbette & Regius*.

Salia hoc in morbo prædominari vel ex solo illo molestissimo pruritu, in parte detumente declinante jam paroxismo percepto, patet, qualem sæpiissimè in pluribus observavi. Quoniam sal volatile humoris serosi, ibidem insensibiliter evanescens, cutaneas partes lacerat; sale interim fixo, una cum crassiore ac pituitoso humore, qui discuti non poterat, in tophos abeuntes.

Cl. Willis causam hujus morbi dicit esse succos quosdam fermentativos, ex quorum lucu & effervescentia fibrarum nervearum vellicationes dolorificæ exoriantur. Materiam hanc salinam deponere sanguine, recrementa vero acetosa è

liquore nervos turgescente in eundem focum & mineram demitti, plurimis & quidem solidis defendit rationibus.

Illa sanguinis & nervosi liquoris (juxta Celeberrimum *Willisum*, Anglie decus & alterum Hippocratem) intemperies acri, tartarea & volatilis inducitur ab excessu vel defectu sex rerum non naturalium; ubi in scenam prodeunt tres jurati humani generis hostes; Bacchus, Venus & Ira, Temulentus enim Bacchus, & Ceres liberalior, obstetricante Ira, infelici gerant conjugio abortivam prolem *Podagrum*.

Bacchus der Vatter/ Venus die Mutter/ Ira die Heb-Amm/ Zeugen Podagram.
Et: *Ennius ipse pater, dum pocula siccæ iniqua,*

Hoc vicio tales fertur meruisse do-
lores.

Calcar suum addit Venus, conjunctissima Bacchi & Cereris articulifraga Soror: nam solvilumbavencere, solvilumboque Baccho, creata est solvilumba chiragra, ut Venus enervat vires, siccopia vini Et tentat gressus, debilitatque pedes.

Idem malum sæpiissimè experiuntur Senes recenter maritati. Vir 70. annorum viduus tertium inibat cum juvencula conjugium, videbatur strenuus, & in bello non inexpertus. Alterum dixisses Achillem, si verbis semper & vanis ostentationibus habenda fides. Vix obsidio ne facta de expugnato oppido triumphū canebat; sed ante victoriam. Non dum integer erat mensis, & artuum imbecilli-

itate

tate correptus albo podagricorum inscribatur, suæque stultitiae luebat poenas. Juvencula ipsum monens, ut præstaret præstanta, & fidem datam liberaret, cum videret ipsum oleum & operam perdidisse, sibi ipsi illicita quærabat remedia; unde senex noster ex Achille factus per metamorphosin Aetæon mente & corpore simul torquebatur, & quoties in cornu ferebat fœnum, toties novum etiâ persentiebat incommodum, donec superveniente morte ab onere illo liberaretur: edoctus ante obitum: in tali tales capi flumine pisces..

Dantur tamen aliæ etiam Podagræ causæ. Alii talem diathesin per hæreditatem contrahunt, & novi ego homines temperatissimos, qui nihilominus vehementissimis Podagræ insultibus sunt obnoxii. Quoniā hic morbus sèpissimè, dat veniam corvis, vexat censura columbas.

Prodit ex fato podagra, *inquit author podagræ politica*, ex nativis nempe & inevitabilibus principiis, & id vel ex primæva articulorum molliori, ac laxiori strætura, quæ facilè excrementa suscipiunt: vel ex paterno semine. Multi qui cælibē vitam ac inopem in cœnobiosis ducunt, podagræ molestantur, quorum ego plures etiam ex religiosissimis & castissimis vidi. Unde constat ab aliis etiam causis morbum hunc produci: ut ab incommodo alimento, ab importuno frigore, ab intempestivo ac immoderato motu.

Multum contribuit temperamentum calidum & siccum, acrum & mordaciū humorum ferax. Multi viri honestissimi & celeberrimi laboribus, curis indefessis, aeris & temporis injuria aliisque variis casibus nacti sunt articulos laxiores,

molliores, adeoque imbecilliores, in quos postmodum lympha acrion se exonerat, cuius motum promovent quam facillime Animæ passiones, ut quotidiana testatur experientia.

Partem mandantem esse cerebrū probant *Fernelius de part. morbis & symptomat* & *Carolus Piso in celeberrimo suo de morbis ex illuvie serosa ortis tractatu, lectu* *Erelectu dignissimo*: quarum opinionum veritas apodicticè ex fundamentis Cartesianis & Willianianis facilè demonstrari posset. Nihilominus redarguitur *Fernelius à Riverio*, quod à solo capite humores defluere contendat: *Sennertus* verò, quod neget, à capite humores in articulos defluere posse; certo enim certius est, quoties caput aeris frigido exponatur, toties copiosam fieri urinæ excretionem, & dari febres catarrhales nemo ibit inficias.

Hippocratis nostri effata: Eunuchi podagra non laborant: Puer podagra nō laborat ante veneris usum: Nec mulier nisi menstrua deficiant; hodierno tempore veritate exciderunt: dum luxurias puerorum & mulierum Hippocratem fecit mendacem: quibus motus *Gordonius* in suo lilio medicinæ particularis in hæc erumpit verba: Summatim aliter vadit negotium, quia & Eunuchi & mulieres, & omnis sexus, & omnis ætas propter malum regimen podagrizant. Eunuchos quod attinet, scribit *Celeber. Medicus Dn. D. Paul. Sorbait. p. 743. medic. pract. tr. b. c. b.* Ii etiam forsitan tempore Hippocratis ob victus temperantiam podagra non laborabant, jam verò ob vini, & imaginariū non raro veneris usum, summaque nervorum fatigationem, ut nobis.

nobis quandoque fassi sunt, podagra sacerdos laborant.

Quareverò mulieres siant arthriticæ? prolixius explicat Seneca l. 15. Epist. 91. inquiens: *Immunes erant ab istis malis, quod nondum se deliciis solverant, qui sibi imperabant sibi ministrabant, corpora operare ac verò labore durabant, aut cursu defatigati, aut venatu: Excipiebat illos cibis, qui nisi esurientibus placere non poterat: Itaq; nihil opus erat tam magna medicorum suppellectile, nec tot ferramentis atque piscidibus, simplex erat ex simplici causa: valentudo, multos morbos multa fecerunt; vide quantum rerum per unam gualam transierat permiserat luxuria, terrarum marisque vastatrix, &c. & paulo post: Maximus ille Medicorum & hujusmodi scientia conditor feminis nec capillos defuerere dixit, nec pedes laborare; atque etiam capillis destituantur & pedibus egra sunt, non mutata foeminarum natura, sed vita est, nam cum virorum licenciam & quaverint, corporum quoq; virilium vita & quaverunt, non minus pervigilant, non minus potant, & oleo & mero viros provocant, aque invitis ingestâ visceribus per os reddunt, & vinum omno vomitu remittunt, aque nivem rodunt, solatium stomachi astuantis, libidine verò nec maribus quidem cedunt patinata, di illas, de cù maie perdant, adeo perversum cum mente genus impudicitia viros inuenit; quid ergo mirandum est, maximum medicorum & natura peritisimum in mendacio prehendi; cum tot foeminae podagræ calvæq; sint? beneficium sexus suis vitiis perdidérunt, & quia foeminae exuerunt, damnatae sunt morbis virilibus. Hæc Seneca Philolophus; nostrum erit honestius de illo sexu sentire, neque o-*

mnibus imputare, quod forsan tempore Seneca una vel altera non satis prudens commiserit.

CAP. II.

Premittit nonnulla de ejus CURA-
tione.

Curatio non est impossibilis, si ægri medicum intelligentem fuerint na-
cti. Est tamen difficultis & multarum fraudum ferax, ut quotidie experimur: Est enim novus quidam acquirendi o-
pes modus, jactare curationem podagras. Exempla sunt quidem odiosa, satis ta-
men nota. Nonne quamplures suis rechi-
etiis professionibus imposturæ huic dedere operam? quo successu, multi ægræ
suo experti sunt damno. Nonnulli etiam pastores, quibus vile fuit Christi ovile,
sua relicta statione, illotis in artem medici-
cam involarunt manibus. Inter hos ante plures annos innotuit impostor ille cum suo Azoth, cuius impostura à doctissi-
mis viris detecta & orbi eruditio ostensa est. Ante annum & quod excurrit simili-
lis stationis sua desertor ventus Hanoviæ,
podagra & multorum incurabiliu mor-
borum jactans curationem, nomine Wetter, Bremensis: Num verò suis ste-
terit promissis, testabuntur illi, qui ejus curæ interfuerunt; quantum ego quidem
scio, ne unicus fuit curatus, vel securè saltem alleviatus.

Optimum omnium remedium videtur abstinentia sobria, & abstinentis sobrietas: Abstine & efficies, quod medicina nequit, jubet lex Medicorum. Aliquos hoc modo curatos suis testantur histo-
riæ medicæ: Petrus Borellus cent. 3. observ.
11, nar-

rr. narrat: integrâ per annum ab omni potu abstinentia podagricum liberatum. *Petrus in sua Nosologia p. 234.* refert ex Valesco de Taranta, podagricum quendam, quotiescumque imminere paroxysmum sentiret, ab omni cibo & potu abstinentem solâ inedia fuisse liberatum, & centum annos vixisse. *Trincavellius* sequentem adferit historiam: novi, inquit, Medicum Venetum multis annis podagra divexatum, qui postquam quatuor annis vini potum sibi interdixisset, fiber à podagra usque ad mortem permanxit. Celeberrimus Viennensis Medicus *Paulus Sorbait.* in *Medic. pract.* pag. 741. meminit Canonici cuiusdam proiectæ artis arthritici, qui à Turcis in captivitatem ductus, durissime in summis laboribus habitus, paucissimo pane, & aqua nutritus, spatio quatuor annorum ita convaluit, ut redux nullam amplius fenserit podagrum. Sed curæ hæ sunt difficulter imitabiles; mallem ego à Galeno frequentes & ad animi deliquium *venaectiones & evacuationes* sufferre, quam illas experiri.

Quot capita tot sensus: sunt qui ad amuleta configuiunt, quorum magnetismo plus confidunt, quam universo medicorum ordini: fatendum equidem est, in verbis, herbis & lapidibus magnam latere virtutem, verum utrum morbus ex humoribus in corpore humano p. n. genitis, ortus amuleto aliisque vel præcaveri vel curari possit, de eo ego quidem valde dubito. Plurima amuleta mihi sunt suspecta, dum vel monstri quid alunt, vel fraudis & imposturæ plena sunt. In curandis febribus multi istiusmodi amuleto magnas acquisiverunt opes. Memo-

rati & risu digna est historia apud Clar. Medicum à *Guldenklee.* Ephorus quidam, inquit, ultra trimestre febri quartanâ laboraverat, cum ex commendatione Hospitis sui circumforancum quendam famosissimum consulueret: Is amuletum syndoni inclusum de collo ægri appendit, asleverans certissimum omnium febrium intermittentium esse remedium, si per dies novem gestetur, posteaq; in profluentem demergatur; Hic sanitati restitutus scire cupiens pentaculam efficacis compositionem, aperta capsula reperit membranulam, cui inscripta erant hæc verba: *Fett Fleisch gibt gute Suppen.* Sic nimurum mundus vult decipi. Sunt qui annulum ex *orio* coagulato factum recommendent: alii alia. Sed vanitas vanitatum.

Vienna Medicus *Judeus* magnam pecuniam copiam corrasit oleo antipodagrico, quod magnatibus pro arcane & magno precio vendidit; Tandem detecta fraude nihil aliud fuit quam oleum saponis Veneti, quod quidem in sistendis doloribus celebre est, sed vires ejus sunt hyperbolicas, ut notat *Hœferus.*

Quomodo miris casibus ejecta fuerit podagra hospitio, carnifacis tortura, terrore, ira & metu, recenset *Camerarius* in suis memorabilibus. Quomodo per transplantationem auferri possit, docet *Lefel. de podagra.* Crudelis quidem cura fuit à nebulone illo instituta, qui sex clavis ferreis podagrī pedes perfoderat & truncō ipsum affixerat, nihilominus eventus respondit yoto.

Polonus quidam religiosus Romā in patriam redux, Clar. *Tirmairio* sancte affirmavit, sc̄e aliosq; multos sequentibus

pilulis præservasse à paroxysmis podagrī-
cis; in tantum, ut consueta saltem munia,
etiam paroxysmorum tempore, obire
potuerint.

P.. Extr. Cochiar.

Trochisc. Alhandal.

Scammon. ana 9 iiij.

Extr. Turbith.

hellebor. nigr. ana 9 j. gr. v.

P.. Crem. Tart. 9 ij.

lign. Aloës.

lil. convall.

pceon. ana gr. v.

Tartar. ♂ lat. 9 j.

Ol. nuc. Moscat.

succin.

faly.

Rut.

anis. ana gr. iv.

Agu. Lang.

faly. ana q. f. M. f. pil. ex 9 j.

N. vj. deaurantur.

De his, tertia die, ante quodlibet no-
vilunium sumantur pilulæ duæ; duobus
verò diebus ante idem novilunium tres,
ac pridie tandem novilunii quatuor;
semper paulo ante cœnam.

Celeberrimus Crato trium Imperatorum Medicus sequentes pilulas arthriticas recommendat.

P.. Terebinth. Cypriac. 3 j.

Coque in aq. chamæpyth. donec albe-
scat, tunc adde

Rhabarb. psat. 3 vj.

iv. arthet.

succin. alb. ana 3 ij.

Ext. liquirit. 9 j. Mosc. f. Massa.

His addit aliud recipe:

Gedult und ein wenig schreyen;

Seynd die beste Arzneyen,

Fuere, qui unoquoq; mane propriam
biberunt urinam, non sine levamine :
quoniam latex urinæ salinus sanguinem
denuò pertransiens, particulas salino fi-
xas prius in articulos deferri solitas, se-
cum ad renes deduxit: quod remedium,
monente Cl. Willisio, subleyando affe-
ctum arthriticum auger nephriticum.
Sunt, qui magnis laudibus extractum
hellebori nigri decantent; quod non usq;
adeo tutuim esse testantur literæ Dn. D.
Cnöffelii, Medici in curanda podagra
solertissimi, ad pharmacopœum Geda-
nensem datæ.

Großg. Herz Placotome, Zeigeren:
dieses meinem vertrauten lieben Freunde/
hab ich ein laxirendes Säfflein geordnet
ex extracto Ellebori nigri; Nun weiß
der Herz/wie es mir neulich in Danzig
ergangen / da M. M. kurz nach einge-
nommenem Extract sein Leben geendet;
Als habe ich an den Herrn dieses Recept/
welchem ich seiner mir bewussten dexterit-
ät nach traue/remittiret, hoffende daß
sein extractum cum spiritu vini extrahi-
ret sey/ welches sicher ist/ wie ich auch
darum bitte/ daß es aus demselben ge-
macht werde/die Compositiones mit an-
dern Menstruis sind mir alle suspect.

Nonnè hæ sunt literæ Uria? Felix
quem faciunt aliena pericula cautum.

Extrinseca quod attinet antipodagri-
ca, Deum immortalem! quæ non affe-
runtur? Generali Tyllio in secretis fuit
sequens Emplastrum:

P.. Ol. olivarum 1b. j. 3 iij.

Cer. nov. 3 iij.

Balliat oleum, donec non amplius
strideat, addendo deinde ceram, qua li-
quefacta adde.

Lithar-

Lithargyrii Auri

argenti subtiliss. pulverisat. a. 3 iij

Bulliant modicè ad ignem , agitando & ducendo cum spatula , ad medictatem horæ unius, addendo postmodum

Cerusæ Venetæ 3 iij.

Lapid. Magnet. calcinat. 3 ij.

Misceantur tam diu ad ignem, donec nigrescat, removendo, ubi ad debitam consistentiam coctum fuerit, abigne, & ubi modicum quoq; refrixerit, addendo

Terebinth. opt. 3 ij.

Mittantur in aquam, & formetur lege artis ceratum. Illustrissimus & Excellensissimus Campi Mareschallus Vorsten John omaibus prætulit Emplastrum antipodagricum Timæi.

R. Ol. olivar. 3 viii.

Ceruf. Venet. alb. 3 iij.

Lithargyr. subtil. pulv. 3 iij.

Myrra. elest. 3 j.

Camphor. 3 ff. Mf. f.l.a. Emplastr.

Videt Lector benevolus meam sinceritatem, dum arcana fidelissimè communico. Olim illustrissimo S.R. & N.N. arthritico ordinavi Emplastrum cranii humani compositum mixtum cum Empl. Antipodagrico Dekeri in notis ad praxin Barbettianam, & quidem tanto successu, ut illud maluisset mille thaleris redimere, quam in paroxysmo eō carere, quod mihi sibi fassus est ; sed erant verba in paroxysmo extorsa mitigato dolore, mitiū etiam loquebatur, & me promissi immemor gratosē dimittebat, quamvis viliori pretio illud à me impretrare potuisset. Hujus Emplastrivires ego haec tenus semper deprehendi efficaces, quas malo supprimere, quam cum Empyriticis merces meas venales expondere.

Cum Pragæ & Viennæ vivetem, sumo pro secreto habitum fuit balneum quoddam , singulari modo præparandum : author ejus fuit D. D. Sorbait, Medicus Cæsarcus celeberrimus, quo ego Hanoviæ intra biduum pistorem vasorum è terra porcellana præparatorum, & alios à contractura totius corporis per Dei gratiam liberavi. Ejus descriptionem alibi traditurus sum.

Omnia hæc sua constant laude, sed famam non omnia sustinent, nec in totum à morbo liberant. Tutius & jucundius nostro hoc seculo innotuit remedium, lac vaccinum, novum quidem remedium & diu sopitum, nunc vero novo quasi amictu luci traditum. Hoc instituitur cura, ita ut nihil nisi merum lac per aliquot menses assumatur, interdicto omni cibo & potu; quo dolores arthritici temperantur, & magnum levamen etiam à deploratissimis persentitur, ut paulò post audiemus, præmissa lactis generatione & virtute.

CAP. III.

Docet lactis genealogiam & energiam.

LAc nomen suum à colore habet, qui Græcis λακτος dicitur, & definitur ; quod sit humor albus & dulcis è sanguine beneficio glandularum conglomeratum in mammis genitus.

Intricata est controversia, an ex chylo an verò ex sanguine generetur ? Prior opinio egregios habet patronos, ipsorum argumenta videri possunt apud Bartholinum, Mœbius, Schenkius & alios, Posterior non minus innititur plurimorum Cl. Medicorum rationibus & experienciis, & nobis arridet tam diu , donec ab altera parte solidiores videamus demon-

strationes. Notatu dignum est, Cl. Diemebrok liquore quodam sanguinem in lac convertere posse, quo solo etiam experimento omnia adversariorum corrunt argumenta, à lactis consistentia, colore & aliis qualitatibus, d'comptis.

Constituitur lac è tribus diversè planè naturæ partibus essentialibus: una est pinguis & oleosa, altera terrestris & limosa: Tertia ferosa seu mercurialis; quælibet pars suos proprios edit effectus: Pinguis ex qua butyrum fit, præservat à calculo, lubricitat alvum & dolores lenit, resistit etiam venenis, rigidas particulas oblinendo, & acres veneni moleculas inviscando. Hinc nonnulli ante prandium jejuno ventriculo sumunt butyrum, quo sepe præservent à veneno: quod factum fuisse ab illustri S. R. I. statu, qui omnium venenorū vim sic eludi posse cōfid. bat, sepe sapienti vidi. Pars limosa, ex qua fit caseus, confortat acidum ventriculi, adstringit, & podagricis externe applicata magnum adfert solatum: serum præter vim detergendi consolidandi & attemperandi alvi feces & urinam provocat, viscerum tollit obstrukções, sanat ipsorum exulcerationes & vitiosam sanguinis diathesin corrigit: Habet insuper vim alexipharmacam, quo nomine à Morbo in febribus malignis recommendatur.

Consentientem in hac lactisanatomia habemus Aristolelem, quando dicit: omne genus lactis habet in seum saniem dilutam quam serum, tum corpulentam quam caseum & butyrum appellamus.

Quibus vero in affectionibus conveniat, id Galenus docuit, dicens: illud convenire hæticis & marasmo consumptis, corrigere calidam viscerum intempe-

riem, abstergere parte scrofa, caseosa conglutinare, & reficere seu nutritre butyrosa.

Juxta Coum nocet caput dolentibus, in siti morbos & illorum murmuratione, vid. sect. 5. Hippocr. aph. 64.

Post lactis assumptionem super bibendum esse, probant vulgares illi Germanorum rhythmi:

Wer lang wil leben,

Der wasch die Milch von der Leber,
Ists nicht Bier oder Wein?
So laß das waschen seyn.

Lac tanti estimatur, ut multi credant, non solum omnia fieri ex lacte, sed omnia, etiam lacte nutritri, idque in triplici regno; in specie vero scribunt, metallorum nutricem lacteam esse, quia $\text{M}\ddot{\text{a}}$ caliginatus in caseositatem, sublimatus in butyositatem, destillatus vero in serositatem mutetur.

Cœl viam lacteam, vulgo die Milchstraße esse stellarum nutricem à nonnullis asseritur. Fabulantur enim Poëtae, Junonem Mercurio dedisse lac & postquam resciverit, eum Majæ esse filium, rejecto infante lactis profusis splendorem nobis adhuc in hunc usque diem intersidera apparere. Alii Herculem nimia aviditate lac appetiisse, lac vero ejus ore iterum excretum circulum illum lacteum signasse fingunt. Pythagorici viam hanc lacteam non tantum stellarum, sed & animalium nutricem esse, in scholis suis sedulò incularunt.

Lactis dignitatem confirmat S. Scriptura, quæ sapientissime lactis facit mentionem. Exod. c. 3. vidi afflictionem populi mei in Ægypto, inquit Jehovah, & clamorem ejus audivi propter duritatem eorum, qui præsunt opribus, &c. educam.

eam verò illum in terram bonam, in terram, quæ fluit lacte & melle.

Lac & Mel sub lingua tua *Cantic. 4.*

Ipse Salvator noster fuit lactatus à Maria. Neque enim fieri poterat, inquit *S. Hieronymus* ut quæ genuit masculū & erat puerpera, caro et lactis abundantia,

Quin imò lactis defectus inter poenas temporales refertur, *vid. c. 25. Ezechiel.* ubi Deus comminatur. Ecce ego tradam te filii orientalibus, ipsi comedent fruges tuas, & ipsi bibent lac tuum.

Lacte mores instillantur, ipsique inest specialissima proprietatis character, qui per lac foetui communicatur. Si enim lac ex sanguine, sanguis verò vita, & vita in anima, quid impediet, quo minus specialissimæ quædam proprietates ex sanguine in lac, & ex lacte in alitum emanent. Quām pessimè ergo consulunt illi liberis suis, qui illos meretricibus lactando tradunt, quarum lac est cloaca omnium flagitoriorum: Quām speciosas virtutes, inquit *Dn. Gresel Medicus Vienensis*, contrahent filii à tali aliqua nutrice exusta, & mercuriali fumo exsiccata, hospitalis S. Marci alumna: quam generosus spiritus in tali filio nutritio à lacte, in stabulo prope hircum & equos factò, generabitur?

Severiori tales parentes castigantur ferula ab *Aulo Gellio*, cuius verba lubet apponere, quid est enim hoc, inquit, contra naturam imperfetum ac dimidiatum matris g̃nus: peperisse ac statim à sc̃se abjecisse? alius in utero sanguine suo, nescio quid, quod non viderit? non alere nunc suo lacte, quod videat jam viventem? jam hominem? jam matris officia implorantem? an putas naturam fœ-

minis mammarum ubera quasi quosdam nevulos venustiores non liberorum alienorum, sed ornandi pectoris causa dedidisse; sic enim pleraque prodigiosæ illæ mulieres fontem illum sanctissimum corporis generis humani educatorem arefacere & extinguere cum periculo quoque aversi corruptique lactis laborant, tanquam pulchritudinis sibi insipitia devenuster.

His motus *S. Ambrosius* in illum texatum, quis annunciat Abrahæ, quod Sarra lactet filium? monet omnes foeminas, meminisse dignitatis suæ, & lactare filios suos.

Multi lacte vitam suam prorogarunt: Medicus Francofurtensis Phthisicus, suggens ubera, in plures annos vitam protraxit. *Plutarchus* refert de Sosistrato, nullo cibo & potu alio quam lacte per totius vitae curriculum vicitante. Novimus, inquit *Galenus*, senem quandam agricolam, qui amplius centum annis ruri egerat, huic plurimum nutrimenti fuit lac.

Quidni ergò poterit curare podagram? cum tot diversarum figurarum constet moleculis, quibus poris sanguinis, liquoris nervosi, partium membranofarum, imò totius corporis respondere, vitiatam sanguinis temperiem corrigeret, & ipsam partium lœsam conformatiōnem restituere possit. Putamus enim (salvo meliori iudicio) in particularum minimatum motu, situ & figura consistere calidum innatum, oriri ex his temperamentorum diversitatibus, morborum quoq; potestates in illis residere. Quibus principiis tantum absit, ut quenquam lœdere velimus, ut potius omnes ac singulos, ut meliora

suppeditent, amicè invitemus; licet enim liberè philosophari, preprimitis medicis, qui in philosophia, ubi lèpe bifrons videntur veritas, satis paradoxi sunt, quod tamen citra omnem contentionem fieri debet. Rectè sentit *Thomas Brovne in religione Medici scribens sect. 6.* Nusquam mihi ortum est cum aliquo dissidium propter opinionum discrepantiam, nec inimicitia suscepit, quod mecum in iis non sentiret, à quibus forsitan paulo post & ipse dissensurus sum.

CAP. IV.

Inculcat podagricis utendi & lac bibendi modum.

Johann Georg Greisel Medicus celeberrimus eruditissimum conscripsit tractatum de cura lactis, qui cum in paucorum sit manibus, opere pretium me faceturum confido, si ex hoc & aliis neotericis integrum curam præscribam.

Itaque 1. antequam hæc cura inchoetur, disponendus erit patiens, per quindecim dierum spatium exactissimam observans diætam, quo tempore pro evacuandis primis viis & disponendis visceribus, ad recipiendum convenienter hunc liquorem, sepius corpus expurgandum erit, & si corpus fuerit plethoricum, opportunum erit semel aut bis detrahere sanguinem ex venis brachii secundum corporis exigentiam.

2. Lac ea qualitate & bonitate debet esse præditum, ut eas conditiones explere possit, quæ necessariae sunt ad morbum expellendum; Eligitur ergo vacca media ætatis, boni habitus, coloris rubri aut nigri, nec præpinguis, nec tenera, nec prægnans, à tauto longè semota, nutrita

atur tempore hyemalí optimo fœno, hordeo, furfure frumenti, vel ejusdem palea, vel stramine: tempore aestivo herbis bonis, & locis siccioribus enscentibus, strigili quotidie instar educatur, pura fluyatilique aqua potetur, miscendo aliquando manipulum furfuri, aut farinæ fecalis recentis.

3. Quod quantitatem lactis attinet, hæc à ventriculi ipsius sensu assignatur, tantum igitur lactis bibere incipiat patiens, quantum ferre & concoquere possit ipsius ventriculus, semper tamen majoris, qua possit quantitatì assūscere conetur; igitur finitis illis diætæ dicatis diebus mane horis 4, aut 5, ante prandium incipiat bibere unciis sex ad decem, ad 18. ad 20. totidem uncias loco cœnæ bibat, dosin pede dentim augendo usque ad uncias quadraginta, aut eam quantitatem, quam ferre, & concoquere poterit ventriculus: Sunt qui prandium maximè primis diebus concedunt ex alimentis euchimis, & facilis concoctionis, ut gallinis, perdicibus, carne vitulina &c. sensim dosin minuendo, & paulatim cibos ex lacte, & ovis factos intermiscedo, tandem carne sublata ova & lacticinia substituendo, tandem & hæc tollendo, & loco prandii dictam dosin lactis præscribendo; ita ut ternis vicibus dosis dicta de die assumatur; quorum institutum omnino est laudabile, sed quia cujusque non est ad eam victus ratio in quantitate, idèo certa lex omnino præscribi non potest, sunt enim quibus ter in die dare non sufficit, iis ergo, quater sumi permititur bis cum pane, & ovo, vel sorbitiuncula, quæ fit ex lacte, & oriza vel farina orizæ vel hordeo mundato, & saccharo.

saccharo diverso modo paratis, & bis sine pane: Sunt alii, quos quater bibere oportet, alii quos bis tantum, & hi sunt quorum ventriculus est debilis, nam qui robustiores sunt, majorem quantitatem ferre possunt, & his terna sumptio sufficit, in quarum media panis albus loco prandii additur, aut ova recentia, aut condita per butyrum recens, otiza cum lacte cocta, vel tremor lactis & quæcunq; cum lacte parata, superbibendo denique haustum lactis loco alterius potus, quo autem pauciora heterogenea, & à lactis natura discedentia assumantur, eò minus timendæ sunt alterationes, in usu lactis obvenientes: quæomnia adstans medicus prudentissimo judicio pro diversitate accidentium disponere noverit.

4. Longitudo temporis lactis sumendi tam diu protrahi debet, quamdiu non omnis materia arthritidem causans è corpore exhalaverit, quod à diurnitate morbi est computandum, & ab observatis huic usque feliciter curis deinceps argendum: trimestris hæc tenus ordinaria fuit, oportunum autem lactis assumendi tempus judicatur esse vernum, & illud quidem à principio Maji usque ad finem Julii.

D. Jacob. Sachsis à Levvenhaim, Medicus, cum viveret, felicissimus de republica Medica optimè meritus, & amicus meus integerrimus, cuius obitum cum multis cordeteaus doleo, communicatum sibi à Generoso Barone methodum inseruit Tom. i. Ephem. Medic. German. pag. 315, sequentibus verbis.

1. Lac quod assumendum sit de rubra vel nigrâ vaccâ, nec prægnante nec seniore, optimum si haberi possit de

vacca, à qua vitulus jam sublatuſ est, & quæ Taurum rursus non admisit.

2. Lac unicuique bibendum secundum complexionem & constitutionem ventriculi parum vel multum: Si ventriculus debilis, quater vel quinques per diem lac bibendum. Si quinques, ita tempus dividendum, ut per trihorium ab ejus usu ventriculus quiescat: si quater, singulis quaternis horis potus lactis repetendus erit. Ipse ter tantum bibo, nimirum mane circa 6. à meridie circa 12. & vesperi circa 7. singulis vicibus 2. quartarios, sive Libr. vñ. ad minimum aliás per diem 7. vel 8. quartarii bibendi sunt.

3. Antequam lactis cura suscipiatur, bis vel ter corpus evanquandum est, quod intra 10. vel 14. dies peragendum: purgationes secundum complexionem ægræ dirigendæ;

4. Inde lacte bibendo fit initium, & consultius, ut calide hauriatur, prout à vacca est emulctum.

5. Né concrescat lac, de saccharo, si lubet, poterit injicere, quantum placet.

6. Si alvus constipata, manè sumantur gran. 20. Rhei pulv. in primo hausto lactis, superbibendo reliquum lac, aut circa vesperam sumantur 8. vel 10. gran. Essent: rhabarb. cum lacte, & hoc toties repetendum, quoties necessitas requirit.

7. Quidam, præcipue intra primas 10. vel 12. septimanas singulis mensibus lenem interponant purgationem, si videatur esse necessarium: Si etenim alvus quotidie aperta, nec lac in ventre moratur, sufficere poterit Rhabarb.

8. Si lac aliquam excitet diarrhœam, antequam bibatur, parum ebulliat, ad dendo,

dendo aliquid salis, & sic calidum hauriatur, si prima vice non succedat, repeatatur altera vel tertia.

9. Si aliquis calor accedit ex usu lactis, tertia pars decoct. hord. cum passulis lacti affundatur.

10. Si sitis extra eas horas, in quibus lac bibitur, decoctum hordei cum passulis fumatur, aut in ejus defectu haustus aquæ frigidæ fontanæ.

11. Durante hoc lactis potu nulli alii cibi assumendi sunt, præsertim in principio.

12. Postea si libeat, circa meridiem panis similagin. 3j. vel ij. sed saltē de medulla assumantur quæ lacti immingerantur & simul comedantur. Si lac jam per aliquot septimanas haustum, bis per septimanam ovum forabile, sed absque sale, cum pane similagineo conceditur. A pane fermento subacto penitus abstinentium, ne lac in ventriculo in caseum degeneret.

13. Si lac per 14. septimanas adhibitum fuerit, tunc securius de sequentibus cibis assumi poterit, ita tamen, ne ventriculus obruat & de lacte subtrahatur.

14. Ex cibis itaq; conceduntur oryza in lacte cocta, oua forbilia, aut in butyro insalito frixa, insulsum butyrum cum pane similagineo, pultes lacteæ & alia lacticinia, ita tamen ut in omnibus sal ab sit.

15. Per estate vacce, quæ lac suppeditant, in optimis pascuis & siccioribus locis non paludinosis alendæ; per hiemem ex sceno, stramine tritici, & furfuribus triticis.

16. Tempus, quamdiu lac adhibendum, exactè definiri nequit, quo diutius hau-

ritur, eo perfectior cura; sunt qui podagra valde afficti, ne malum redeat, continuò, alii per annum, alii per annum & sesqui annum, lac hauserunt. Quidam per dimidium annum curam lacteam adhibentes, cum ad pristinum redierint vietum, & in eo miscellæ ciborum excederent, rursus podagra fuerunt corrupti; redeentes vero ad curam lacteam, podagram rursus expulerunt.

CAP. V.

Adducit Testimonia Cl. Virorum: Et nonnulla adhuc observata digna monet.

Quoniam vero non indifferenter haec cura omnibus applicanda, nec lac temper & omni arthritidi conveniat, quod iam dudum Cous noster monuit 3. aph. 6. Lac caput dolentibus, febri cantibus, illa suspensa murmurantia habentibus, siticulosis, in febribus acutis, biliosas dejectiones habentibus, & quibus sanguinis multi dejectio facta est, malum est, omnes circumstantiae probè erunt considerande, & viscerum temperies, ventriculi præprimis, intestinorum & hepatis accuratè examinande, ut patet ex judicio Exc. Romani Medici Gabrieли Fonsecæ, Innocentii X. & successorum Pontificum Archiatri, cuius literas hic apponam.

L'approbatione di Fonseca.

Ho visto & letto questa maniera di pigliare il latte per sanar la gotta, alla maniera non occorre aggiungere altro, perche la trouo effattamente descritta, solo resta d'essaminar & considerar bene, à chi convenga pigliar il Latte, & à questo rispondo, che se la podagra proveniene d'una causa ô materia biliosa, tenue & calida, che provenga dall' eccessivo calor

Talor del hépate, pigliar il Latte di vacca
d' d'asina sia buono per 40. giorni conti-
nui, finita la qual cura, si può con buona
dicta ritornar al viver ordinatio, mentre
sia moderato: ma se la podagra procede
d'una causa fredda o d'una destillatione
della testa, non mi pare, ch'il latte sia
convenevole à quella complessione.

Neque movent nos difficultates ali-
quot, quæ videntur lactis curam reddere
subinde periculōsam, quarum mentionē
etiam facit Cl. Thirmair p. 49. Inappa-
tentia scil. periculū, & morbus magnus:
omnia enim illa symptomata, & graviora
adhuc, prudentia medici declinari, & si
non evitari, tamen corrigi possunt, ob-
servatis his, quæ capite præcedente in-
tuimus.

Accedunt testimonia Cl. Virorum,
quibus multos usu lactis integrè conva-
luistis probatar. Testantur id Medici
Lovanienes, Bruxellenses, Mediolanen-
ses, Romani & alii plurimi, inter cætera
referre placet fragmentum Epistolæ Par-
mæ ex Italia perscriptæ.

Weiter habe ich etwas mehr neues /
das dem Herrn wird lieb seyn / und ein
grosses Interesse eintragen. Vor 4.
Monaten ist einem Patri Ord. S. Bened.
ein Recept aus Niederland kommen/vors
Podagra / seines Alters über 70. Jähz /
welcher sich nicht rühren oder wenden kön-
te / drey Monat lang gebräucht er dassel-
bige Recept / ist erlebiget worden von al-
len Schmerzen / kan schon gehen und
alle seine Glieder rühren; Dieses Recept
hat er communicirt dem alten Conte Si-
monetta, welcher fünf Jahr lang auf
keinem Fuß stehen / weder sich rühren
können/nach Gebrauch desselbigen/könn

er jegund überall/und gehet hin wo er hin
wil/ vorgestern hat er von seiner Cur die-
ses alles zu Hofdes Herzogs erzehlet/ ist
sich gewiß zu verwundern / und scheinet
ein Miracul zu seyn/ er empfindet jese
keine Schmerzen auff der Welt mehr /
seine Finger die kürzelt seynd gewesen /
und durch das Podagra kürz worden /
Doctor Pomponio Sachi cu:iret ihn /
und brüngts auch zurecht. Weiter hat er
noch einen Pater zurecht gebracht / und
eine Frau zu Meiland. Auf die zehn
Cavalier seynd in zwey Monat durch
selbiges Recept zurecht gebracht wor-
den / &c.

Idem testantur celeberrimi Medici, Per-
illustris, Magnificus & Excellentiss. D.
Doctor Franchimont, Protomedicus Re-
gni Bohemæ, &c. D. Pobrezensky de Ni-
gro Ponte, Philos. & Medicinae Doctor,
ejusdemque Professor in Academia Pra-
genfi, & D. Beati, Practicus ibidem feli-
cissimus.

De Batone, qui capite præcedenti me-
thodum curatoriam communicarat Dn.
Sachso, scribit prælausatus Dn. Sach-
sius à Levvenhaim. Cum amore sanitatis
huic diæta severiori fæc obstrinxisset,
factum est, ut qui ante nec pedem, nec
manus mouere potuerit, adeò se viderit
immutatum hac lactea diæta, ut nunc u-
bique baculo incedere, equos ascendere,
venationibus interesse, manib⁹ cibos di-
videre, et alia munia ritè perfagere possit.

Colephonem labori nostro imponet
excell. Dn. Sorbait p. 741. inquiens: Nos
hac hominum ætate plures vidimus per
diatam lacteam esse ex totoliberatos, vel
saltē rarissimis & vix estimabilibus
vexari doloribus. Narravit mihi S. Cas.

Majest. Chirurgus Joannes Pilas, se à tribus jam annis, quibus se huic diæta emancipavit, eti frequentissimis ante torqueretur paroxysmis, ita ut in summa articulorum impotentia miserandū traheret spiritum, nullis omnino cruciari doloribus, imò facies est vividi coloris, expeditissimè ambulat, proles absque impedimento generat, ita ut renatus ex integro videatur. Similem ferè ex diæta hac fructum percepit Excellentissimus & Illustrissimus Comes de Königsegg/Cæs. Majest. Confiliarius intimus; item illustrissimus Comes de S. Hilario; item Cubicularius quidam Cæfareus. Plurimi itidem alii, qui alias summè erant flaccidi, ex lacteo hoc fonte refloruerunt.

Coronidis hoc notandum, podagricos ut plurimum mori ex eo, quod natura materiam podagricam ad partes externas expellere nequat: tunc oritur internorum viscerum phlegmonodis & inflammatio, cordis præprimis, hepatis & ventriculi, maximæ circa pectus sen-

tiuntur oppressiones cum subitanœ vicarium collapsu: tandem symptomatum agmen & vitæ portam elaudit singultus: hoc modo, C. notante celeberrimo Dom. Sorbait Princeps de Gontzaga & pluri- mi alii ē medio sublati sunt, & ante bienium Illustrissimus Comes Ysenburgicus, cuius lethali morbo unā cum Excellentissimo & Celeberrimo Dn. Doctore Geilfusio interfui. In tali casu iaudantur spirit. Theriac. Tinct. O. Tinct. Bezoard. D. Michaelis. Species diamargarit. frig. a. 3ij. ad 3j. in decoct. vel Tinct. polypod. exhibitæ, quas adeo extollit sèpius summo cum honore nominatus Dn. Sorbait, ut etiam scribat, pulv. verem hunc mira facere, quod non solùm in propria uxore, sed etiam in aliis plurimis sèpissimè sit expertus. Tali in casu exulent Narcotica.. Sapienti sat!

DEO sit laus & gloria.
in aeternum.

DISPUTATIO XIII. SCRUTINIUM PESTIS,

RESPONDENTE

JOH. RUDOLPHO NEUHUSIO,

H. Bernensi.

A. Ichova sit initium.

I.

Q Uà truculentia pestis plurimas Ger-

maniæ regiones peragrando depopule-
tur, quot urbes incolis horrenda strage
exhauiat, & quam omnibus circumja-
centibus hucusque ab ista perniciosa lue-
liberis

liberis metum atque horrorem incutiat, palam est: Omnes enim ad ejus mentionem pavescimus, nullus est quem formido non occupet, cum mors ipsa malorum appareat minimum iis quos ipsa invadit. Itaque in tempore de debellando ac à moenii arcendo astutissimo atque simul fortissimo hoc hoste consilium in eundem censui. Quibus itaque armis, quo valore, quibus confederatis & stratagematibus humano generi insidetur, illudque oppugnet, breviter inquiremus, ut eò melioribus ac maximè proportionatis armis instructi, ipsi resistere cumq; invadentem jugulare possimus.

II.

Pestis ergo, quam describere animus, est morbus Epidemicus, contagiosus, consistens in summa sanguinis turbatione per materiam aliquam subtilem malignam inducta, cum apparentia ex anthematum, anthracum, bubonum aliorumque symptomatum horrendo apparatu.

III.

Unde autem sit, & quomodo generatur materia illa maligna, primò inquirendum, ad quod pauca quædam ex physicis petenda. Notum est pro variatione figuræ particularum terrestrium eorumque compositione & conjunctione varia fieri interjacentia spatiola, quæ à materia tantum subtilissima occupari possunt; Quæ materia quia indefinite est figuræ in illis spatiolis concrescere & in parvas abire massulas facillimum est, quæ massulæ pro varia figura & magnitudine spatiolorum istorum variè etiam modificantur, qualcum etiam concretionem nobis descriptis Des Cartes in explicatio-

ne Phœnomenon magneticorum, quam vocat materiam striatam. *Part. III. Princ.* §. 88. Sed prout illa materia striata nascitur in spatiolis inter globulos cœlestes triangularibus: Ita hæc nostra in spatiolis particularum terrestrium, de qua vide eundem Authorem *Part. IV. Princ.* §. 185.

IV.

Quia autem unumquodque corpus sibi particularem habet talēm materiam magis vel minus cum poris aliorū corporum convenientem, variae antipathiae & sympathiae oriuntur; Illa autem cum qua nobis negotium, ita modificata est, ut minimè cum porulis & textura nostrī sanguinis conveniat, sed illum, si ipsi immisceatur omnimodè turbet & mollescas ejus planè destruat, unde maligna vocatur. Et pro majori gradu inconvenientia major & major etiam est gradus malignitatis.

V.

Non püttem autem illas massulas nudas & sine vehiculo, è telluris gremio vel undecunque tandem sint, nobis afflari, nec diu ita solas persistere posse, sed iisdem particulis talia spatiola intra se continentibus, quasi in sinu gestantur & hinc inde deferuntur; quæ si sanguini nostro, sive jam fiat per respirationem sive contactum sive alimenta, &c. communicentur, à calore vitali ex eorum engastulis excutiuntur; Et quia velocissime moventur, facile sanguinis compagem & mixturam omnimodè turbant non aliter ac fit in yino vel cerevisia fulmineata; Quia autem hæc particulae terrestres tales massulas in se continentis uniusmodi & æquali copia non semper adsunt,

neque ab astris materia subtilissima eadem copia nec ejusdem generis ad nostram terram defertur, etiam haec lues pestilentialis miris variatur modis, nec iisdem semper remedii arceri vel excuti potest.

VI.

In super notandum est sanguinem ex certis quibusdam guttulis sive molleculis componi, quae quamduo integræ & legitimo modo dispositæ manent sanguis turbatus dici non potest, quanquam interim valde impurus esse possit. Exemplo res fiet clarior; Si acervus frumenti ex puris & puicherrimis granis sit congestus, purus erit, at si alia immisceantur, ut lapides, ligna, &c. impurum quidem dicetur frumentum, nullo modo autem turbatum vel destrutum; sed quando jam impurum est & singula grana commixuantur, tunc demum destruetur & turbari dicetur. Idem accidit in sanguine, quanquam variae particulæ heterogeneæ sanguini immisceantur, nondum tamen turbatur vel destruitur ejus mixtura, et si cacoehymia oriatur; sed quando molleculæ ejus destruuntur, statim turbatur & corruptitur, & secundum varios gradus hujus turbationis variæ fiunt febres, inter quas ultimum gradum obtinet pestilentialis vel pestis.

VII.

His jam positis facile omnia phænomena, quæ circa pestem observantur explicari poterunt. Contagium epidemicum & multiplicationem ejus quod attinet, obscura esse non possunt, modo attendamus ad continuam insensi-

bilem corporum nostrorum transpirationem, aeremque nobis circumiacentem talibus scatere posse particulis, quæ tales in sinu gerunt materiam subtilem humano generi exitiale; Et quamdiu illa spatiola in illis corpusculis integra manent, continuò novas in illis concrescere massulas tales deleterias; imò illa materia subtilis in corporibus infectorum sibi secundum figuram suam excavare & post se relinquere poros, in quibus postea alia concrescant sibi similes, & ita brevi tempore valde augeantur veneni copia & multiplicetur.

VIII.

Quod autem plares in eodem aere his particulis imprægnato degentes, imò frequentius circa ægrotos versantes & absque præservatione hâc lue non inficiantur id diversæ eorum sanguinis, humorumque circulantium dispositioni respectu veneni adscribendum sputo; quod videmus in melancholiceis, qui non tam facile in peste inficiuntur ut alii; Hinc facile etiam ratio reddi potest, quomodo accidere possit, quod certæ tantum familiæ hâc affligi, reliquis intactis observentur; quod illud venenum nunc magis adultis quam infantibus & contra, nunc magis sexui masculino quam fœminino & contra &c. infensum & exitiale sit.

IX.

Ex sanguine ita turbato nullos vel paucissimos posse generari spiritus, facile cuivis attendenti patet; eodem modo ut videmus fieri cum vino vel cerevisia fulminea tacta, ubi ne guttulam.

qui-

quidem spirituosi liquoris elicere possumus. Hinc tam magna statim virium proffratio, appetitus imminutio (quamquam & alia etiam subsit causa) anxieties cordis & lipothymiae frequentes; continuò enim multi deperduntur animales spiritus per insensibilem transpirationem, unde restauratione semper opus est, quæ tamen hic non subsequitur.

X.

Et quia sanguinis legitima textura destruta est, particulae æquales qualibus, secundum naturæ leges magis associantur, v. gr. salinæ salinis, sulphureæ sulphureis, &c. & omnes sui juris sunt, quia vincula disrupta sunt: Ita ut diversæ illæ materiæ non tam sint pestis causæ quam producta morbos, quod semel annotasse sufficiet; Perseverante autem adhuc sanguinis circulatione, nunc ejus pars salina & magis rarescens, nunc pituitosa vel terrestris ipsum cor ingreditur, & pro diversa illa dispositio nunc citius, nunc tardius rarefit, nunc pulsus, nunc celæ nunc tardus, nunc magnus, nunc parvus, nunc fortis, nunc debilis, imò aliquando intermittens est, vel plane cessat, quamquam imminutio spirituum animalium multum etiam ad languorem & debilitatem faciat. Si autem ab acredine salium jam sui juris factorum cor lancinetur, statim, quia musculus est, convellitur, & ad violentum motum à spiritibus animalibus cum impetu influentibus cogitur: accedente interim etiam propter consensum spasmodica contractione arteriarum præcipue circa cordis basin ubi à pluribus nervulis complecti in anatomia observantur,

Hinc sanguis, cum violentia ex corde expressus non inveniens commodam viam per arterias transeundi, repercutitur quasi & in lateravim suam exicit, & ita palpitationes cordis excitat, de quare videlicet Willsum.

XI.

Necessariò etiam hinc inde variae in diversis partibus resultant obstructions, unde tot pestea oriuntur symptomata. Nam pro ratione diversitatis materiae obstructis & diversitate partium earumque dispositione symptomata aliud & aliud erit: quæ diversitas in eadem peste ab alio non dependet quam à diversissima constitutione tum humorum tum texturæ partium solidarum variorum hominum. In uno enim subjecto, cuius sanguis multis jam scatet particulis salinis, vel etiam sulphureis alia eaq; graviora apparebunt symptomata, quam in alio cuius sanguis antea legitimè temperatus fuit, alia item in alio cuius sanguis pluribus particulis viscosis, crassis, aquosis vel terrestribus infarctum est, minima etiam occasio, quæ facilè hic determinari nequit, efficere potest, ut talis vel talis materia in hanc vel illam potius partem secessum faciat.

XII.

Si forte particula salinæ acres in capite deponantur ibique fibrillas nervosas vel membranosas vellificant sive lœdunt ejusdem dolorem ingentem pungitiuum sive mordacem producunt & non permitentes ut pori cerebri blandè subsideant vel claudantur vigilias continuas inducunt, econtra si crassiores pituitosæ & viscidiores ibidem potius segregentur, quæ poros cerebri oblinunt &c.

principia nervorum aliquomodo obstruunt, ut spiritus animales, qui jam tum in minori adsunt copia, in nervos influere, eosque sufficienter inflare non possint, soporosi isti in peste saepius observabiles affectus oriuntur, si v. gr. in specie meatus nervi auditorii obdurantur, ut in peste Wienensi saepe observatum est, agrotantes auditu privantur. Quando autem salia illa in meningibus poros ista obstruunt, ut inflammations causentur, deliria phrenetica exsurgent.

XIII.

Quando illa salina congeries ad stomachum etiam vergat, statim liquor ille gastricus seu fermentum stomachale vitiatur & appetitus imminuitur & prostratur, acidum enim ab illa, quia alkalina potius est natura maxime infringitur, unde concoctio in ventriculo non amplius legitimè procedit & alimenta non in chylum laudabilem, sed in foetidam putrilaginem abeunt, quæ ad vermes excludendos aptissima, gaudent enim valde calore tali putredinali; mirum itaque non est in peste Wienensi integra agmina vermi in principio morbi prodisse, ut notat D. Sorbait, ut plurimum enim tempore pestem antecedente plurima & variorum generum insecta præser-tim muscarum multo majore turba, quam alias consuetum est observantur, quæ suis ovis & aërem & cibos confuscare solent, quæ ova in corpus nostrum admissa aliquamdiu ibi latere & tandem aliquando accedente putredine sive calore putredinali excludi possunt. Hac de re videatur Cl. Rhedi.

XIV.

SAlia illa acredine sua stomachum vellicantia naueam cum vel sine vomitu producere possunt; saepè acrimoniam suam in superiore ventriculi orificio, quæ pars acutissimi est sensus, exercent & cardialgiam vel anxietates excitant; aliquando ita caustica sunt, ut ipsas stomachi tunicas corrodant, immo nonnunquam sphacelentur, quod etiam de aliis visceribus est intelligendum, si eò potius propter laxitatem vel obstructionem aut aliam dispositionem præeuntem depontantur.

XV.

Si ad intestina pertingant, sive jam hoc fiat mediante bile vel succo pancreatico, vel immediate ex ventriculo aut glandulis intestinalibus perinde est, saltem fibras intestinalium nerveas vellent & ad excretionem continuo stimulando diarrhaeas, vel vasa corrodendo dysenterias & alios excitabunt motus convulsivos, & ut alibi saepe etiam grananam aut sphacelum inducent.

XVI.

Quod si caustica illa salia in vasis capillaribus partium carnosarum & membranacearum subsistunt, ibique obstructions generant, inflammations & carbunculos producunt, non minus in partibus internis quam externis; Maculae autem & petechiae generantur quando hincinde corrosis vel obstructis & deinde laceratis vasibus capillaribus subcutaneis, sanguis extravasatur, in parva tamen quantitate nulla subsequente inflammatione, si particulis subtilioribus in auras a volantibus terrestriores tantum relinquentur,

quuntur; quarum ratione variis inducuntur colores; quando autem iterum disparēt, materiam illam introrecedere & partes nobiliores adoriri judicandum est.

XVII.

AT non tantum sanguis turbatur, sed & reliqui humores circulantes vitiantur ut lympha, ita ut in glandulis quoque praeципue conglobatis; quia poros arctiores minusque rectos obtinent substantiamque molliorem habent, obstructions oboriantur, ubi si lympha stagnet & colligatur glandulas nunc plures nunc pauciores in tumores attollat, quod ipso vase sanguifera circumiacentia comprimuntur, sanguisque ibi stagnare coigitur, unde bubones suas ducunt natules, qui quidem tam formidabilēs, ut anthraces, non sunt, modè rite tractentur. Observatum enim est plurimam partem eorum quibus bubones erupuerunt in ultima Wienensium peste evaluisse, praecipue si in partibus nobilioribus suam non fixerunt sedem.

XVIII.

LYMPHA hanc vitiata non unquam vase salivalia obstruit, unde sitis inextinguibilis, oris siccitas & ardor necessariō, consequi debet; Salia enim ab astu interno cō delata à particulis aquosis sufficienter dilui non possunt; sero interim ad alias partes tendente ubi liberior ipsi conceditur via, sāpe enim ad intestina copiosius ruit & tunc diarrhæis materia præbet, nunc in renibus copiosius percolatur & urinæ profluviū causatur: quod in peste Wienensi sāpius factum, ut à prædicto Winensi Medico annotatum est. Nec multum facessit negotii

explicatio inconstantia & variae urinæ mutationis; Quia omnes humores corporis in convenientiæ sua dispositione sunt turbati, quis mirabitur, si renes aliquando magis aliquando minus obstruantur, si eorum fermentum vitietur, & cum massa sanguinis non sit ubique sibi æqualis, urina nuac de hac nunc de illa plus minus participet materia, nunc tenuis & cruda, sāpius tincta valde, nunc crassa & turbida, imò pessima segregetur, nunc nigricans oleaginosa aut livida corruptionis lethalis certum indicans excernatur. Alia adhuc multa in peste observantur phænomena, quæ tamen æque facile per posita illa principia dilucidari posse perfido..

XIX.

HIS jā prædictis, quo pacto rationalis præservatio & curatio superstruenda sit, porro videndum; Quia materia illa subtilis pestilentialis vires suas exerit sanguinis compagem solyendo texturamque omnimodè turbando, omnia ea ad præservationem necessariō observanda esse censeo, quæ sanguinis mixtionem fartam te etiam servare possunt. Quo facit Diæta, quæ si legitima instituatur multum auget optimeque conservat corporis robur. Consistit autem in convenientiæ regimine sex rerum non naturallium. Ex quibus præcipue hic considerandæ sunt, aër & animi pathemata, de ceteris mediocritas recommendatur..

XX.

QUIA continuo tali tempore aerem jam infectū & talibus particulis imprægnatum attrahere cogimur, nil consultius esse patet, quām cito se in alias sanioris conferre aeris regiones juxta tritū illud :

Mox

Mox, longè, tarde, cede, recede, redi;

Cum autem non cuivis officium hoc permittat, nec sine conscientia lesionē id semper fieri possit, aer quantum potest corrigendus, depurandus & ab istis particulis lethalibus liberandus, quod optimè fit igne luculento, ex lignis resinosis & aridis, juniperinis, quercinīs, abietinis, &c. accenio, & fumigiis variis, quæ ex sulphure, myrra, pulvere pyreo, baccis juniperi, tabaco, &c. fieri debent; quo pertinet Eölipila, quam recommendat *Excellentissimus atq. Exponentissimus Archiater Hassiacus*, hujus Universitatis Med. Professor Primarius Dn. D. Baldus Schmid. Item campanarum sonitus & bombardarum frequentiores explosiones. Modus autē quo hæc & similia operantur ex seq. thesi 27. facile concludi poterit; Interim aer privatus circa domicilia & inhabitacionibꝫ infectorum cautè fugiendus, sive rō quis ex officio ægrotis ad eſſe cogatur, monitum *Celeberrimi Dobrizenski Professoris Pragensis* diligenter observet, salivamque nunquam deglutiat, sed exp̄iat, quod etiam intelligendum de iis rebus, quæ ad præservatiōnem in ore masticantur quæ nunquam deglutienda, facile enim aer infectus se saliva in ore commiscet, unde observatur venenum vires suas in ventriculo præcipue exercere, prout prædictus Author in suo tractatu de hac re annotat. Nunquā etiam jejuno ventriculo isto tempore pestis egredi debet, qui suę studet sanitati, fermentum enim ventriculi tunc temporis sopitum quasi jacet & aciditatem sua, ut aliás sit, venenum destruere & mutare non potest.

XXI.

Quantum ad animi pathemata, trahilla debent esse omnia, præcipue contra instum, terrorē & pavorem firmandus est animus, qui si erectus sit & imperterritus, medicinæ loco est, melancholice imaginaciones musica vel pocolo hilaritatis abigendæ; Experientia enim testatur pusillanimes & iniculcos citius peste corripi, quam qui cordate Dei voluntati se subjiciunt, fiduciam suam primò in Deum, postea in medicum ejusque præscripta medicamenta firmiter ponunt, & interdum ad recreatiōnem corporis & animi, hilarem transiungunt horulam.

XXII.

Corpus etiam ab omnibus impuritatibus liberandum, liberumque servandum; vitiosi humores, si copiosius adfuerint, in tempore lenitivo aliquo medicamento ex primis viis & corpore deturbandi; non autem quævis vetula vel agyrtæ a consiliis sit, quamquam facile, vel stercore passerculorum, muscerdâ vel antimonio aut Euphorbio alvum citare possint; sed prudens hac in re medicus est consulendus; nec generalis hac in re regula præscribi potest, quia mutatis circūstantiis ipsa etiam medicamenta mutanda; purgantia autem fortiora planè exulent, movendo enim & agitando humores, texturamque sanguinis laxando vencanojanā magis aperiunt. Sufficere itaque possunt pilulæ aloëticæ vel pestilentiales Ruffii vel vinum aloeticum &c. utalys semper sui memor retineatur.

XXIII.

Vomitoria nunquam sine prudentis medici consilio tali tempore in usum vocantur.

vocanda; quando autem tempestivè & justa dosi, ad vomitum propensis & faciliibus, iisque quibus stomachus multa materia pituitosa & viscida infarctus, exhibentur, multum commodi afferre & saepè periculosisimos morbos avertere vel in primis incunabulis ingulare possunt; Et vix tutiora dantur  Emetico Mynsichti, Vitriolo albo, vel aliquo alio emetico diaphoretico ex antimonio.

XXIV.

Venæfæctio planè proscribenda, nisi in valde astutis maximeque plehoricis, de qua vide inferius.

XXV.

REliquarum etiam purgationum corporis per hæmorrhoides, mensfrua, &c. fluxus, quibusdam consuetus, omnino procurandus, ne retentis iis sanguinis legitima dispositio mutetur.

XXVI.

Quoniam venenum ut plurimum se primo lymphæ insinuat, ibiq; etiam diu latere potest; in præservatione maxima laus fontanellis debetur, præsertim in hodierna peste, ut experientia testatur: Notat enim Medicus quidam Wienensis, per tales fonticulos in peste affectis statim maximam nigrantis ac foetidæ materiæ copiam affluxisse; & plurimam partem eorum, qui talibus instructi erant, evaluisse; imò prædictus Author sui & amicorum suorum conservationem maximam partem adscribit, non quidem fonticulis, sed aliquali eorum succedaneo, dum scribit se in utroq; inguine incisione facta emissarium parasse, quæ cutis crassitatem paulò excederet, transversi digiti tantum longitudine illi postmodum turundam indidisse,

ne vulnus coalesceret; & tò pactò perpetuo seri effluxui occasionem præbuisse, cuius exitum in illo ut & cæteris uberiori semper fuisse, quo tempore major infectorum numerus occurreret; hocq; auxiliu nādō proficuum fuisse, ut ne unus quidem eorum peste correptus fuerit. Itaque & præc puc evendum è tempore à fonticulorum occlusione, quæ etiam de aliorum ulcerum rheumaticorum, maximè in femoribus & patibibus inferioribus curatione int ligendum; ut plurimum enim illos qui talibus & similibus ulceribus affligebantur, in aliis pestis temporibus evaluisse testantur multi Celeberrimi Authores. Alia est ratio cum fœdis illis ulceribus à lue venerea prognatis, quibuscum pestis se aliquando facilius conjungit.

XXVII.

Quia autem neque hæc sufficienter nos præservare possunt, ad specifica configiendum; Talia autem duplicitis generis constitui possunt: scil. quæ tales continent particulas, quæ poros materiæ hoc venenum generantis facile ingredi, mutare ac diffingere valent; Si enim huic materiæ pori ad motum & figuram suam accommodati non amplius supersint, facile destruetur & dissipabitur, quia multo majori copia talis materia reperitur, ubi liberius movetur & poros ad suam figuram efformatos offendit, ut videre est in magnete, circa quem & in quo semper major invenitur copia materiæ striatæ, quam alibi, quia poros habet motu & figuræ suæ valde accommodatos; Si autem pori ejus mutantur, sponte illa materia striata recedit & vis ejus perit. Secundò,

quæ

quæ tales in se habent poros & meatus in quos materia illa subtilis pestilentialis facilè intrare non item egredi potest, sed ibidem vel mutari vel cum particulis istis inviseantibus præcipitari debet. His addi possunt, quæ sanguinem leniter agitant, motumque particularum minimarum in sanguine ita augent, ut qua data porta per corporis poros eliminetur, sanguinique optima textura conservetur. Et his venenum sive sit in - sive extra corpus tolli posse nullus dubito. Sunt autem vel interna vel externa.

XXVIII.

EX internis in prima acie stant acidæ blanda, acutis enim & scindentibus suis particulis facile se in tales poros ingere spatiolaque talia mutare possunt, quæ n. quam & alio etiam prosint respectu, quatenus scilicet sanguinis compagem, arctiorem reddunt, ut postea resolutioni non tam obnoxius sit ; Quatenus item fermentum ventriculi roborant, acidum enim blandum naturæ ejus valde amicū. Et in his maximam poni posse confidentiam, ratio, ut dixi, suadet, & experientia testatur. Vinum autem quia tale blandum & naturæ nostræ amicū subtile continet acidum' vix ulli cedit ali. Hoc solo se præservavit *Sayerus Medicus ille Anglus*. Etiam *Excellentissimus* atque *Experientissimus* *Dn. D. Waldschmid* / Præceptor meus nūquam non venerandus in peste Hanoviensi haustulo vini generosi recens ex cella allati atque ante visitationem ægrorum assumpti sanum & incolumem servavit. Cui compositum magis placet præsto habeat vinum citratum, camphoratum, cinnulatum vel infusum, absynthii, carduibened, rad. angelic.

zedoar. Tale acidum blandum & amicū etiam possident poma citrea, & aurea, hinc in hodierna peste tanto cum successu usurpantur, & omnia quæ ex iis frunt, ut morsuli, ex succo & corticibus citri, syrups ex toto citro, &c.

XXIX.

His succedit vini acetum, tum simplex; qua se præservavit *Clarissim. Sylvius*, ut ipse testatur. Ego sane, inquit, ante novennium cum quotidie plures visitarem agros peste infectos, præcautionis loco atque non sumpsi medicamentum quam vulgaris aceti vini cochlearum unum, mica panis exceptum, & quidem manè, antequam inviserem agros; id remedii genus usurpavi per oculo menses continuos, nec unquam minima percepit toto illo tempore ab infectione nonnam. Tum compositum, cuius variæ hinc inde prostant descriptiones & nomina : Celebre est illud *Uratislavienium Physicorum in Conflio Medico de peste* descriptum, vel illud *'Theriacale Timæ à Guldenklee*, cui addi possunt extract. rad. carlinæ, card. bened. centaur. min. flor. stœch. &c. Vel simplicius multo fieri potest, si recipiantur Rutæ recent. mijj. scord. mij. conscißis affundantur ✚ vini optici libij. addantur duo vel plurā poma citria in frusta dissecta; & erit optimum medicamentum, quo se cum multis centenis hominibus præservavit in *Polonia celebris quidam Medicus*, in diversis pestis temporibus. Ex his & similibus aceticis sepe cochlearum unum vel alterum de die assumere convenit. Verum quidem est non omnibus in horum usu licere perseverare, propter singularem aliquam dispositionem melancholicam dictam, & tunc ab his vel abstinentendum aut aquis quibus-

dam

dam destillatis simplicibus aut compositis diluenda, ut ∇ rosarum, lavend. rut. cinamom. buglossata vel borraginata &c. Spiritus autem acidi, ut salis aut nitri cum spiritu vini cohobando dulcificandi. Commodum etiam talia aceta aliis multis medicamentis præbere possunt vehiculum, tam ut junctis viribus agant, tum, ut saepius opus est, nimium eorum calorem temperent prout in Theriaca, mitratio, &c.

XXX.

Cum igitur præ cæteris omnibus ad prophylaxin tempore pestis acida cōducant, si accommodato cuiusvis naturæ modo assumantur, in varia forma exhiberi possunt; si alicui placeant conservæ, prostant plurimæ, ut rosarum vitriolat. violarum, floræ calend. anthos, borag. &c. quibus addendus spiritus aliquis acidus ad gratam aciditatem, ut spiritus salis, nitri, vel sulphuris aut acetum destillatum; Et stomacho jejuno quantitate nucis juglandis assumenda. Ex Syrupis exhiberi possunt, ille ex succo berberum, citri, arantiorum, ribesiorum, granatorum, acerosæ, &c. sed melius videatur, si illi succi saccharo ex jusculo aut viño assumantur; Ex talibus succis etiam tabellæ parantur. Magni hic aestimanda est aqua alexiphar. Amstelodamensem & egregia illa aqua Prophylactica *Sylvii von der Schagen & Barbette*; quam describit *Sylvius Prax. Med. lib. 1. cap. 28. §. 31.* Hic etiam minimè spernendus usus tum \square ri cruditu cremoris vel Tartari vitriolati; Etiam à pluribus varii commendantur spiritus ardentes, aquæ vita & Theriacales, quibus tamen non admodum fidendum puto, adde quod ut plurimum in ni-

mia assumantur quantitate, unde fermentum ventriculi obruitur & enervatur, ita ut blanda sua aciditate veneno amplius resistere non possit, senibus tamen & iis qui frigidioris sunt temperamenti magis prodeesse possunt.

XXXI.

Quæ materiam illam pestilentialem in suis pöris inviscant, mutant, præcipitant, vel per sudorem aut diaphoresin ex corpore propellunt, varia etiam sunt, & in variis formis reperiuntur, quia autē major eorum est usus in curatione inferiū recensibuntur. Saltem hic notandum, quod sumus nicotianæ per fistulam attritus hoc pertineat, quo se præservavit *Clar. Diemebroek* in peste Neomagensi.

XXXII.

Externæ ad odorem maximè commen-tantur poma citria & auræ recentia &c. Balsama varia hinc inde ab Authoribus descripta. Cum successu conficiuntur pixidulae live noduli ex ligno juniperino vel alio perforati, quibus spongia aceto rutaceo vel alio Bezoartico aut theriacali aut balsamo ruta præservativo aut oleo pestilentiali *Henisi* intincta inditur; Nimirum autem suaveolentibus & pomis ambræ, graveolentibus item non multum fidendum, in medio tutius itur.

XXXIII.

AMuleta plane rejicienda non videtur, præcipue illud *Helmontii* ex bufonibus; cuius & similius vis in eo consistere videtur, quod habeant poros ita formatos, ut particulae veneni facile & liberè se in iis movere possint, unde corpus nostrum deserentes eò se conferunt; quicquid enim movetur, eò tendit ubi minimam invenit resistentiam. Aliter tamen

tamen planè & tutius agunt quæ ex variis alexipharmacis componuntur, quale egregium habet *Tineus à Guldenklee*. Imaginationi etiam hīc multum tribuendum esse libenter concedo; augetur enim confidentia.

XXXIV.

Nunc de curatione etiam pauca addenda. Cūm acutissimus sit morbus, qui 24. horis sèpissimè jugalet, valde maturanda curatio: Ergo quando quistempore pestis ex improviso, cum horrore & calore per vices mutabili, dolore capitis vel dorsi, naufragiæ vel vomitu, anxietatibus & subita prostratione virium, animi deliquiis vel aliis supra dictis accidentibus decubat, non semper anthraces exspectandi sunt aut bubones vel maculae, nec de urina multum consultandum, aut videndum, quo vergat morbus, sed statim post Deum prudens consulendus Medicus, vel ubi talis haberi non potest, ipse sibi consulat æger medicamentis præcipue alexipharmacis. infra & in variis de peste consiliis descripsis; cum non tam de hoste arendo quam expellendo agatur.

XXXV.

Medicus autem statim ab initio vocatus, si ventriculum impuritatis repletum, ægrum, nauseabundum & ad vomitum facilem inveniat, emeticum aliquod tutum & non nimis violentum, quod citò suam exerat energiam & intra biorium vel trihorium omnem absolvat operationem, exhibere potest; sive sit ex vitriolo albo, quod in peste Londinensi sèpè proficuum fuisse observatum est; aut infuso croci metallorum, quo sèpius utebatur *Seyers*, sive alio

aliquo antimoniali, quod sursum tantum operatur. Sæpe enim emetico tempestivè adhibito non tantum multa symptomata impediti, sed etiam ipse morbus aliquando felicissimè averti potest; cujus operatione absoluta, sine mora ad alexipharmacis properandum. Abstinendum tamen ab emeticis, si vomitus jam symptomaticè adsit, & nonnisi inanis vomendi conatus observetur, omniaque assumpta statim rejiciantur; tunc enim vel ab anthrace vel acri monia salium ventriculi orificium vellicantium provenit, quod prius observavit in famulo suo medicus quidam in peste Dresdensi, cuius cadaver se aperuisse testatur.

XXXVI.

A reliquis purgantibus, præsertim fortioribus absolute cavendum in curatione, non tantum enim impediunt diaphoresin necessariam, sed venenum, quod in exterioribus adhuc hæret partibus commovent, & cum sanguine commiscent, sèpiusque diarrhæas colliquati vas hic valde periculosas excitant: Si vero non respondeat alvus, suppositorius, vel leni aliquo clystere, blande cienda: in Declinatione vero morbi lene aliquod purgans vel laxativum exhibere convenient ad præcavandas recidivas.

XXXVII.

Non minus periculi plena, adeoque planè omittenda est venæ sectio, totus enim sanguis, cum in sua mixtione turbatus, totus etiam evacuandus esset. Deinde eo ipso venenum, quod extra sanguinem adhuc hospitatur per venas ad cor derivatur: Hinc non mirum si experientia testetur omnes illos vel plurimam partem perisse, quibus venæ sectio

sectio celebrata fuit: ut annotavit *Paracelsus* in peste per totam Galliam gravante, *Diemebrock* in peste Noviomageni: *Hodges* in Londinensi, *Guil. Fabricius* in Liuianensi. *Anthonus Saracenus* in Genesvenisi, & nuper *D. Sorbait* in Wienensi. Dari tamen posse casum quo non tantum admitti debet, sed etiam necessaria est, non nego. Scarificationes & hirudines quia eajusdem sunt generis, nihil ferè comodi afferre possunt, quanquam tantundem periculi ac venælectio non importent. Quia tamen inaniter cruciantur & torquentur ægri, consultius est abstinere, ut & à cucurbitulis sine scarificatione, nam affluxui matris locum dant.

XXXVIII.

A Liter autem de volicatoriis judican- dum censeo, effectus enim non exigui in peste comperti sunt, multum enim materiaæ acris ex corpore educunt & ab interioribus partibus derivant, dum exundi commodiori in ipsi præparant & aperiunt viam, & in nucha, brachiis, femoribus, suris, præcipue autem parum sub bubonibus applicari possunt, & optimè ex cantharidibus parantur, cavadum tamen ne talibus applicentur, quibus circa vesicam & urinam non integræ res est, neque iis, qui hemorrhagiis subjecti, neque prægnantibus aut nimium debilibus; sèpius etiam sunt renovanda & emplastro de melilocho vel alio insperso pulvere de cantharidibus recentia servanda; ab inflammatione autem foliis brassicæ præservanda.

XXXIX.

Expertissima autem & securissima o- mnium sunt alexipharmacæ & sudo-

rifera, quæ totum hoc arduum negotium absolvunt, & ad quæ tanquam ad sacram anchoram recurrendum, quamprimum unum vel alterum apparet si- gnum; veneni enim jam in corpore admitti vix aliis enervandi aut expellendi superest modus; Exhibenda ergo sunt, quamprimum possibile, aut si vomitorium præmittitur, si non cum eo quod valde conveniens, tamen statim absoluta ejus operatione, & quidem in majore dosi quam alias; Et quia semper virium maxima est habenda ratio, semper à cardia- cis confortativis concomitentur. Cordalia autem imprimis acida sunt eligen- da propter rationes supradictas. Cele- berrimus *D. Margraffius Leidensis Prae- clerus* se plurimas in peste Leideni ab hac luce liberasse ipse mihi testatus est, & quidem seq. modo. *2. vini Rhenani* pintam unam, Ther. veteris ad minimum 7. ana- norum ʒi. *1. card. bened. 9ij. m. stent* per noctem, & æger in lecto ad sudorem compositus sumat cochl. iij. & sudat, post horas duas iterum iij. cochlear. & ita af- simptionem & sudorem continuet per diem integrum. Inter sudorifera sèpius experta maximè præminent: Theriac. Audrom. cœlestis, Mithridatum, Dia- scordium, Orvietanum, antidotus Matthioli, Elect. prophylacticon Timæi, El. de ovo & similia. Pulveres item Bezoard. varii, Elixiria, Extracta, Essentiaz, Tin- eturæ legitimis menstruis paratæ; Inter magis simplicia commendantur à prima- mariis, terræ pingues, aut figillatae, bolus armena, terra lemnia, turcica, silesiaca, &c. Ex vegetabilibus Rad. contrajerv. an- gel. petalidis, dictamni, pimpinell. &c. herb. card. bened. Scord. Scabiosæ, rutæ,

absynthii, &c. baccae juniperi, sambuci Ebuli & ex his paratum rob. &c. Lignum juniperinum, quercinum &c. aloës, myrra. Ex animalibus Lapis Bezoar, qui tamen famam non semper sustinet, qui ut plurimum suppositius est, C.C. unicornu, Troch. viperarum, &c. Ex mineralibus & diaphoret. Bezoarticum minerale &c. ut taceam de aliis plurimis de quibus ipsi Authores videri possunt. Saltem notandum volo farraginem medicamentorum non minus quam ipsam pestem fugiendam esse, quanquam interim non unius soli medicamento adhaerendum, sed & forma & materia mutanda sèpius, ne natura tandem illis affuecat, & pharmacum medicamenti naturam exuat. Consueta enim minus movent.

XL.

Cordialia autem confortativa, quæ his adjungi possunt & debent, sunt Confect. alkermes, de Hyacintho, Aq. Cord. Saxon. frig. & temperata; aq. contra febr. malign. C.C. citrata, cinnamomi buglossata, cydoniata, Essentia citri saccharata. Syrupus de acetositate citri, succus citri recens expr. vel rubi idæi, perlæ preparatae, Nitrum perlatum, Spiritus Sulphuris, pulvis cordialis prætiosus, &c. ex quibus variae concinnari possunt formulæ.

XLI.

Quanquam maxima pars symptomatum morbo ritè curato tandem spontè desinant, tamen paucula tantum brevissime addere libert de urgentioribus, quæ nonnunquam ipso morbo molestiora & periculosiora videntur. In dolore Capitis & Deliriis Epithema ex aq. Beto-

nice aut rosarum, cum aceto sambucino aut calendulae & opio paratum sèpiusq; renovatum tepidè fronti ac temporibus applicatū conduceat, aut columbae & gallinae vivæ dissectæ capiti capillis liberato imponuntur. Aliis plantis pedum in forma cataplasmatis ex fermento, ruta, sale, sapone veneto, vel raphano cum sale & aceto rutaceo mixto applicant. Hic valde etiam laudantur vesicatoria in nucha præcipue applicata. Vigiliæ statim ab initio non sunt arcenda, quia magis ad necessariam diaphoresin faciunt, tandem tamen externè dissectis columbis & gallinis pedibus applicatis demulcentur; Ubi si opus sit, opiate ritè parata in parvâ dosi cum appropriatis præcipue volatileibus juncta, magnum præstante commodum. Sopores autem periculosi valde sunt, unde omni conatu ergi à somno arcendi allocutionibus vel acidis acridis volatileibus naribus oblati aut aliis mediis. Si confortantibus & cordiacis opus sit, præter supra dicta, confectio cordialis Rodolphi II. Imp. à D. Sorbait descripta cum vino Malv. vel supra dictis aquis sèpius assumi potest.

XLII.

SItis & ariditas linguæ, quæ magis molestia quam periculosa, spiritibus acidis, ut salis, nitri, sulphuris, vitrioli, &c. potu ordinario inditis, nitro item antimoniato, lapide prunellæ vel aliis succis acidis affumptis diminui potest. Nausea & vomitus si ab anthraci vel inflammatione tali ventriculi orti, omnia ferè in cassum adhibentur; alias vel acidis, sed paulò magis austeri aut quādoque opiatis Theriaca Diacord. compescuntur. Diarrhoeæ & Dysenteriæ, quæ periculosissimæ & plerumq; lethales sunt sudoriferis

ad-

astringentibus prospiciendum, ut bolo
orient. præpar. terra ligillata, tinctura ter.
Catechu. &c. Hæmorrhagie quanquam
aliquando criticæ existant, nūquā tam
securi esse debemus & semper nē
invaleſcant vigilandum, citissime enim
quandoque interficiunt.

XLIII.

Communissima symptomata sunt
maculae, bubones & anthraces; Ma-
culæ superato veneno pestilentiali non
magnam requirunt curam. Bubones verò
à chyrurgis attendendi, & variae dantur
species, nec omnes ad maturitatem deduc-
ci possunt; qui mobiles sunt fatilius quidem
discutiuntur, sed tertiis videtur illos
cucurbitulis seu ventosis fixos reddere &
ad suppurationem deducere. Curantur
autem ut reliqui glandulari tumores, ad-
ditis tamen semper antipeſtilentialibus, ut
theriaca, miridatio, cæpis, allio, &c. In-
ſtar omnium esse potest vel emplastrum
D. Hodges, vel magneticum vel maturati-
vum *Tratislavienſum Physicorum*, quæ

in consilio medico descripta sunt. Quam-
primum autem paululū mollescit tumor,
non enim semper ruptio spontanea ex-
spectanda, phlebotomo aperiendus & mi-
dificandus balsamo sulphuris therebin-
thinato, vel anisato unā cum unguento
basiliconis & Theriaca, non autem con-
solidandus, quod tamen tandem fieri po-
test vel prædicto balsamo & superimpo-
ſito emplastro diapompholygos, aut lo-
lum prælaudatis emplaſtris. Carbunculi,
qui multo periculosiores sunt buboni-
bus curantur primo impediendo, ne ulte-
rius serpent, quod optimè fit butyro anti-
monii, si linea circa carbunculum duca-
tur, quo ipso etiam fit separatio. Escharæ
& partium corruptarum, quæ pro secun-
do necessaria est. Alii ad ferrum & ignem
confugiunt, quod non improbandum, si
modo peritus adſit chyrurgus. Mundifi-
cantur postea supra dictis, & tandem ut
reliqua ulcera consolidantur. Pauca hæc
nunc ſufficiant, plura desideranti Autho-
res citati forſan latisfacere poſſunt. Inte-
rim DEO fit Laus & Gloria in æternum.

DISPUTATIO XIV.

DE

MANIA

vulgò

Die Tobsucht oder Wahnsinnigkeit.

RESPONDENTE

LUDOVICO GOTHOFREDO BUELIO

Marpurgensi.

I. N. J.

L. N. J.

PRÆLOQUIUM.

Vām accurate hodierni Medicinæ Antiquitatis actiones nostras corporeas, quas automaticas volunt, juxta regulas motus & leges mechanicas, neglectis tot Scholarum non entibus artificiosissimam illam corporis humani structuram cum aliis arte & industriâ compositis machinis comparantes explicare sciant, impræsentiarum ruminare instituti non est. Hoc saltem deprecando, quod non solum ex tam clara & distincta operationum corporearum expositione Summi Conditoris sapientia & omnipotentia, verum etiam ipsius hominis præ reliquis creaturis & arte factis excellentia & præstantia eò magis elucescat, quò minus una ex tot machinis singulari etiam humanâ diligentia compatis, horologio nostro tum nobilitate tum admirandâ strætura & adeò amicabili organorum & indefinitarum particularum insensibilium conspiratione æquiparari possit insigniter sanè hydraulico pneumatica illa brutorum organa caput extollunt, sed quid sunt comparata cum homine? præprimis cum humano corpori substantia quædam omnium nobilissima, MENS nimurum, quæ bruta carere ex certioribus Philosophiae fundamentis hactenus evictum est, arctissimo foedere sit juncta, quæ ob mutuum commercium illud ipsum eò magis nobilitat, adeò ut homo Θεῖος appellari mereatur. Verum eheu! quantum non huic corporis humani perfectioni decidere experimur, quando tot horrendis morborum insultibus adeò

concutitur, ut tantum absit, ut solum huic miseriæ subjiciatur, quin potius ipsa etiâ Mens ex lege conjunctionis varijs iisq; gravioribus passionibus non raro obruat, ut ratiocinio impedito hominem brutescere cernas: Evidenter hujus rei testimonium præbet gravissimus ille Affectus MANIA, cuius ventilationem pro tenui ingenioli modulo paucis prosequi animus est. Deus annue cœpis!

THES. I.

SAltum in frontispicio in alienam messem naufragia nominis investigatione committere nolo, adeoque Lexigraphis otiosisque Grammaticis sua exercitia relinquo, ea quæ ipsum effectu spectent propositurus. Sufficit itaque mihi impræsentiarum scire illum MANIA laborare & MANIACUM recte vocari, qui sine febre cum furore & audacia delirat, absurdas actiones edit, obvios immanis bestiæ instar invadit, vulnerat, occidit, mox iterum mansuetum se gerit, intensissimum frigus, jejunia, verbera & vulnera sine noxa sensibili perfert, immanni robore pollet, capitis gravitatem patitur, noctes trahit insomnes & quæ sunt alia.

II.

Ad propositorum φαινόμενων cognitionem eò felicius sequendam, non abesse erit gradum paulo sistere & ex ea Medicinæ Parte, quæ de Natura Hominis agit, quædam de promere: ergo consideretur, velim, hominem ex duabus substantiis, ut in præfatione jam mentio facta est, totò cœlō à se invicem distantibus esse compositum, unâ immateriali, MENTE, alterâ materiali & extensâ, quam CORPUS ORGANICUM appellamus.

III.

III.

Quamvis autem hæ substantiæ rea- llissime à se invicem sint distinctæ, firmis-
- simam tamen inter se copulam habent &
- nexum, qui mutuò commercio sive re-- ciprocis actionibus & passionibus absolu-- tivit, videlicet, quando certas cogitatio-- nes in mente intercurrentibus spiritibus
animalibus sequuntur certi motus in
corpo, ipsaque omnibus organis ritè
depositis hunc vel illum motum impe-- perando in corpus agit & hoc ab ea pa-- titur; & vicissim pro certis motibus in
corporis horologio excitatis certas co-- gitationes concipit MENS, eaque ab
illo patitur.

IV.

Clariùshæ patebunt, quando etiam
MENTIS in suo corpore metropolis
consideraverimus, quæ est sit juncta
toti corpori, est tamen pars quædam in
cerebro in qua specialius suas exercet
functiones, quam in cæteris omnibus,
quæ est certa quædam GLANDULA
ab Anatomicis ob figuram PINEALIS
alias CONARION appellata, prout hoc
fusius demonstrat Cartesius in tractatu de
Passionibus anima. Sita est, ut aliquoties
vidi in sectionibus à Dn. PRÆSIDE
hac hyeme juxta methodum recentiorum
Anatomicorum exercitii gratiâ ad-
ministratis, inter protuberantias cerebri
in medulli cavitate existentes ad pro-
cessus istius anus vocati foramen, plexu
choroidei undique cincta, ut ipsi
spiritibus innatare videatur: in apice
planè libera est, in basi verò funiculis &
fibris motricibus donata, pro varia ejus
inclinatione: illa itaque est, quæ medi-

ante MENS suam voluntatem & impe-- rium th. precedenti descriptum in corpus
exercet, dum vario modo eam inclinan-- do variè Spiritus determinat, ut nunc hos
aperiant nervosum tubulos, nunc illos,
pro alio atque alio motu promovendo,
& vicissim illius ope MENS motus cor-- pori illatos per certam spirituum anima-- lium radiationem percipit, unde occa-- sionem nanciscitur varias percipiendi
ideas & nocte cogitationes, videatur
Disputatio de Gland. Pinealis s. n. & p. n.

V.

Glandula ista sensorium est commune
& imaginationis præcipuum Organum,
quæ quam diu MENTIS imperio sub-- jacet, tamdiu cogitationes suas cohære-- re, illas ad aliud objectum applicare & ideas
attendere potest: illâ quoque mediante
anima species diu reconditas in scenam
denuò introducit & objecta absentia vel-- uti præsentia contemplatur, Spiritus
enim animales incidentes in cerebri
plicis & vestigia olim impressa ab illis
novam nanciscuntur cursus formam, &
per glandulam fluentes pristino more
eam inclinant, hinc MEMORIA &
REMINISCENTIA.

VI.

Sunt autem isti Spiritus, quorum ha-
cenus ut mutui corporis & animæ com-
merciis internunciorum mentionem fe-
cimus, nihil aliud, quam subtilissimæ
sanguinis arteriosi portiones à crassiori-
bus in cerebro segregatae, ut valde mo-
biles & agiles existant, atque in unus à
glandula pineali injunctum celerrimè
tenuissimæ auræ instar exequi valeant,
hunc in modum generati.

VII.

Sanguis in cordis thalamis rarefactus & accensus in arteriam aortam propellitur, per cuius ramos ascendentem & descendenter versus omnes corporis plagas ablegatur, crassior & minus agitata pars inferius, vividior & magis agitatus sursum & versus caput fertur, ubi mobiliores denuo per tot filamentorum foraminula plexus choroides reliquis vel propter crassitatem, vel figurae irregularitatem exclusis cribatæ, subtilis flammæ vel auræ sensum testimonium eludendis sunt æmulæ, quemadmodum S. V. Spongiæ cucurbitæ applicata flammeus redditur, quæ corporcula sub nomine SPIRITUS ANIMÆS veniunt, ut pluribus hoc videre est in Collegiis publicis Disp. III. Postquam igitur hœc modo particulæ istæ spirituose per plexum Choroides sunt transcolatae, in cerebri ventriculis in æquilibrio & indifferentia positi GLANDULÆ determinationem expectant.

VIII.

Quamdiu nunc Microcosmi oceanus sanguis blandò motu & tranquillò in orbem itu incedit, vasorumque ripas sine tumultu & concussione lambit, tamdiu hi spiritus ex voto generantur & in indifferentia positi in ventriculis Cerebri refervantur, actiones animales integrinè perennantur & MENS suâ tranquillitate gaudens, accuratissimum exercet ratiocinium: quod si accidat, ut mare hoc tot rivulis ~~eruptis~~ in st. n. scaturiens mixtione & motu peccet & fermentatio naturalis sphæram excedat, admirabile dictu est, quantæ tunc tempestates eæque gravissimæ exsurgant rivulos istos

placidissimè alias per venarum & arteriarum canales distributos valde inflantes, quæ turgescatæ, dum

Una Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis

& Africus & Vafos volvunt ad littora fluens.

irreparabilia ferè damna & calamitates œconomiae animali inferre solent, positò enim hoc sanguine tumultuante & motu terminos excedente plexusque choroides poros in illo impetu plus solitus aperiente, spiritus copiosi & simul crassi cerebri ventriculos occupant, indifferenter tollant, quaquaversum ruit, corpora enim majora semel mota diutius illum motum conservant, quam minora, qui tunc impetuosis GLANDULAM secum rapientes miserrimè MENTEM decipiunt, & nescio quorum motuum insuetorum Autores existunt.

IX.

Occasione ex dictis datâ haud difficile erit, quō pacto SOMNUS & VIGILIAE inducantur investigasse, siquidem procul dubio tunc sumus in statu vigilarum, dum Spiritus animales legitime generati debitò vigore & alacritate in cerebro hospitantur atque totius systematis nervosi filamenta unâ cum toto cerebro non alter ac ventus navium vela inflant, ut non solum à GLANDULA facile determinari, verum etiam objectorum motus ad eam deferri possint: quod si inhibeatur frequens irradatio & vegetus spirituum in cerebri & nervorum poros influxus, ut tubuli laxati subsideant, obrepit somnus, unde membrorum motus sistuntur, musculi sunt flaccidi, palpebræ concidunt,

dunt, caput nutat atque propter Spiritus torpidos motus impremissos ad commune sensorium transferre nescientes sensus queque sponuntur.

X.

Notandum præterea IRAM sese exserere, quando forsan MENS contumeliam gravi afflita vindictam meditatur, atque sic circa vestigium illud rarum decentia illâ cogitatione SENSORII COMMUNIS Statum mutat, cuius nutu Spiritus ex cerebro per nervorum tubulos in ea corporis membra vindictæ executione inservicat determinantur, unde motus iram comitantes, attuum tremor, stridor dentium & alii excitantur. Eam autem potissimum IRAM hic intelligo, quæ cum superbia & in propriis viribus fiducia conjuncta est. *vid. Cartes de pass. anima.*

XI.

Tandem observatu dignum erit, communicari ab æthere corporibus sublunaris *materiam* quandam mobilissimam, fluidissimam, omnium corporum poros & interstitia insensibilia etiam cujuscunque sint figura & magnitudinis pro temporum diversitate nunc parcius nunc copiosius permeantem, ab HIPPOCRATE *ethereum*, à CARTESIO subtilem appellari, quam omnium motuum, fermentationum, effervescentiarum & alterationum authorem possumus appellare, videatur Dn. PRÆSIDIS Coll. publ. disp. 2. nec non Coll. Practici disp. 1.

XII.

His nunc ita præsuppositis tota res erit in vado: offert se in MANIACO delirium cum furore & audacia. Causa in eo

consistere videtur, quoniam sanguis Maniacorum crassus, sed valde fermentabilis est, quoties itaque à quacunque id fiat causa, de quibus inferius, plus solito & impetuosis movetur, ejus portio quædam ex irregularibus constans maximam partem partibus cum impetu versus cerebrum abripiatur, atque arteriolarum poros plexus choroidei plus solito aperit, quod ipso multis insolitis & irregularibus particulis egredientibus in ventriculos cerebri placidus Spirituum motus una cum indifferentia planè aufertur; qui cum ob crassitatem majori vi quaqua versum feruntur atque in poros quoscunque ruunt, GLANDULÆ determinacionem sibi solis vindicant & fulminis instar in cerebrum & musculos influentes GLANDULAM mentis imperio planè subducunt, quæ ab effrenis illis spiritibus elusa omniq[ue] in corpus imperio defraudata attentionum suarum habentiam amplius dirigere nescit, unde tot incompositi gestus, incongrui sermones, pugnæ, rixæ, gesticulationes, saltationes & hujus farinæ plures inordinati motus eientur, omniaque tumultuarie peraguntur, non secus

Ac si carcerebus sese effudere quadrige.

Addunt se in spatiū & frustra retinacula tendens

Fertur equis auriga, neque audiit currus habens.

XIII.

Tantum igitur abest, ut GLANDULA PINEALIS istiusmodi spiritibus cincta tranquillitate frui possit, ut potius petulanter instar campanulæ huc & illuc impulsa, in yaria deliria MENTEM

præcipiter atque gravibus passionibus subjiciat, nam dum Spiritus liberè, ut in thesi præcedenti dictum, per cerebrum vagantur in varia vestigia olim impressa incident aliamque cursus formam ab iis mutantur, quam Spiritus per poros GLANDULÆ fluentes illico imitantur. Sicque per poros GLANDULÆ abripiendo occasionem dant MENTI, ut sine legitima connexione concipiatur cogitationes; quod si ista species à spiritibus MENTI oblatae sint delectabiles & jucundæ, sequuntur vi conjunctionis gaudii & latitiae effectus, cantus, jubilations, jocosi sermones, gloriations ac si essent Reges, quare adstantibus negotiis imperant atque mandatorum executionem postulant; quod si Spiritus repeatant vestigia iræ vel vindictæ, suaq; reflexione MENTI tales quoque ideas repræsentent, proferuntur etiam motus iræ communes, vestium dilacerationes, minæ, pugnæ, stridor dentium, facies torvum videns.

XIV.

Ut plurimum autem loquimur de illis objectis, quæ adstantibus vel rara vel nova videntur, utpote de incendiis, inundationibus, præliis, latrociniis & aliis; ratio: quoniam illa ut platinum solemus admirari & diutius cogitatione nostra, dum de iis audimus, circa hæc detineri, hinc profundiūs & distinctiūs in cerebro delineantur, nec tam facile extirpantur, quorum vestigia cum iam spiritus facilis percurrent, quam aliorum, simile periculum ipsis imminere credunt MANIA: MENS itaque omnia æquâ exanimis lance non perpendens neque at-

tendens, quod idea non sint ab objectis externis, sed à vestigiis cerebro olim impressis in hoc trahitur præcipitum: similes ferè effectus dulce merum in ebriis parit, quando spiritus sui juris facti modò hos modò illos motus glandulæ inferunt, ubi tune

*Navita de venis: de tauris narrat arator:
Enumerat miles vulnera: pastor oves.*

Melancholicis quoq; varijs easque horrendas spirituum à cerebri vestigiis susceptra cursus forma imagines offert, dum quidam putant se videre *Diabolum*, quod hòc modo fieri potest, si hoc momento spirituum determinatio fiat, cù modo quo fieri solebat, eum cornua tauri repræsentarent glandulæ, altero quo faciem hominis, mox vero idea pectoris cum ventre iconis, pedum capri, caudæ draconis offeratur, tunc mens omnia hæc simul, quæ per cogitandi celeritatem connectebantur, uno conceptu cogitans, se *Diabolum* videre judicat, alii vero aliud quid sibi imaginantur, vel quod serpentes, ranas &c. in ventre habeant, quod asini sint, cuculi &c. quorum animalium voces non raro imitari conantur, cuius stupendi Phænomeni causam de *La Forge* eleganter explicat.

XV.

Accedit, quod mens immorigeris illis Spiritibus impetuose super GLANDULAM radiantibus in eo quoque miserabilem decipiatur, ut juxta consuetudinem judicans hujus vel istius objecti præsentiam statim sibi persuadet, unde denuò nova incompositorum gestum cohors se manifestat, quando nempe motus hujus vel illius objecti præsentiam comi-

comitantes ab alia causa in spiritibus
cicatricis, tunc mens consueta judicans
circumstantias amplius non attendit,
quod quoque observatur in *ittero*, ubi
mens omnes cibos amaros esse credit,
non quod amaritudo illa-ipsis insit cibis,
sed quia tunc temporis idem motus à
spiritibus GLANDULÆ offertur, qualis
alias à cibis amaris produci solet; Sic
ob eandem rationem *incubò* vexati, quasi
grave pondus thoraci incumberet, per-
suasum habent: Hinc sapientis fit, ut Ad-
stantes MANIACORUM actiones à
causa supernaturali proficiunt credant &
nescio in quam admirationem abripi-
antur. Plura vide in *Collegio Practico in*
casus Timae à Guldene Klee habito.

KKL

Ex quibus nunc pro ratione instituti
satis clucere arbitror, quæ ratio sit, quod
MANIAM, gravia deliria atque tot in-
congrua actiones comitentur, inquiren-
dum autem quare nulla FEBRIS obser-
vetur: ubi notandum ad effervescentiam
febrilim requiri turbationem mixtionis
particularatum massara sanguineam con-
stituentium, qui ordo cum in Mania-
cism nondum sit inversus & sanguis saltem
motu peccet, febris exultat, demon-
strante hoc Dn. PRÆSIDE in Collegiis
Practicis disputationibus de Febribus. Unde
nunc MANIA à reliquis delitii Specie-
bus distinguitur, PHRENITIDE &
MELANCHOLIA, hac est delirium sine
febre cum merore & tristitia, illa deliri-
um cum febre & furore: MANIA autem
rectè definitur, quod sit delirium cum fu-
rore, sed sine febri.

XVIII.

Intensissimum insuper frigus, quamvis denudati incedant, jejunia, verbera & vulnera sine noxa sensibili tolerare possunt, in tantum, ut s̄pius rationibus Physicis relicitis ad incantationem confugere vidas Medicos, quasi verò non manifeste satis in promptu sint cause: deficit ergo sensus (i.) quoniam impressiones foris factæ obstante nimia spirituum commotione ad commune sensorium non deferuntur. (2.) Cùm MENS ab internis nimium sit vexata, foris advenientibus auscultare nequit, quod illi testantur, qui profundis meditationibus dediti campanæ sonitum vel alterius verba eos alloquentis non audiunt.

XIX.

Propter poros cerebri à sanguinis & spirituum ferocia valde dilatatos atque

à crassis particulis occupatos oritur dolor capitis, & cum spiritus & animales cerebrum contiauò satis fortiter inflent vigilæ contumacissimæ. Super hæc aliaq; Phænomena consuli possunt *Lectiones publicæ Dn. PRÆSIDIS in praxin Chymicam Hartmanni.*

XX.

Præmissis & examinatis Phænomenis, restat, ut paucis etiam ipsius Affectus causa proxima ventiletur nō solùm, sed ut remota quoq; in scenam introducantur, ubi euidem in varijs hactenus in Medicorum scholis itum fuit sententias, quas tamen omnes sub examen revocare animus in præsentiarum non est, sufficiat, si eam saltē, quæ p̄r̄ aliis plausibilior videtur, attigero, dum nempe igneam Spirituum accensionem à calida cordis & cerebri intemperie cum maligna quadam conjuncta qualitate productam accusant; verum, cùm ipsi nesciant indicare, in quo illa spirituum accensio consistat, nec non calidæ viscerum intemperies non entibus jam pridem sint annumeratæ, quid? quod etiam nulla ratione ostendi possit, quô pacto MANIA per hanc causam sit explicanda, eam ceu insufficientem rejicimus, ex superioribus abunde edocti, MANIAM proximè oriri à spiritibus animalibus valde irregularibus, summe agitatis & crassioribus, ex sanguine motus ordinarii terminos transiliente generatis.

XXI.

Sanguinem autem in inordinatum illum motum facile abripi posse vel inde liquet, quoniam in Subjectis Maniacis ut

plurimū deprehenditur Melancholias h.e. multis particulis fixis prægnans, cui fermentum aliquod acidum, volatile tamen confundatur, facile turgescere incipit, sit hoc, quando à sanguinis & humorum viscida, glutinosa, grassa, vel aliâ quādam intemperie tubulus unus vel alter in parte aliqua solida obstruitur, quā positâ partes à tergo in sequentes & ad illum tubulum obteratum alluentes, ulterioris progressus nesciæ restagnant, atque sepimentum juxta se constituant, quō facto ipsum fermentum motu particularum progressivò intestinum verso paulatim exoritur: quod si nunc quoad causas remotas certa quædam materia subtilis ab astris in hæc inferiora spargeatur, poros hujus fermenti collecti undique penetrans, illud ipsum secum rapitatque è tubulo excutit, quod medianis humoribus circulantibus per vasa lymphatica sanguini communicatum tales inordinationes in cœconomia animali excitare potest, conferatur cicatum *Collegium in Timeum à Bülden-Klet.*

XXII.

Res alia n. n. quoque inter causas remotas locum sibi vendicant, & sèpius viam ad MANIAM sternere solent, aër videlicet impurus & vernalis, unde MAGNUS HIPPOCRATES Sct. 3. Aph. 20. dicit, Vere sunt insanæ; Nimia & frequens vinigerosq; ingurgitatio, corporis exercitia vehementiora, animi Pathemata, ira in primis, quæ in sc̄ brevis furor dicitur, quatenus melancoliam cumulant, sanguinem valde commovent, spiritumque furorem augent, vel fermentum olim collectum ex tubulo expellunt.

XXIII. Qui-

XXIII.

Quibus ita enucleatis SIGNA quoque contemplanda veniunt. *Diagnostica ex accentu Phænomenorum consideratione patet*: quantum ad *Prognostica*, *Affectus propter nobilissimam partem affectam est gravissimus & sapius incurabilis eoq; peior evadit*, si sensuum ab illo spirituum impetu sine lege moveatur & instantum vexetur, ut fibrillæ, quibus suspensum est, rumpantur; sic enim nullam in ratiocinio habet connexionem mens, adeoq; delirium est perpetuum; interim tamen spes curationis affulget, si Symptoma sint mitiora & cum risu conjuncta, quia spiritus facilius in ordinem redigi possunt. *HIPPocrates* Sect. 2. Aph. 2. hoc instituit Prognosticon, ubi delirium somnus sedavorit bonum; & Sect. 6. Aph. 21. Si insanis varices & hemorrhoides supervenerint, sit solutio morbi.

XXIV.

CURATIONEM paucis subjungere necesse nunc est, quæ in eo consistit, ut sanguinis & spirituum motus nimius inhibeatur, quod felicius fieri, si somnus statim concilicetur exhibito landano liquidib; ubi simul conductet imprægnare aërem particulis ex *Opi* emanantibus, camphoram accendere, quia hæc ratione sanguinis impetus compescitur & Spiritus dissipantur: tempora inungi possunt *Unguentum popul.* vel *Opi papav.* ipsum *Opium* cum effent. *anagallid.* & *hyperic.* ad gr. j. vek iij. præscribi potest, ne ex nimia dosi sopitis fermentationibus mors inducatur. Deinde generosum erit remedium V.S. quæ in brachio instituenda aliquoties reiterari potest, illa enim pristinus

motus & fermentatio sanguini concilia tur, unde *RIVERIUS* ex *PLATERO* refert, innumeros illo remedio curatos fuisse à chirurgis & aliis, qui ex professis hisce morbis curandis operam dabant, qui vigiles imò sexagesies venas aperie bant.

XXV.

VOMITORIA magni quoque sunt facienda, quoniam sanguis eorum usum partium excrementiarum infarctu liberatur: convenient illa, quæ ex *Oio.* *Glo.* & *Hellebore* albo parantur ∇ bened. *Rulandi* *Olum album,* *R Hellebori* albi. Ne sanguinis fermentatio augeatur, purgantia validiora exulare debent.

XXVI.

Cæterum in sanguinis fermentatione fistula in usum etiam vocari possunt *Lapides pretiosi;* *Spiritus acidi;* *Oli;* *Oris* & *omnia chalibecata.* Pro specifico Medicamento in MANIA laudatur *sanguis asininus* retro aures extractus, cuius analogia in eo consistere videtur, quod gaudet *Theta* volatili, Acidum illud volatile destruens, vel etiam sanguinem ad dia phoresin disponens. *D. MICHAELIS* in Collegio Prædicto in Jonstonium illuminata præscribit: *Re. Linteum sanguine asini justo tempore imbutum, pone in s. q. ∇ anagall. & f. hyperic. donec ∇ tingatur. S. Schweiß Eranc auff etlich malz quo solo se Maniacum in aula Altenburgensi curasse profitetur.* *HELMON TIUS* *Tract. demens idea submersionem in ∇ commendat.* Quod si tandem omnia in casum adhibeantur, *Transfusio sanguinis* *vizulini* vel *Horowitz senties* proponenda est adstantibus & Amicis,

que

que forte efficiet, quod Medicina præstat nequit, vide Mercklini *Tractat. de Transfusione sanguinis*, varia pro & contra suppeditantem argumenta. Plura medicamenta indicationibus satisfacientia exhibet Hodegus Medicus D. GIESWEINIL.

XXVII.

Uſus ſex rerum n. n. nec non victus ratio hinc inde apud praticos ſatis pro-

lixe tradiuit, ut non opus sit diu ill's inhaerere, ſcrio tamen inter alia fugienda eſſe puto aërem turbidum, cibos fermentativos, carnes ſpas & fumo indu-ratas, vini uſum frequentem, animi pa-themata, & ægros potius blandimentiſ ſe demulcendos, quod edocemur ex-empli Saſli Regis Iſraelitarum, 1. Sa-muel 8. Atque hic eſt tener ingenioli de MANIA foetus, Deo pro concesſa be-nedictione gratias ago immortales.

DISPUTATIO XV.

De

STUPENDO AFFECTU,
CATALEPSI.

RESPONDENTE.

JOHANNE JACOBO MISLERO Giessensi.

§. I.

Aetas hodierna, quamvis ferè ultima videatur mundi ſenecta, fervorem tamen plus quam virilem animumque diſcendi cupidum ostendit in hoc, dum curioſa totaque ex-perimentis dedita, in colligendis quoq; obſervationibus ac ipſius naturæ phænomenis juxta modernorum ſolidè jaſta funda-menta intimè rimandis ac reſol-vendis occupatissima deprehenditur. Profecto Arti Medicæ exinde tantum accedit augmentum, ut ad ſumnum penè perfectionis fastigium eam nunc perve-niſſe meritò dixeris. Non equidem iſi-rias ire autum, habuisse & Antiquitatem

fua tempora, in quibus egregio conatu arcana naturæ rimari coepi-ent: Tanta tamen cum difficultate rem hanc à non-nullis aetam fuſſe Neotericorum non-nemo exiſtimat, ut multos, neglectā ſub-limiori ſapientiā, tædiosis inanis glorie captandæ gratia iuſtitutis altercationibus & tempus & bonam mentem perdiditſe palam proſiteri non erubefcat, de quo aliud etiam & ſuminus quidam conque-ritur Medicus. Verū enim vero fit fides penes Authorem, meum non eſt tale de Antiquitate ferre judicium, qui mihi ex veterum lectione plura promitto; legat interim hoc de negotio, qui velit, Francisci Bayle diſſertationē Apologeticam;

Stat

Stat certè in omne seculum, mundū regi
opinionibꝫ, quapropter & ego non potui
nō indeducendo & explicando rarissimo
ac admirando capit̄ affectū Catalepsī
Neotericorū insistere vestigiis, cuius verā
causam ex illorum principiis eruere me-
cum constitui. Quod ut feliciter fiat, be-
aedic conatibus meis benignissime Jesu!

§. 2.

Nominis quod attinet investigatio-
nem, cūm Medici jus, pro lubitū sumen-
di verba affectibus imposta, sibi vendi-
cent, circa ejus evolutionem primò in
limine ad nauicam usque multa disqui-
tere meritò supersedeo, tum quod Lex-
icographi circa hoc negotiuin fatis pro-
lixi reperiantur, tum etiam quod illis,
qui inter Medicinæ tyrones stipendia faciunt, tritum sit & familiare, quid no-
mina affectibus humani corporis impos-
ita indigitent: Accedit monitum cele-
berrimi Renat. Des Cartes princip. part. 1.
§. 74. non debere nos circa verba magis,
quam rem versari. Alias verba vim fa-
ciunt rebus; Et quantum intersit con-
ceptus nostros verbis non alligare, egre-
giè probat Belgii illud Decus Dn. Doct.
Heidanus in celeberrimo Tractatu de
Origine erroris Cap. 2. p. 38. Itaque ut ego
felicius ad veram hujus morbi cognitio-
nem perveniam, methodo analyticā
phœnomena Catalepsin concomitantia
recensebo, ac eorundem causas ad ocul-
lum demonstrabo, ut sic tandem & effe-
ctus per suas causas explicari possint.

§. 3.

Dicimus autem hominem Catalepsī
correptum cūm cætroquin sanus omnes
corporis partes in eo servat situ, in quo
irruente insultu illo stupendo detine-
bantur. Oculi nempe sunt aperti &

velut accuratius quid intuituri unum in
locum defixi. Rigent palpebræ, pedes
ad ambulandum sunt compositi, manus
ad excipiendum vel digito aliquid inten-
dendum exporre&c;tæ. Et quis omnes
illos situs describet, quos vix pictor peni-
cillo adumbrabit? Statuam vides atto-
nitam, vitalem tamen, quod ex respira-
tione & pulsu satis appetet: Illa enim
manet integra, hic sanorum ferè similis.
Calor ad tactum satis vegetus. Non raro
post paroxysmum recordantur omnium
quæ ab adstantibus acta fuere.

§. 4.

Priusquam ulterius progrediar, operæ
premium erit pedem paulisper figere, & ex
Oeconomia animali quædam repetere.
Notum est hominem ex duabus consti-
tutum esse substantiis, una corporeâ seu ex-
tentâ, & materiali, brutis etiam communis.
Altera cogitativa & immateriali. Quoad
extensam seu corpoream advertendum,
sanguinem in cordis thalamis elaboratum
& rarefactum, cō prorsus modo, quem
Excel. Dn. Praes annotavit in Colleg. publ.
Disp. 2. Nec non in Collegio privato in Tē-
mann à Güldenklee / Statim è sinistro
ventriculo prorumpere in arteriam ma-
gnam, ubi partes quæ maximam habent
activitatem crassiores, minus subtile, &
quasi torpidiores antevertunt, & per ra-
num ascendentem aortæ in arterias caro-
tides & cervicales, quæ in minutissimos
surculostotum per cerebrum dispergun-
tur, & in innumeræ propagines plexum
choroidis constituentes desinunt, progre-
diuntur. Quamprimum partes illæ san-
guinis subtilissimæ è vasis extillarunt &
libere intra cerebri substantiam & præci-
piè, ventriculos interiores discurrent,
spirituum animalium nomine veniunt.

t

§. 5. Porrè

§. 5.

Porrò ipsum cerebrum glandulosum est, & filamentatis, non aliter ac linteis, sibi mutuò intertextis, constat, quarum multe extremitate altera in superficie concavam ventriculorum cerebri, altera verò aut maximam partem in cerebri desintunt circumferentiam, & meninges, aut per cranii foramina egressa, & tunica singulis eorum fasciculis communi involuta, tubulos nervorum, ad varias corporis partes protensos, constituant. Harum fibrarum unumquemq; testem oculatum esse posse, qui in disiectum cerebrum aciem visus etiam nullis perspicillis intervenientibus conjicere velit, egregie demonstrat *Excellentissimus & Experi-entissimus Dn. D. Craan. Academ. Lugdun. Prof. Celebratissimus in Disput. de natura hominis.*

§. 6.

Altera substantia, quam immateriale esse superius diximus, Nihil aliud videatur esse quam cogitatio, quod essentiale attributum ipsi manet, etiam eo ipso quo se esse quis dubitare vellet, ita ut merito ejus essentiam in cogitatione ponant ex Augustino recentiores, ad quam intellectus perceptiones, & voluntatis pertincent propensiones.

§. 7.

Quam tamen opinionem potius pro hypothesi hâc vice ponimus, aliisque defendendam extra forum medicum agentibus relinquimus, aliud quid intendentes, nempe quod hâc substantia cogitans intime unita sit sensorio communis, quod est glandula, in cerebri meditullio sita, ob figuræ adumbrationem Glandula pi-

nealis seu Conation dicta, de quo vide illustris *Des Cartes Tractatum de Passione anima*; ut & Epistolas aliquot ejusdem: lib. 2. Epistol. *Claubergium de con-junct. mentis cum corpore: de la Forge, Le Grand & alios*, qui circa hoc negotium accuratè legi merentur.

§. 8.

Commercium autem mentis cum corpore consistit in eo, ut aliquæ corporis operationes dependant à cogitationibus mentis, & è converso aliquæ cogitationes mentis fiant dependenter & occasionaliter à motibus ipsius corporis, quaæ unio etiam non cessabit, quamdiu is qui ea inter se conjunxit, Deus T. O. M. sine corpore motus & operationes suas cum dependentia à cogitationibus mentis producere, & mentem exercere dependent cogitationes suas à motibus corporis.

§. 9.

Quæ cum clare & distinctè percipi posse confidam, non possum diutius assensum cohibere, quin opinioni huic astipuler, præsertim cum aliorum sententiæ de sede ipsius animæ sufficientibus ac ponderolis rationibus in allegatis Disputationibus *Celeberrimi Dn. Doct. Craanen* accuratissimè refutata suadeant, non aliam conjunctionem concipi, aut in Scenam introduci posse.

§. 10.

Ipse quoque Sensorii communis situs in illâ scilicet parte, ubi à Spiritibus animalibus in æquilibrio constitutis undique cingitur, omnemque motus impressionem, & quidem indifferentem, i.e. in omnes partes tendentem, aspiduò recipit.

recipit, majorem huic doctrinæ affundit lucem: Imò substantia ejusdem, magnitudo, Figura, proclivitas & dispositio ad motum, atque ipsam adeò spirituum determinationem, prorsùs evincunt, Glandulam pinealem esse immediatam animæ sedem. Quæ omnia pluribus ingeniosissimè pariter ac fidelissimè tradit modò laudatus *Dn. Doct. Craan, in allegat.*
Disputat. Et præcipue Disp. 8.

§. 12.

Quamdiu itaque conjunctio illa inter mentem & corpus manet integra, tamdiu hominem vitibus corporis & animi constanter gaudere videmus, imò omnes actiones legitimè perfici deprehendimus. Quod si vero fortè fortuna machinam quandam humanam apertis assidentem libris, defixis in eum oculis, & digitis calamum premeat, tanquam literas formare vellet, deprehendamus: Aliam vero in patinam porrecto brachio, ipsisque etiam dapibus prehensis inhiantem; Aliam gressus movere intendentem, ut jam progressura credatur, membris tamen in eodem situ perseverantibus, conspiciamus. Commerciū, hoc mentis cum corpore injuriam quandam pati, actionesque insigniter ladi, talemque Catalepsi correptam esse tecum inē cludimus.

§. 13.

Nullam autem aliam ob rationem subitaneam hanc mutationem ejusmodi corporibus induci posse statuimus, quam quod Spiritus animales æquali quidem copia motusque vehementia influant in membra, versus quæ erant determinati ante invasionem hujus mali, quam determinationem non mutari, durante Pa-

roxismo, ingenuè proficitur *Dn. Doct. Craan, in Disp. sapius alleg.* Et quidem propter Glandulæ Pinealis in uno vel akero latere obstructionem. Ipsi vero musculi contrahuntur & breviores sunt, ac extremitates illorum proprius ad se invicem accedunt, dum humoribus circulantibus, intumescentibus arteriis, per illarum poros, pro nutritione corporis præstanda egressis, repleti, Spirituum animalium, magna in copia accurrentium, impetuolo motu prorsus distenduntur, & latera eorum ad se invicem deducuntur. Unde musculi in longitudinem pristinam extendi non possunt, nisi expressis jam humoribus circulantibus, ac ipsis adeò spiritibus animalibus maximam partem elapsis.

§. 13.

Propter eosdem humores circulantes, velocius motos in musculos oculorum, & palpebratum vasa, animalesque Spiritus, magna in copia ingruentes, Oculi aperti & stabiles, Palpebrae vero rigentes deprehenduntur.

§. 14.

Respirationem adhuc integrā & illasam esse, confirmat costarum & ipsius abdominis elevatio, unde colligere licet, Sanguinis circulationem adhuc vigere, & Spiritus sufficienti in copia in organa respirationi dicata transmitti.

§. 15.

Pulsus naturali similis manifestè comprobat, nullam intemperiem latere in Sanguine, ejusque mixtionem illasam esse. Eundem etiam in cordis thalamis legitime effervescent, & fermentari, perque ipsos pulmones inoffenso pede cir-

culari, libera edocet respiratio, de qua in præcedentiparagrapho; Spirituum quoque animalium uberrimum proventum pulsus legitimus & naturalis designat, cum enim pulsuum ter vel quater milleni una horâ in quibusdam hominibus, & plures adhuc obseruentur, teste illustri Bartholino in *Anatom.* p. 376. Spirituum animalium in cerebro continua erit copia. Et hâc ratione mirum non est, quod durante eadem determinatione ab anima, instar statuæ aut Marpesia Cautis maneat immoti ægri.

§. 16.

Partium deniq; corporis sufficiens ad tactum calor, qui in Catalepticis superstes remanet, Sanguinis activitatem & vitalitatem, & Spirituum animalium abundantiam satis superque indicat, vide Broekhuysen *Tract. de mente & corpore.*

§. 17.

Præmissis nunc phænomenorum easis, de ipsius affectus causâ quedam propoundenda sunt, in varias enim hâc itum est sententias, in quibus recensendis & maximam partem refutandis valde occupatus est & prolixus D. Tappius *Tract. de Affectibus capitis.* Vulgatissima ferè nostrâ hoc tempore adhuc est opinio, in Spirituum animalium menti inservientium congelatione consistere causam proximam, qualē Spirituum congelationem nunquam posse dari, solide ostendit Excellentiss. Craan *Disput. 6.* Confer Broekhuysen in *tractat. de allegato, & Diff. Majoris de Fulmine tactis.*

§. 18.

Dicimus itaque solidioribus muniti nationibus, quod causa immediata con-

sistat in sensorii communis unius vel alterius lateris obstructione, prout videre est, §. 12. Hinc valde evidens est, Spiritus animalis in alia atque alia membra non influere, sed eandem illorum fieri determinationem, & sic potest ipsius animæ determinandi animales Spiritus conditionata maximè est, & dependet à situ & dispositione glandula pinealis.

§. 19.

Clarius hæc intelligi possunt, si attenderimus practicorum observationes, quæ ex Catoche correptorum propriâ confessione referunt: Voluntatem movendi membra illis revera adfuisse durante Paroxysmo, sed nec illa movere, nec etiam loqui potuisse. Unde hâc ratione valde evidens fit, non conatum, sed facultatem determinandi Spiritus eo tempore animæ desuisse.

§. 20.

Porrò membra in Paroxysmo adeò rigida in eodem permanere situ, ob rationem §. 12. datam, exemplo valde vulgari declarabo. Vidi saepius quosdam adeò fortiter extendisse brachia, utalii ambabus etiam manibus illa rursus incurvare non potuerint. Nullam certè alias ob causam, quam propter humorum circulantium copiosum influxum, & Spirituum eandem à mente determinationem, quod nemo facile inficias ibit.

§. 21.

Quomodo autem fiat obstructio glandulae pinealis ex supra dictis facile explicabo. Dum enim sanguis singulis cordis

cordis pulsibus ad plexus Choroidei va-
fa propellitur, non potest aliter fieri,
quin in ipsis anfractibus plexus Choro-
idis multæ partes sanguinis crassiusculæ
hæreant, vel faltem ad latera impingant,
unde subsequentes partes sanguinis sub-
tiliores in motu suo aliquo modo
impediti, & quasi reflexi, velocissimè
moventur, & corpuscula illa crassiora
secum rapiendo, vascula dicti plexus
justo magis distendunt, inquè sensorii
poros protrudunt. Veleteriam dum hu-
mores circulantes per cerebrum trajici-
cientes, partes quasdam viscidas & glu-
tinosas secum vehunt, quæ dum con-
venientes poros & spatiæ ubi apponantur
non inveniant, (nam multum situm esse
in corporum etiam fluidorum figuris &
magnitudinibus, *Illustris Boyle observat*)
semper ulterius circulantur, usque dum
ad glandulam pinealem allidentes, po-
ros unius lateris, versus quod feruntur,
obstruunt, & hac ratione vim liberè
determinandi spiritus menti auferunt,
unde quia una eademque fit determina-
tio, spiritus currentes per eadem ce-
rebri vestigia, eosdem nervorum tubu-
los ingrediuntur, eadem objecta menti
præsentia offerunt, & eundem per con-
sequens corporis servant situm. Hinc
etiam *Magnus Helmontius* catochem à
vitiâ animæ sede promanare optimè
monuit, modò verum ei assignasset
thronum.

§. 22.

Causæ remota facilè desumî poterunt
à dispositione & textura corporeâ, rebus
item non naturalibus & præternatura-
libus; præcipue Animi pathemata, quæ
obtinent imperium in totum sangui-

nem, studia & meditationes assiduæ sæ-
pissimè fores huic malo pandere solent.

§. 23.

Hisce ita enotatis, ut nihil penè clari-
us dici possit, de prognostico delibe-
randum est, cumque pars affecta sit splen-
didum animæ domicilium, nemo infi-
cias ire poterit, morbum hunc esse pe-
ticulosum, præsertim cum facile degenerare
consueverit in ipsam Epilepsiam,
& alia gravissima mala. Imò juxta ver-
ba *magni nostri Hippocratis*; quæ cum
exsolutione fiunt Catoche & Aphonie
pernicioſæ.

§. 24.

Ad curam nunc accedere necessum
erit, & in id saltem omnes nervi inten-
dendi, ut obstructio conarii referetur,
& pars conjunctionis sublata redintegretur. Quare spiritus animales variis
adhibitis externis remediis officii sui
admonendi, & ad' varios eosque fortio-
res corporeos motus menti repræsen-
tandos ciendi & irritandi sunt: ut hâc
ratione glandulam pinealem partim in
latere obstructo alacriter commovendo,
exuvia in poris obstructis latentes ex-
citantur; partim etiam in latere ob-
structo propter vehementiores sensuum
externorum deferendos, motus prom-
ptiores redditi, claustra perrumpant, &
obstructionem si non statim, successivè
saltem tellant, mentique pristinam suam
restituant libertatem.

§. 25.

Ut itaque spiritibus animalibus alium
validiores motus obeundi instinctum
versus ipsam mentis arcem conciliemus,

valde prodesse poterunt fortis corporis commotiones, frictiones adhibitis calidis & asperis linteis ; pilorum quoque tractiones & vellicationes ac pectinaciones non raro expectationi satisfaciunt.

§. 26.

Canteria etiam actualia in usum vocanda sunt, quæ potenter operantur, ubi omnibus palmam eripit moxa, quæ vertici ritè applicata, præsentaneum est remedium in Catalepsi, Epilepsia, Mania, & præsertim in podagra, quod experientia non solum, sed & solidissimis rationibus demonstrat. *Experientissimus Dn. Geilfusius, Archiater Nassovicus Meritissimus, Cognatus meus Honoratissimus in egregia sua de Moxa Disputatione:* neque propterea ejus usum exolum reddere debemus, quod forte in uno vel altero expectationi non satisficerit, si enim cautelæ quoad applicationem hujus remedii, & convenientem deligationem rectè fuissent observatae, quod in aliis, qui utilitatem hujus Cauterii experti sunt factum, nunquam inflammationem supervenisse persuasum habeo.

§. 27.


Cæterum organis sensuum fortiora objecta sunt repræsentanda, oculis copiosi radia luminares objiciendi, ori infundenda sunt spirituosa, ut Elixir vitæ

Marthiol. Aq. Anhaltina sp. C. C. sal volat. ejusdem. Naribus admovenda graycoentia, ex Afa fœtida, Castoreo, item Balsama varia, sp. salis armoniac. salsus in vitro angusti colli ab aliquo adstantium fieri possunt, vel cum gossypio applicari potest. Aures verò vocationibus adimplendæ sunt, Frictiones quoque cum aquis spirituosis variis valde conducunt, & humoribus circumstantibus nimia in copia in artus irruentibus, & quasi stagnantibus, placidum iterum conciliant motum. Idem præstant penetrantes spiritus, spiritus urticæ minoris, formicarum, convulsivus, qui in soporosis affectibus nunquam satis laudari potest. Tinctura Castorei, & varia alia medicamenta externa, quæ ex Hedio Medico Giesvveiniæ passim deponi possunt.

§. 28.

Extra paroxysmum ad præservationem quam maximè requiritur accurata mediocritatis observatio circa res non naturales; Ante omnia autem æger sibi caveat ab animi affectibus vehementioribus, meditationibus profundioribus & studiis intentis. Quæ omnia apud Practicos ad satietatem sunt definita, sit itaque hic Disputationis nostræ.

F I N I S.



DISPU-

DISPUTATIO XVI.
DE
E P I L E P S I A;
Von der schweren Noth.

RESPONDENTE

JOHANNE Dindgreue/ Quakenbrugensi.

§. I.

Contemplanti mihi diversos morborum insultus, quibus economia in corpore animalis labefactatur ac pervertitur, nihil quidem occurtere videtur, ad quod magis obstupescam, quam perverfi illi motus convulsivi, quibus statuam humanam, in tot gyros variisque convolutiones circumagi video; Qui horrendus affectus plurimos medicos adeò in admirationem rapuit, utin morborum etiam explicatione Epilepsiam tanquam basin & fundamentum omnium curationum præmiserint, inter quos non postremus est *Barbette*, quem in laconica hac disputatione fidelissimi discipuli instar imitabor: dum nihil utilius nec dignius me præstare potuisse mihi persuasum habeam, quam gravissimi hujus affectus cerebri incolis infensissimi indolem brevibus proponere. Siquidem hac ex doctrina non solum aliorum morborum curationes deduci possunt, verum etiam indè patescit, quodnam animæ sit in corpus dominium, & quo modo vicissim hoc agat in mentem; quænam etiam sit vis & energia spirituum sive partium impe-

tura facientium, si extra ordinem in tot cieantur motus.

§. II.

Vocatur vero Epilepsia, Germanis die schwere Noth / ab Ἐπιλεψίᾳ prehendo, invado seu corripio; Homines enim, in quos suam exercet violentiam, subito ac confestim prehendit, corripit, prosternit, ac omni motu & sensu privat-

§. III.

Huic morbo variaz imponuntur denominaciones: Appellatur enim primò morbus infantum, qui frequenter ob particulas incongruas, pattum in utero partim vero extra uterum collectas, ab hoc hoste immane quantum patiuntur. 2. Puerilis, pueri enim ob nimiam voracitatem & non servatam diætam se pessime huic effectui patulas præbent januas. 3. Caducus, à casu, nam hoc mórbo laborantes in terram quasi fulmine tacti concidunt. 4. Sacer, ob sacram animæ secundem (cerebrum) graviter affectam: si quidem hujus parti glandula pinealis dictæ mens intimè juncta microcosmum, ut princeps suum territorium, dirigit atque gubernat. 5. Lunatus,

quia

quia juxta lunæ incrementum ac decrementum variasque ejus phases nonnullos invadit. 6. Comitialis, eò quod in comitiis & hominum frequentia plerumque hoc malo corripiantur ægri. 7. Divinus, quoniam interdum quibusdam divinitus in pœnam mittitur; Quamvis alii etiam credant diuinum vocari, quia hoc morbo afflicti futura prædicere & vaticinari possint. Hinc Cl. Bartholius de morbis biblicis statuit, in Epilepsia fortem esse quandam oppilationem. quâ omnes sensus exteriores ita ligentur, ut ab omnibus operationibus cesserent & ferientur, & cum mens aliundè non sit impedita, sed maneat quasi in simplici esse, fieri, ut Epilepticis in paroxysmis futurorum quædam imago obversetur; quod in motibundis etiam observare licet; in quibus non raro anima, corpore penè defuncto, liberius agere videtur; Appellatur denique 8. Herculeus, vel quod Hercules hoc morbo fuerit vexatus, vel quod ejus saevitia ferè sit inexpugnabilis & herculeum poscat laborem.

§. IV.

Sumitur ratione homonymiæ Epilepsia in latiori significatione pro quâvis convulsione, sed impropriè: strictius verò & propriè tantum pro motibus convulsivis.

§. V.

Exhibitâ nominali definitione, jure suo succedit realis: Epilepsia est motus plerumque partium corporis convulsus, cum sensuum tum internorum tum externorum lassione, à lympha acri sumum habens ortum; vel si illa tibi solum placeat, qua antiqua sunt, sisto tibi de-

scriptionem ipsius Galeni l. 3. de loc. Quod sit convulsio omnium corporis partium, non perpetua, sed qua ex temporum intervallis accidit, cum mentis ac sensuum oblesione.

§. VI.

Quilibet in morbis definiendis suo abundet sensu. Nos solis contenti descriptionibus naturam morborum accurate explicamus, quæ descriptiones potius nosologiae & ætiologie, quam definitiones Logicæ dicenda; nunquam enim asseri poterit, nisi forte ab illis, qui adhuc curari volunt, morbos logicè definiri posse, tum quod impossibile sit, tum etiam quod sit maximè periculosum, cum morborum curationes juxta illorum descriptiones instaurantur.

§. VII.

Hujus affectus subjectum primarium sunt spiritus animales, qui nihil aliud sunt, quam subtilissimæ sanguinis arteriosi particulæ, non secus ac spiritus vini in cucurbita in vaporem resolutus, & in alembicum elevatus, elaborata, ut inquit Cl. Tilingius in sua de fermentatione disquisitione medica. Ut enim spongia cucurbitæ imposita solum subtiliores transmittit vini spiritus, crassiores vero remoratur & à transitu prohibet; Eodem fere modo sanguis arteriosus è cordis foco cum effervescentia rarefactus ad caput defertur, in quo spirituose volatiles & subtile ejus particulæ à calvaria ejusque meningibus velut ab alembico intus coercitæ à spongiosa cerebri substantia imbibuntur, ibidemq; ad majorè activitatem evectæ, in nervos, yeluti totidem rostra huic appensa, derivantur; dum

dum interea crassiores sanguinis particulae ab omnimodo transitu prohibitae, partim in cerebri nutrimentum abeunt, partim vero a venis absorpta revehuntur. Spiritus hi summe agiles (§. 7 ad hanc etiam utriusque sive non enim possibile est spiritum stare: iuxta Hippocratem) etiam minimos cerebri porulos inoffenso pede permeant eosque perreptant, unde motus & sensus. Sin vero justo impetu osius exilant, & tanquam equi effreni stimulis agitari copulam suam explodant, tum partes continentes veluti cursum appensum perverso effectaque motu convellunt & lancingant, unde motus convulsivi, ut loquitur Cl. Willis, cuius inopinatum obitum mecum luget universa res publica medica.

§. IIX.

Alii Cl. viri a nobis dissentientes cerebri ventriculos pro primario ponunt subjecto. Alii ejus meatus. Alii propriam ejus substantiam. Ejus corticem alii. Non nulli membranas cerebrum investientes. Sunt qui musculos, tendines, membranas ac fibras pro subjecto agnoscunt. Sed nullum horum rem acutum tetigisse sequentes confirmant rationes: Primo enim haec recensitae partes non primatio ut spiritus animales afficiuntur, sed consequenter ac secundario. 2. Nulli harum partium causa proxima inhæret. Nec denique ulla harum est instrumentum primarium motus & sensus naturalis; Ergo nec sunt nec esse possunt subjectum primarium motus & sensus præternaturalis.

§. IX.

Hujus hostis causa immediata est lympha acris, quæ particulis suis nitro-sul-

phuris spiritibus animalibus sese agglobetantibus pungendo, corrodendo, vellicando, irritando, concutiendo, atque lancingando eos nolentes volentes dissipare & maximo cum impetu instar pulveris pyri accensi in nervos irruere facit, tot horrendorum symptomatum autores. Siquidem haec particulae incongruae spiritibus animalibus mixtae effervescentiam quandam excitant, unde spiritus animales vehementer dilataci & inordinate moti talem nanciscuntur determinationem, poresque cerebri ita aperiunt, ut quaquaversum in nervos explodantur, quæ omnia citra sensum & appetitum fieri posse, à machinis etiam hydraulicis & pneumaticis facile probatur.

§. X.

Chymici sulphur aut mercurium accusantes, ut etiam illi qui causam proximam in sanguinis rarefactione nervorumque irritatione querunt, nobis non contradicunt, sed facile conciliari possunt. Nequaquam vero illi, qui ad occultam quandam & specificam qualitatem ignorantiae asylum configunt, & umbram pro Junone eripiunt, qualem ipse rejicit *Hippocrates l. de morbo sacro*. Ridiculum sane, quod hoc imprudentiae argumento laudem apud cordatores mereri studeant, & cum incautis multorum juvenum animis seduci malint, quam in rei veritatem excusso præjudicio profundius inquirere, & particulis nostris ad sensum etiam manifestis benevolas aures & amicos largiri oculos. Nos sane ex nostra medicina proscribimus qualitates occultas, & omnia

u

circa

circa causas morbificas & medicamen-
torum vires occurrentia per manifestas
explicamus, neque illis auscultamus, qui
erroneis praeceptorum suorum imbuti
opinionibus aliis etiam persuadere co-
natur, quod occultas qualitates non
sanquam commune asylum arripiant, sed
quod ipsa rei natura ferat, ut sacro tegu-
tur involucro. Dum contrarium & ipsa
dictet ratio, & experientia aliud opuscula
supparigas etiam demonstreret.

§. XI.

A credo lymphæ sit immediatè ab hu-
more quodam vel acido, vel austero; Vel
ab acido & austero simul. Humor aci-
dus analyticè resolutus exhibit particu-
las tetrahedricas, quæ quovis etiam mo-
do nervoso generi applicatae, vim suam
acidam exerunt. Austerus vero constat
ex particulis hamatis, quæ semel fibris
infixa non tam facile tolli possunt. Tales
vero humores in Epilepsia prædominari
patet ab effectu & curatione, siquidem
effectus humoris acidi sunt tormenta ven-
tris, dolores abdominis lancinantes, sin-
gultus, vomitus & ructus acidi, præcor-
diorum anxietas, lipothymia, syncope, &
convulsiones. Austeri vero suffocationes &
constrictiones hypochondriacum & organorum respirationi dicato-
rum, quæ omnia in Epilepsia obser-
vantur & per solam particularum figura-
ram &c. explicari possunt.

§. XII.

Utenim in automatico horologio
formâ essentiali integrâ & perfectâ exi-
stente omnia accurate fiunt, adeò ut do-
cissimi etiam hominis industria illa imi-

tarinequeat. E contrario aliquâ saltem
mutatione accidente, perversi carentur in
horologio motus: Eodem modô innu-
meri in corpore humano deprehendun-
tur motus, qui omnem excludentes per-
ceptionem à sola partium dispositione
dependent, quâ vitiōsè mutatâ corpus
statim diversimodè perturbatur, & varii
tique tumultuosi partium motus obser-
vantur.

§. XIII.

Ad id vero quod excipitur: omne
simile claudicare, nec naturalia artificia-
libus comparari posse, modos etiam ma-
teriae inefficaces esse; Respondeo *ex ipso
hypotheseos authore*. Verum quidem esse,
quod comparationes, quibus in scholis
uti solent, dum intellectualia explicant
per corporea, substantias per accidentia,
aut saltem qualitatem aliquam per aliam
alterius speciei, haud multum edoceant.
At vero, quia in iis quibus utimur, non
comparamus nisi motus quosdam cum
aliis motibus, aut figuræ cum aliis figu-
ræ, hoc est res, quæ propter tenuitatem
suam sub sensu cadere nequeunt, cum
aliis quæ sub illos cadunt, quæq; alioquin
non magis ab illis discrepant, quam ma-
jor circulus à parvo, contendimus ratio-
nem aliam nullam ab humano ingenio
excogitari posse, quâ monum horum
veritas melius declaretur. Ceterum
modos materiae satis efficaces esse proli-
xius demonstrat *Tassinghoff*; hac vice
monemus saltem, ut cultrum in se do-
mestica, antimonium in se medica, &
nobis dissentientes aspicere velint, vide-
bunt omnem operationem, à sola dis-
positione, convenienti & debito acce-
dente motu dependere. In ipsa etiara
hominis

In omnis formatione, si saltum facere vellimus, quid haec praestent accidentia, ut vulgo vocantur, ad oculum demonstrare possemus: siquidem Cl. Bartholomaeus, cuius authoritas allegatur, nescire se simulat, quod hujus opinionis autores fundamenti loco presupponant, essentialia illa accidentia non agere fortitudinem, sed juxta leges naturae a summo opifice inditas.

§. XIV.

Tandem etiam a curatione particulae istae acidae & austerae probantur. Curatur enim hic affectus per medicamenta acidum imbibentia, & austrum corrigentia, qualia sunt rasuta eboris, oculi & limatura ~~or~~, margaritae præparatae: corallia præparatae: ~~or~~ succini, catyophylli: salis harmoniaci, spiritus salis dulcis &c. Plura qui cupit adeat collegium practicum cedro sanè dignum, præterito anno a preceptore meo fidelissimo disputationis Praefide dictatum.

§. XV.

A causa proxima ac immediata ad remotas progressum facimus, quæ sunt vel naturales, nonnaturales, vel præternaturales. Naturales dicimus esse temporentum sanguineum, melancholicum & pituitosum, ætatem infantum & puerorum. Dispositionem hereditariam & characterem a parentibus contractum.

§. XVI.

Nonnaturales sunt sex res, quæ evitari nequeunt, vulgo nonnaturales dictæ. Inter has agmen & choreas dicit aer, qui corpus nostrum quam facile inquirere potest, præprimis si suum addant calculum cibis & potis, motus & quietes,

somnus & vigilia, excreta & retenta, atque denique animi pathemata, quæ excessu vel defectu peccantia infaustæ hujus solubilis sunt parentes.

§. XVII.

Causæ vero præternaturales sunt morbi prægressi corumque causæ & symptomata, V. G. cephalalgia, vertigo, morborum, tristitia, colica, vermes, succus pancreaticus, lymphaticus, biliosus, non rite sese habentes, lienis & venarum lactearum obstructio, lochiorum, secundinorum ac sanguinis menstrui retentio, vel nimia eorum excretio, item vapores ex hac vel illa parte elevati, quos quidam præter omnem rationem admittere tollunt.

§. XVIII.

Ut in methodicè procedamus, observandum affectum hunc non uno eodemque invadere vultu, sed Proteo mutabiliorum esse: hinc perlustrata causâ remota, progredimur ad differentiam, quæ desumitur a tempore, causa, subiecto & injectionis modo.

§. XIX.

A tempore desumptâ differentiâ alia erit vel hereditaria & congenita; Alia adventitia, recens, vel inveterata. Hereditaria a parentibus epilepticis mediante semine in foetum derivatur ac transplantatur. Congenita ab inordinata gravida dicta suam dicit originem, vel in gravida epilepticum illoc morbo correptum viderit. Adventitia ab externis injuriis, scilicet naturalibus, nonnaturalibus ac præternaturalibus, de quibus ante diuum, edito jam in lucem foetu, oritur. Recens est quæ nondum altas in corpore

agit radices. Inveterata vero contra periculum, hoc est ob particularum quoad motum, figuram ac situm mutationem; & tum adeat continua, capitis gravitas cum oculorum obtenebratione, ac limphaz, quae antea per os, nares oculosque fluere solebat, suppressione. Sympathica est in qua materia peccans in inferioribus partibus sub capite positis colligitur, & ad cerebrum datâ occasione defertur, & tunc cuiuslibet partis affectæ propria adsunt signa. E. G. Si ab intestinis hoc oritur malum, adsunt ventris murmura, alvi obstructio, dolores colici & alia. Si a ventriculo, cognoscitur id ex appetitu prostrato, naufea, vomitu, singultu, cibi fastidio, cardialgia, cholera tam humida, quam secca. *vide Zacinum Lustrianum de P. m. l. 1. obs. 21. Foresterum l. 10. obs. 64. Fernel. cons. 7. Galenum s. de loc. c. 5.* Si à liceo, tumores ac dolores in sinistro hypochondrio, interdum etiam circa lienis regionem sensus ardoris ac inflammatio à cibo in sinistra faciei parte observantur, saepius alii conjunguntur morbi spleneticici, uti scorbuitis, cachexia, scabies, melancholia &c. *de quo Platerus, Horstius & alii.* Si ab utero hac proveniat progenies, id demonstrabunt mensium & clochiorum suppressio, seminis ac foetus mortui retentio, fluor albas & alia. Si enim menstrua non fluant ab utero morbi contingunt, si large superveniant, morbi sunt s. apb. 57. Et l. Coacar. prae not. Salutare est mulieribria non cohiberi, nam inde eveniunt Epilepsie. Si deniq; ab aliis partibus, vesica V. G. pancreata, hepate, renibus, vel etiam ab externa aliqua parte, vel à vulneribus & ulceribus generetur, ex propriis iterum constabit signis, per consensum cerebrum affici. *vide observationes nobilissimi Tulpi.*

§. XXII.

Pro causarum diversitate alia est Idiopathica, alia sympathica. Idiopathica seu per essentiam est quando cerebrum proprio in sinu & generat & foveat anguem, lympham nempe acrem, ab suam intem-

§. XXI.

Subjecti ratione alia est infantum, qui saepissime tempore dentitionis solent fieri epileptici, ob tertiam & septimam conjugationis nervorum vellicationem, & gingivarum inflammationem. Alia puerorum ac adolescentium, quae tamecum ob virtutem robur, sanguinis laudabilis copiam ac alterationes quas subeunt, diu durare nequit. Alia mulierum, quae ex mensium obstructione suum trahit ortum, dum sanguis restagnans putrescit, acescit, & non infimum acquirit malignitatis gradum. Alia virginum ac viduarum juvenularum, que vel ob fervorem quandam venereum, qui satiari nequit, vel ex copia feminis fervidioris in hunc incurunt affectum; Etcum procedunt vel comitantur hoc malum symptomata, quædam uterina, in quibus etiam ipsum uterum dislocari & ad gulam ascendere credunt, cum credulis mulierculis, quamplurimi; Hoc autem impossibile esse ex anatomicis edocemur principiis, ut hactenus in collegio nostroanatomico à celeberrimo meo, Praeceptore Dn. D. Mayo, Archiatro & Professori publico, dexterrim administrato videre licuit: Interim tamen non negamus uteri testes posse inflari & extendi, imò etiam convelli, ut ipsum etiam uterum suum mutasse situm, appareat.

§. XXI.

§. XXII.

Ab invasionis modo alia dicitur primaria, quæ nullo existente vel præcedente morbo incipit; Alia secundaria, quæ aliud subsequitur morbum, vertiginem, cephalagiam &c. Alia periodica, quæ per intervalla certis temporibus recurrat & ægrum periodicè affligit. Alia inordinata, quæ nullas observat periodos, sed nunc citius, nunc tardius recurrat. Alia fortis, in qua præter motus & sensus depravationem stupiditas, simplicitas, fatuitas aliaque graviora deprehenduntur symptomata; lœvis vero econtrà, quæ mitiora habet symptomata.

§. XXIII.

Cum vero cognitio morbi sit crux rationis fundamentum, signis opus habemus, quibus præsentem cognoscere queamus affectum, hæc sunt triplicia: Distinctiva, diagnostica ac prognostica.

§. XXIV.

Distinctiva sunt, quæ Epilepsiam ab aliis affectibus, cum quibus aliquid affinitatis habet, distinguunt: Sic differt quam maximè ab apoplexia, in qua motus non est depravatus, sed potius abolitus, apoplectici enim jacent prostrati cum stertore, sine motu & sensu, sola respiratione manente. Differt etiam à convolutione in specie sic dicta, in qua est involuntaria contractio muscularum versus suum principium permanens ac dolorosa, ita ut membrum evadat rigidum & inflexible; in Epilepsia vero motus convulsivus sunt continui.

§. XXV.

Signa diagnostica partim immanentes, partim vero præsentem indicant paroxysmum: Imminentem paroxysmum

indicantia sunt nervorum motus tremulus, odoris foedi sensus, venarum sub lingua flavedo, lingue motus inordinatus, pallor faciei, aurium tinnitus, vertigo, extreorum frigus, ingenii tarditas, sensuum imminutio, coma vigil ac somnolentum, lassitudo spontanea, moeror, tristitia, dolor capitis, gravatus æquè ac pungitivus, oculorum corruscationes, scintillæ, muscae, ac denique tela iis observantes.

§. XXVI.

Præsentem vero paroxysmum indicantia sunt vel pathognomonica, propria vel comunitia. Signum pathognomonicum in hoc malo est motus convulsivus, posito enim hoc ponitur & Epilepsia. Propria quæ Epilepsia tantum inherenter ac eam semper comitantur, sunt spuma oris, stricta digitorum contractio ac subitus in terram prolapsus. Communia quæ etiam in aliis affectibus observantur sunt dentium stridor ac actatorum collisione, mugitus, clamores, stertor, urinæ, seminis ac aliorum retentorum involuntaria excretio.

§. XXVII.

Prognostica, futurum statum & eventum indicantia, ex certis hauriuntur fontibus, pertinet enim à morbi i lea ac natura, virium robore, parte affecta, actionibus lœsis, symptomatibus, ac denique à juvantibus & nocentibus.

§. XXVIII.

Dicimus itaque quod omnis Epilepsia sit periculosa & curatu non adeò facilis, 1. Propter nobilis affectionem partem, ad quam medicamenta non æquè uti ad alias partes, quia est valde remota, integris viribus penetrare possunt:

u 35

Deinde

Deinde ob concomitantium symptomatum vehementiam. Cum enim una ab alia pro subjecti & cause diversitate, nec non pro vario invasionis modo ac tempore, uti superius docuimus, sit diversa, hinc etiam una p̄t̄ alia erit periculosior, & curatu vel facilior vel difficilior. Epilepsia itaque Idiopathica periculosior est & curatu difficilior sympatheticā, quippe quae regum continuo affligit, & suos sine intermissione repetit paroxysmos, quibus ita cerebri relaxantur & viciantur poruli, ut particulas heterogenas facilimē admittant, hinc lethalis esse solet. Quomo- enim atatem adeptus fuerit morbus, non amplius curabilis est, cerebrum enim eroditur à picuza ac colliquatur. Hippocr. Sympathetica verò curatu est facilior, quoniam haec oritur à partibus in abdomine contentis: vide sis parag. XXI. quibus curatis, curatur & ipsa Epilepsia.

§. XXIX.

Hæreditaria ob cerebri dispositionem à natura viciatam, nullis cedentem medicamentis, tolli nequit, estque incurabili s, ut & congenita, quamvis haec interdum aliquam admittat curationem. Adventitia verò si recens fuerit, quæque altas nondum egit radices; tum intermittens, qua per intervalla affligit; aut denique levis, quæ gravioribus non stipata est symptomatibus, curari potest: nec non infantum, puerorum ac adolescentium; In illis enim virium adest robur & spirituum vitalium integritas, ex quibus spiritus animales regenerari, ac ita pristinæ restituī queunt crasi; In his vero tempore pubertatis fermentum exterium, ac particulae heterogenes Epilepsiam causantes ex cerebro cum sangu-

ne ad partes genitales deponuntur, & simul una cum semine & menstruo profluvio excernuntur. Ad hanc classem quoque pertinet Epilepsia virginum ac viduarum juvencularum, que omnium curatu est facilior; dum unico specifico adhibito, uterum simul respiciente, felicissimè profligatur, quod omnes fere Medici experientiā edocti testantur. Econtra adventitia, inveterata, continua ac fortis difficile curantur & sunt satis periculosæ; nam ut plurimum vel in aliud graviorem mutantur affectum, vel per se lethales sunt. In senibus, ob calidi innati inopiam ac virium debilitatem, spiritus animales semel exhausti ac explosti cum restaurari nequeant, nullam curationem admittit. In juvenibus vero post annum vigescimum quintum exortum ad vitæ finem comitari solet, uti hoc testatur Medicorum princeps hisce verbis sed. v. aph. 7. Quibuscumq; morbi comitiales ante puberitatem sunt, transmutationem habent. Quibuscumq; vero viginti quinque annos natis sunt, his plerumq; commoriuntur.

§. XXX.

Hactenus de iis, quæ ad Epilepsia cognitionem facere videbantur, egimus; Nunc ejus proponenda erit succincta curatio, quæ est duplex; Alia in paroxysmo; Alia extra paroxysmum.

§. XXXI.

In paroxysmo omnis impendenda erit opera, ut abbrevietur, vel saltem mitior reddatur, quod salibus volatilibus & lixivialibus acido contrariis fieri potest. Conveniunt itaque illinitiones temporum, natiū, corporum, nucha ac craniī circa futuras; materiam præbent balsamus vi-

ta. succini, rutæ; Aqua hirundinum, picarum, litorum convallium. Tinct. castorei, ol. castorei, Philosophorū, rutæ. Ex spiritibus, qui meo judicio ob particulas subtileas ac penetrantiores, quibus sunt prædicti, aliis palmam præripiunt sunt spiritus salis armoniaci, fuliginis, urinæ, cornucervi, convulsivus *Dn. Presidis*, quo in & extra paroxysmum vix datur medicamentum præstantius, ita ut à *Dn. Preside* inter alia pro arcana habeatur. Conveniunt etiam suffitius & odoramenta ex graveolentibus quibus spiritus animales reprimantur, v. gr. ruta, asa foetida, castoreo, galbano, pennis pavonum ac perdicum &c. Exempli loco sequentes sint formulæ.

D. Spir. sal. armoniac. sal.
corn. cerv. à 3j.

D. S.

Spiritus Euserlich vor die Nassen zu halten.
Vel:

D. Castor. succulent 3fl.

Rut. recenter comus. p. 1. includantur sydon. & irrorent. acet. bezoartic.

S. Knöpflein daran zu riechen.

Vel: *D. Bals. vit.*

rut. a. 3j.

ol. succin. 3fl. M. D. ad pyxid.

S. Balsam.

Interea dum hæc aguntur, partium extenorū in rectum fiat extensio, & quidem pedentim, non vero vi; nam ossa inde luxata imò aliquando fracta fuisse practici observarunt. Os ægri clausum aperiatur, aperto baculus vel cochlear ex ligno hederæ, vel sacculus ex ruta vino irrigatus, inseratur, ne dentes lingue damnum inferant, illamvè commordeant, tum etiam ut spuma effluere, ac medica-

menta instillari, vel saltē fauces illiniri queant. Instituantur quoq; validæ ac fortiores membrorum frictiones, ligature ac vellicationes. Reliqua V. G. cucurbitulae, suppositoria atq; clysteres, quamvis in paroxysmo indicentur, commodè tamen adhiberi nequeunt.

§. XXXII.

Curatio extra paroxysmum suis innittitur indicationibus. Lympha qualitate peccans temperanda: quantitate vero excedens evacuanda; Pars affecta una cum parte mandante corroboranda ac confortanda: Hisce indicationibus et satisiat medicamenta ex triplici fonte, chirurgico, pharmaceutico ac dietetico, erunt desumenda.

§. XXXIII.

E fonte chirurgico generosa nonnulla depromuntur remedia, circa quorum electionem authores non conveniunt. Nos venæ selectionem, à multis improbatam, ad conciliandum liquori tam vitali quam animali motum ordinarium, in & extra paroxysmum concedimus. Sic Medicus Reginæ Hispaniarum intra sex à partu horas ter miserunt sanguinem; quam praxin licet non usitatam fuit ratio, exegit necessitas, approbavit eventus, ut loquitur *Bravo Archistar Aula Regiae*.

Arteriotomiam vero, cum sit rarioris usus, suspendimus: Interim setacea, fonticulos, vesicatoria, cucurbitulas ac hirudines omnibus commendamus. Quod si hæc & alia auxilia parum ad hujus tyranni expugnationem conferrent, ad medicinæ efficacem, unctionem ac trepanationem, ut duro nodo durus queratur cuncus, con fugiendum erit. De quo vide *Severinus de observationibus à Woyglario collectas*.

§. XXXIV.

§. XXXIV.

Ex altero fonte, qui pharmaceuticus est, vi indicationum medicamenta lympham acrem temperantia ac præparantia sunt haurienda, quæ in ordinem digesta sequentes constituant formulas.

℞. Sal. armoniac. chalybeat.

corn. cerv. volat. s. fector. à 3*β*.

fœcul. pœon. 3*ij*. M. f. pulvis.

dividatur in vij. partes æquales D. S.

Corrigirendes Pulver vor & mal/ Mor-
gends und Abends.

Sumatur in sequenti vehiculo.

℞. Aq. cerasor. nigr.

flor. til.

pœon. a. 3*ij*. M. S.

Wasser zum Pulver.

V. ℞ Rad. pœon. maris.

filic.

primul. ver. a 3*β*.

farfaparigl. 3*ij*.

visc. quercin. 3*ij*.

lign. fassafri. 3*ij*.

Herb. betonic.

primul. ver.

epatic. nobil.

melliss. a. Mj.

Flor. anthos.

Tiliæ.

betonic. a. M. S.

rasur. cran. human.

ungul. Alc. à 3*β*.

semin. pœon.

françicul. à 3*ij*. incis. incident.

Infund. in f. q. aqu. chalybeat. per no-
ctem, mane post ebullitionem

℞. colatur. fl. iv. add.

sirup. betonic. 3*ij*.

Aqu. Epilept. L. 3*iv*.

spirit. sal. armoniac. 3*ij*.

M. f. Apozem. S. Frans/cujus singulis

diebus horis matutinis 3*v*. sumantur.

§. XXXV.

Assumptis his præparantibus ac tem-
perantibus, in usum vocanda erunt pur-
gantia: Cum autem humorum vitiosorum
Saburra unâ vice vix evacuari possit,
enemata primas vias eluentia præmitti
debent. V. G.

℞. Rad. bryon.

pœon. à 3*ij*.

Herb. malv.

parietar.

rut. sylvestr.

verben. à Mj.

Flor. melilot. M. B.

lilior. convall. pj.

Semin. anis.

rut. à 3*ij*.

stercor. pavon. 3*ij*. coq. in f. q. aq.
colat. ℞. fb. i. add.

Eleetuar. dicathol.

benedict. laxativ. à 3*vi*.

castor. Dj,

ol. rut. coct.

ainygalar. dulc. a. 3*j*.

vitell. ov. num. j.

Θ gemm. 3*β*.

M. f. Enema.

Quod si ager enemata admittere nolit,
corum loco sint sequentia lenitiva.

℞. pulv. solutiv. Zwölffer. 3*β*.

resin. jalapp. amygdalis subact. gr. iv.
M. f. pulvis D. S.

Laxier. Pulver auff i. mal

Vel ℞. Mann. eleet. 3*ij*. solv. in

Aq. flor. til. add.

cremon. Θr. Dj.

aq. picar. 3*vj*.

sir. de cichoreo cum rhabarb. 3*β*.

M. D. S.

Laxier. Franslein auff i. mal.

§. XXXVI.

§. XXXVI.

Evacuatis primis vits danda erit opera, ut lympha & humores peccantes per purgantia validiora è toto corpore eliminentur. Exempli loco sint iterum sequentes formulæ.

- 2.** Extract. hellebor. nigr. 3*fl.*
resin. Jalapp. gr. viij.
acid. tartar.
castor. a. gr. vij.
ol. rorismarin. gut. iiij.
M. f. pilul. xiii. D. S.
Pillen auff 1. mal.
Vel. **2.** pil. degalban. compos. a. viij.

S.

Pillen auff 1. mal.

Vel. **2.** pulv. mechoacan.Jalapp. a. 3*fl.*

diagrid. sulph. gr. vij.

castor. pulveris. gr. iv.

ol. anis. gutt. iiij.

M. D. S.

Purgier. Pulver auff 1. mal.

Vomitoria quoque hic non sunt con-

temnenda.

2. Sulph. antimon. gr. iv.

cremor. tartar. gr. vij.

M. f. pulvis S. i. oīq. ambers. iiij.

Brech Pulver.

Vel. **2.** Insuf. pulv. emet. correct. 3*ij.* add.Julep. rosar. 3*ij.* M. S.

Brech. Dranck auff 1. mal. ba. ou.

§. XXXVII.

Hicce universalibus particularia sunt subiungenda evacuantia: ut erhina, sternutatoria, masticatoria & gargarismata, in aliorum etiam affectuum curatione occurrentia.

§. XXXVIII.

Præmissis præparanibus ut & univer-

saliter hæ partibus ppter purgantibus, capi confortantia propinanda sunt, ut ter- tia etiam indicationi satisfaciamus: Ta- ka sunt sequentia specifica antepileptica. Radices artemis, antiquæ, peon. maris mens. Jul. colleætæ, valerianæ, acoti veri. Herb. betonica, peonia, majorana, sal- via, ruta, verbena. Flores hyperici, tilia, liliorum convallium, Styrax, myrra, foeniculi, fefelos, anisi, Cardamomini, cinamomum, ac omnia aromata, pre- primis autem caryophylli, quorum sal volatile oleosum spiritus explosos non solum repellit, verum etiam particulas inconguas corrigit. Viseus querulus, Cor hominis violenter mortui, cranium humanum, cornu cervi. Pulli hirundinum, cor vorum qui nondum attige- runt terram. Extrements pavonis, ci- coniæ, que vigunt spiritus efferos. Suc- cimum, castoreum quod omnibus me- dicamentis admiscetur potest; ungula ali- eis, unicorni, corallia, oculi cancro- tum, matgarite præparatæ, quæ alte- rant acidum. Ambra, moschus, zibe- thum, ut & aqua epileptica Langii, An- haltina, cerasorum nigrorum, liliorum convallium, florum tilia, hirundinum, picarum. Spiritus coru cervi, cranii hu- mani, salis dulcis, nitridi dulcis, salis armon, acidi & salis. Elixir vite Matthiolii. Eli- xir Epilepticum Crolli, in quo oleum anisi succinique, aquæ quoque recta & spirituosis mediante alkali salis peoniae & vitrioli fortiter calcinati cum sale coniuntur. Et felix ille qui cum Hel- montio & Sylvio quodvis oleum aromati cum in sal vertere didicit. Tinctura corallorum, succini, castorei, lunæ. Oleum vitæ, succini, rorismarini, ma-

ioranæ, castorei. Conserva liliorum
conyallium, pœoniae, florum tiliæ, hy-
perici. Omnia salia, tam fixa, quam vo-
latilia. Magisterium perlarum, craniæ
humanæ, corallorum, lapidis lazuli, hya-
cinthi, smaragdi, succini, ungulæ alcis.
Pulvis Bezoarticus, epilepticus D. Arnol-
di Marchionis, cum unicornu. Species
contra apoplexiæ cum & sine moschö,
cephalicae, diacubebarum, diambre cum
& sine ambra. Tabulæ ex oleo succini,
daxyloaloes ac denique cinaberis ex qua.
Ci. Crata talem præparat pulverem, qui
vocatur Magnes epilepsia.

Arcanum epilepticum. *Dn. Presidie*
hoc in affectu omnibus antecellit medi-
camentis, & satis laudabile nequit prescri-
bitur autem vel per se, vel cum talis, v.gr.

Bz. Arcan. epilept. pulv. Mantuan. a. **Ge**
M. D. Sain
Pulver aussi l. mal.
Rec. Aq. cephalic. Lang. Zi. 5 ibis

D. S. musum leg. xix
Bosser zum Alten

Wasser zum Pulver;

In hujus arcani defectu sequens exhiberi potest medicamentum.

Rec. *cinaber.* **3*h.*** *zij.* *cran. human. l.* **Δ** *præparat.* *magnet.* *ejusdem.* **3*j.*** *fœcul.* *pæcon.* *lun.* *Collationem.* *lun.* *Quidam* *alii.* *lun.* *lun.*

Magister. coralior.
periar.
Matr. periar. a. gr. xv.
fol. aur. num. xj.
M. f. pulvis S.
ccicicum antepilepticum dos. a gr.

. 3*j.* ad 3*fl.*
 Vel Rec. Tinctur. succin. 3*j.*
 Essent. ambr. 3*j.*
 M. D. S.
 Hauptstirckende Tinctur II. Tropfen:
 auff 1. mal.
 Vel Rec. Spir. secundin.
 ungul. alc.
 fuligin. a. 3*fl.*
 S.

Besonderer Spiritus 7. oder 9. Tropfen auff 1. mal.

§. XXXIX.

Plures adhuc paginæ variis impleri poscent formulis tam externis, quam internis: Verum cum quilibet fundamētis medicis imbutus ex simplicibus superiū traditis pro sua intentione & subjecti diversitate generosa ac pretiosa varia prescribere possit medicamenta, nolo h̄c diutiū remorari; confeto itaque me ad fontem diareticum.

S. XL.

Diæta est vel naturalis, vel vitalis, vel animalis. In diæta naturali cibi sunt moderatè calidi ac siccii, facilis concoctionis & digestionis. Boni succi, ventriculo grati, ac nullis referti humoribus excrementitiis. Tales sunt gallina & earum, pulli, lepores juniores, columbae, agni, vituli.

vituli, perdices atque capones. Continguntur **cinnamomo**, caryophyllis, nunc moschata ac aliis aromatibus & cephalitis. E contrario vitentur cibi frigidi ac humidi, coctu difficultes, flatulentii, crassii, vaporosi ac facilè putrescentes. Tales sunt cæpæ, allia, sinapi, lactuca, raphanus, portulaca, apium, nuces juglandes, poma, pyra ac omnes fructus horarii, legumina, lacticinia, nec non caro porcina, anserina, pasteurum ac anatum. In potu concedenda cerevisia clara ac bene defæcata: quamvis consultius esset à cerevisia & vino penitus abstinere, & eorum loco decoctum ex cephalicis & antiepilepticis ingredientibus substituere.

§. XLII.

Vitalis diæta aëris rationem habet, qui sit temperatus, purus, vividus, si non naturâ talis, arte parandus. Proscribimus aërem impurum, inæqualem, nebulosum, malignum, ut & nimis frigidum, vel calidum; hic enim spiritus tam vita-

les quam animales dissipat, humores accido austeros ac viscidos colliquat, & iusto reddit fluidiores; **Is** verò lympham acrem auget, coagulat, incrassat atque conglutinat, & hoc modo novis & periculis ansam præbet obstructionibus.

§. XLII.

In animali diæta somnus sit nocturnus ac moderatus, ne vitiosis humoribus & vaporibus caput impleatur ac gravetur. Vigiliae atque lucubrationes in longam protractæ noctem sunt fugiendæ; omnes enim humores reddunt acriores, viresque prostrantur. Alvis sit aperta, si cunctetur, emollienda pilulis laxativis, aloëticis, marycostinis, Tartareis & aliis. Gaudium quantum possibile excitandum, ira removenda, & venus pestis instar fugienda, quæ efficiæ non malè parva Epilepsia vel apoplexia vocatur. Tantum! Deo interim Ter Maximo sit laus & gloria sempiterna.

DISPUTATIO XVII.

I. N. F.

CONCILIUM DIÆTETICON RATIONALE

Pro

HÆMOPTOICO,

RESPONDENTE

PETRO BERNARD, Arnetensi Gallo-

Burgundo.

B.C.D.

B. C. D.

§. I.

Hemoptoici leve subinde adhibitâ ope convalescunt, præsertim ubi larga est *āvay-wyn*; extra enim vertitur sanguis, nec subit intus in ipsum parenchyma, à quo introitu puris sputum metuendum. Vidi mus tame s unum vel alterum non sine operoso remediorum apparatu pristinam recuperasse valetudinem; alios verò caput & promontorium bonæ spei jam videntes ex insidijs circumventos suffocatos fatis cessisse. Quāvis enim sanguinis spuitiones (*verba sunt Hippocratis*) juvenibus sint familiares, adeoque huic ætati minus periculosæ, tamē eodem teste sanguinem superne efferti qualisunque sit malum est. Itaque in gratiam *hemoptoici*. Viriperegrini & in flore ætatis constituti *consilium dietericon rationale* impræsentiarum scribam, cum ut plurimum in his affectibus plus valeat diæta quam pharmacia, ipsique *hemoptoici* quandoque securiores sint notis ineptisque remediis, quam in Medicorum (rectius Medicastrorum) fide, iniqüissimam mercedem ex supervacuacuationis mora interdum captantium.

§. II. Inter res autem, ad vitæ valetudinisque conservationem non solum, sed & morborum curationem necessarias, primum locum sibi vendicat *Aer*. Hunc fugiat *Nester*, si frigidus, crassus, humidus aut peregrino æthere contaminatus, vel salibus acidis, acribus, vi corrodendi vel coagulandi præditis, imprægnatus fuerit.

§. III. Nocent venti boreales ex angusto in augustum crumpentes spaciū. Vespertini omnes pectori sunt infensi. Stu-

diosus pius & doctus obiit ex phthisi, mihique vel centies rato morbi tempore conquestus est de vento, cum locum augustum horis vespertinis transiret, olim admisso & ore hausto, ex eo enim tempore cœperat sanguinem spuere, deinde pus. Quippe vasa majora pulmonum magis expedita sunt injuriaæ aeris, quam aliarum partium vasa sanguifera, unde vel citius rumpuntur à fervore, vel saltem sanguis ibidem facilis labem contrahit.

§. IV. Itaq; emendandus & corrigen-dus est *aer*, quoties ejusmodi intēperies & peticuli plena tempora occurrit. Instructo eum in finem luculentio camini igni, ligno juniperino, querno, sagino, vel pini, fraxini, becculae, instentato. Huc suffumigia spectant, usque adeò efficacia, ut *Helmontius* non sine ratione immen-sum doleat, suffumum remedia altiora penè supprimi: excitantur autem vel sic-cis odoris ex styrace, laudano, succino, benzoin, thure, Mastiche, gummi animæ, & quod instar omnium est ligno juniperino, in plenitudine collecto, carbonibus injectis: Vellumidis ex aquis fragrantibus & balsamicis ignito lapidi aspergis, aut in zolipila rarefactis: v.g. Rec. ▽ rosar. opt. lavendul. opt. an. q.v. miscantur exactissime pro suffum.

§. V. Inquinaturaæ effluviis è fordinibus & quisquiliis in angulis oppidorum & urbium collectis, vel è locis paludosis & uliginosis exsurgentibus. Non raro inficitur humano miasmate, ubi videlicet plures homines in uno degunt cubiculo, hinc suademu[n]o[n]stro, ut seorsim in consueta habent, vel in rus abeat, præseruum tempora vernali (*vere sanguinis profusa via*) & autumnali, ad imitationem *Attonii*, scribentis:

266.

*Me quoties mutare locum fastidio cogunt
Transeo & alternis rure vel urbe fruor,*
§. VI. *Cibum commendamus laudabilem, boni succi, facilis concoctionis & digestionis : v. g. panem lilagineum probè coctum sed non omni carentem furfure, quia sic & abstergit, & consolidat; jusculla carnis bubula vel gallinacea, avenacea, hordeacea, oryzata, amygdalata aliaque cum chærefolio, urtica & numularia alterata : rapa, cydonia, poma dulcia, carnem bubulam, vitulinam, leporinam, vervecis junioris, ferinam, gallinas, capones, gallum Indicum, alaudas, turdos, aviculas nemorales & montanas omnes, vivatis aquatilibus. Pedes porocorum, vitiorum & cervorum cum gelatina ex pafulis, amygdalis, nucibus pinorum & pistacii preparatos : pulmenta ex magna Polionica, nec non butyrum cum melle, comedat saepius. Horum seculorum comites perpetuæ sint perdices, quæ omnibus in affectibus pectoris preferenda, præsertim si cum Melico amicè dividantur. Pisces rarioris sint usus, Ubivis exsulent piper, zinziber, acetum : Cibi vero condiantur croco, nuce Muscata, & melle.*

§. VII. Circa sumendi modum monemus, ut cibos moliores, liquidos & intense calidos (quantum ferre potest) illis præmittat. Comedat bis de die; coena prandio si brevior & magis frugalis, aqua semel vel bis in septimana abstineat, eaque vespera & sequenti mane potum theæ largius bibat, ut & mucus stomachalis attenuetur, & totius corporis obstruções tubolorum referentur.

§. VIII. Inter potienda ea saltem concedimus, quæ in vetriculo non facile ace-

scunt; aut acido tum occulto tum manifesto noxiam minantur. Utroque virtus viñ laborat, solo excepto Gallico vel Hispanico generoso, cuius aliquot cochlearia immediate à prandio vel cena concedimus lubentissime. Eadem merentur virgulam liquores vinosi omnes acido volatili contaminati, quo spiritus vini refertur, vulneratis & consequenter hamopoicis infensissimus. Omnium difficulter & rarissime acescit aqua, qua propterç non poterit non Nostro esse proficia, præsertim si cum pane, radice liquorita, vel chinæ, vel sarsapariglia, sassafras, cornu cervi, foeniculo, floribus violarum vel bellidis coquatur. Majorem pro nostro scopo acquirere virtutem, si cum farina avenacea cocta calide bibatur, quo pacto & sitim sedabit & pectus solabitur. Sed cum tenuis ille potus non omnium arideat palato, eligat Noster cerevisiæ, quæ nec recens sit, nec annosa: commendamus autem inter tot cerevisiarum genera Marburgensem, Lignicensem, Bregensem, Hanoveranam, Bernaviensem, Torgauensem, Anglicam; Et quæ nunc inter hastardiū acescit, præ alijs corollam meretur, quâjure superbit Brunsvicensis duplex, nam cum Nautæ lineam sive aquatorem nuperrimè transirent, omnia potulenta, quibus naves instructæ erant, acorem contraxerunt, sola Brunsvicensi excepta, quæ & saporem & odorem servavit.

§. IX. Prolixiori encomio dignum quoque censemus hydromel Polionis Romul's authoritate condecoratum. Hunc centesimum annum excedentem divus Augustus Hospes interrogavit, quanam maximè ratione vigorem illū animi corporisque

risque conservasset ; Ille respondit : *In-
tus Malfo, foris oleo.*

§. X. Bibat Noster ter in mensa ; post coenam ratus : nunquam noctu. Quod si vigilia molesta sint, licet potum vespertinum (vulgò den Schlaf-
trunk) degustare. Potus sit calidus, vel ad minimum refractus & temperatus, omnia enim frigida pectori sunt inimica.

§. XI. Somnus omnes compescit excretiones præter sudoris halituosa effluvia, huic ergo indulgendum. Tempore somni omnes fermentationes sunt fortiores, quamvis noctu ordinariò sint debiliores : Concurrunt calor leeti, & spirituum animalium excursus sufflaminatus. Vigilia non protrahantur ab altera parte in multam noctem ; dormire noctu oportet, vigilare interdiu, contrarium malo fit ægri.

§. XII. Alvus suo quotidie bis vel semel respondeat officio, omnes enim repletiones, ubique sint, sunt hemoptoicis noxia. Sin alvus segnior fuerit, enemate domus, passulis laxativis, prunis vel butyro adigatur ad obsequium : aloetica omnibus male audiunt, utrum jure an ex præjudiciis, decernendum erit in cathedra. Porro si forte Noster fluxum hemorrhoidum antehac expertus est, idem beneficium gratō præstolabitur in posterum animo ; nam fluxus hemorrhoidum hemoptoicorum est anchora salutis & refugium.

§. XIII. Tempore vernali ventilatioriam commendamus venæctionem, quamvis enim non tanti faciamus phlebotomiam, tamen hoc in casu multam nobis ratione præservationis facit spem. Nam sanguine imminuto, vasa pulmonum

minus premuntur, & sanguinem intratermos cohibent. Admittat ter vel quartus in anno scarificationem in brachio : sinistro autem fonticulum gerat.

§. XIV. Sudores quoque singulis septimanis manè in lecto provocare juabit, quo ipso & urinæ profluvium & flatum resolutio egregiè promovebitur, quippe sudores abdomini, vel in ventri præ aliis vaporoso, egregiè convenientiunt. Eundem in finem potum Ihee cum Essentia balsami Indici commendamus, quo vix datur in quamplurimis morbis præstantius remedium.

§. XV. De Passionibus animi notum est, quod nunquam sine sanguinis insolita commotione existant, hinc iis mature frenum erit injiciendum. Modum compescendi feliciter ex auro Renati des Carestratii de passionibus animi additices, quam ex Medico pratico.

§. XVI. Sieuti autem omnia vi exagitoria prædicta hemoptoicis nocent, ita ipse motus concitator, & quo motus fluidorum intestinus augetur, progressivus autem imminuitur, omnimodo fugiens : Vitabit sedulò celere scalarum adscensum, cursitationes, vociferationes, sternutationem fortioriem, sermones longiores : submissè & parum loquendum,

Nam nullus accidens nocet, nocet esse locutum.

Hæc autem ut Nostro prosint, faxit, quod omnia potest, supremum Numen.

— 60 —

8

DISPU-

DISPUTATIO XVIII.
MONITA MEDICA

CIRCA
OPII ET OPIATORUM USUM,

vulgò

Schlaff-Trancf.

RESPONDENTE

PHILIPPO HENRICO CHUNONE, Cassellano Hasso.

I. N. J.

Multa medicamenta, à quibus mīseri ægrotantes salutem expectant, esse instar lupi domestici, ferinam suam noctā occasione exercentis in sanguinem humanum lanienā, cum *Helmontio* nostro per ignem Philosopho, agnosco lubens: Quot enim hic à purgantibus, præpostere & intempestivè propinatis, factas vidi clades, tot opiate infelici exhibitā manu edidisse strages, ocularis fui testis, similium tragediarum non raro spectator, nunquam (*Deo sit laus*) actor. Hinc fortè non sine fructu monita quedam circa opiatorum usum proponentur, ex quibus tandem cautius mercari dissent illi, quibus hactenus infesta generi humano insedit opinio, morborum violentiam citius refranari non posse, quam ab opiatis frequenter propinatis; Tantum enim ab-

est, ut illi rectam servent medendi methodum, ut potius se Deo & hominibus reddant incusabiles, nihilque aliud gloriari possint, quam se morbos quidem curasse, ægros verò obiisse: die Krankheit seycurirt/ der Patient aber gestorben. Nec est quod de artis medicæ contemptu, toties conqueramur, quam non sine luctu hodierno seculo pessundari cernimus, & quæ juxta effatum *Hippocratis* propter ignorantiam eorum qui eam exercent, omnium artium infima censetur: Ratio enim stat præ foribus. Soli namq; Medicinæ nulla poena in rebus publicis statuta est, præterquam ignominia. Verum hæc non laedit eos, qui ex ea copiati sunt.

Itaque in præsentiarum nobis sermo erit de Opatis, quæ sunt medicamenta spiritibus animalibus obicem ponentia, unde cerebrum sublidet, & omnes status humanæ cessant actiones, sola exceptâ respi-

respiratione & pulsu. Ab aliis definiuntur, quod frigiditate suā (non subjectivè semper, sed effectivè rati) calorem & spiritus animales in torporem ac stuporem quasi conjiciant, ne id, quod quovis modo dolorificum est, percipient.

Vocantur alias etiam stupefacentia, somnifera, & narcotica, non Marz, Coctea, ut olim nonnemo jocari solebat: ad quæ certis in morbis ceteris nihil proficiens confugere licuit: Verum hæc lex, à veteribus sancta, nunc adeò vilescit, ut Empyrici, Medici temerarii, & quivis sanguisugæ armata manu in genus humanum sœviant, opia sine discrimine in quibusvis etiam morbis exhibente. Nämpe tam sanctum nihil est, quod non corrumpat diuturnitas temporis, multaque probè à majoribus instituta, tino senectatis vitio deflectunt in turpissimos ritus (liceat sic loqui cum Barclao) & senescentibus legibus juvenescunt delecta, quasi hodierno tempore liberius occidere licet.

Gaudent equidem opia suis privilegiis, nec ego illa de possessione, quam à multis habuere annis, deturbare satago: Sed hoc saltem intendo, ut ipsorum abusum perstringam, & vim deleteriæ cuiusvis à præjudicis libero ob oculos ponam. Ceterum enim est, vim illam somniferam, quam ab effectu multi colligunt, impossuisse quam plurimis; cum opia propriè loquendo non habeant vim somniferam, testantibus historiis medicis, plurimos ab assumptis opiatis statim fuisse factos languidos, pulsu & respiratione ad sensum latens, sedoque facie colorata colore sine ullo etiam soporis vestigio, & clapsis tribus vel quatuor horis vigi-

lantes ex hac vita emigrasse, non viso mortis fratre somno. Et observavi, hoc ut platinum lethale & funestum esse signum, si paulo post exhibitum opium pulsus debilior & respiratio difficilior, nullo subsequentे somno, reddantur: quod in sequentibus luculentius demonstrabitur.

Antequam autem ostendamus, quibus in casibus opia aegro funesta, Medico verò infamia fieri soleant, prius inquirendum erit in ipsorum qualitates & operandi modum. Circa quod negotium aliquot Medicorum sectas deprehendo, quas in tres redigo ordines.

Qui corticem lambunt & saltem in veterum acquiescunt placitis, ut aliis corporibus naturalibus, sic & opiatis suas peculiares tribuant occultas virtutes formæ specificæ proles, à quibus omnes actiones deduci posse auant. Qui rerum naturalium phænomena inquirendi modus facilis quidem est, & cuiusvis captui accommodatus, verum adeò fulvneis & infirmis incedit gressibus, ut istiusmodi principia etiam in lusus abierint, & in theatris publicè spectatorum cachinnis exponantur, quod videre est ex tractatu le Malade Imaginaire comedie représentée sur le théâtre du Palais Royal inscripto. Ubi novis doctorandus in confessu viginti quinque doctorum, sex feplasiiorum, & decem chirurgorum rigoroso subjicitur examini, quem inter alia prius Doctor his verbis alloquitur.

Si nihil dicam dat Dominus Praes. Ettanti docti Doctores, Et assistentes illustres. Tres scavanti Bachliero, Quem estimo & honoro,

Doman-

Domandabo causam & rationem.

Quare

Opium facit dormire?

Huic respondet Baccalaureus.

Mihi à Docto Doctore

Domandatur causam & rationem

Quare

Opium facit dormire?

A quoy respondeo,

Quia est in eo

Virtus dormitiva,

Cujus est natura

Sensus assoupirae.

Datā hac responsione acclamat Chorus.

Bene, bene, bene respondere

Dignus, dignus est entrare

in nostro docto corpore.

Alii qui qualitates vulgo primas ditas nimium venerantur diu int̄ se certarunt de opiatorum naturā, utrum calidā instructa sint qualitate, an verò frigidā? Et cum in Opio quod basis est reperiissent vim stupefaciendi, & effectum frigidum, statuerunt opium esse somniferū, quia sit frigidum. Falsa hæc assertio non parum auxit medicorum audaciam in exhibendis opiatibus, siquidem vix credibile erat, tantum frigus in aliquot saltem granis latere, quod sanitati nostræ exitiosū esse posset. Hos Helmontius prolixius refutat in tractatu *potesias medicaminum*, inquiens: Stupidum sane commētum est, quod somnus à frigore fieret, nec intelligibile, quomodo unicum opii granum sat frigoris in stomacho causetur. Cur amaricat opium? & amaror in scholis prædominans calidus celeretur? Itaq; alterum eligat scholæ est necessum. Nemp̄ vel quod frigus opii non sit excedens, & per consequens opium somnum non faciat per fri-

gus: Vcl quod amaror sit fallax caloris indicium in scholis. Cur enim frigida Portulaca pro suo tertio gradu non est somnifera? Cur manipulus Portulacæ non æquivaler binis opii granis: Cum opulētius frigus sit, ac potentius refrigeret, in tanta particula, quam in tantillo opii.

Tandem alii, iisque non insimili ordinis, videntes opium inflammabile esse, ardorem etiam & sitim ejus usum sublequi, illud calidum esse nō sine ratione statuere; & quia per calorem vim narcoticam explicare nequeunt, necotericorum adjuti principiis ratione & experientiâ vestitis sal quoddam acre opio inesse demonstrant, quod spiritus animales ligandotorū cœconomiam animalem ita turbare possit, ut subtilis spirituum animalium textura morbosè mutetur, & succi nutritiū decēs distributio & valde necessaria *assimilatio in momento inhibeatur*, quo cessante languescant omnia, corpus truncī instar jaecat, & homo se pulchro magis, quam societati idoneus evadat. Ubi iterum *opus est* habemus magnū per ignem philosophum. Ego, dicit, in opio salem acrem soporiferum & amarum olcum invenio, longè ab opii odore recedens, attamen soporiferum: *vide locum supra citatum*. Quod alii per sulphur fœtidum fieri explcant, nec sic quidē male, cum videamus, quam per longinquas spatiā spargi possint exhalationes fœtidæ, & quam intensæ sint (tum sensibiliter per nares, tum insensibili per meatus minutissimos admissæ) liquoris animali, ut non raro animi deliquiū aliosq; graviores cerebri affectus exciteret.

Ut hæc melius intelligantur, notandum: vitam nostram in perpetuo esse fluxū, ejusq; conservationē in perenni succinu-

tritii distributione consistere, quæ ab anima sensitiva & vegetativa, hoc est, li-
quore vitali & animali, dependet: & ut singulis pulsibus liquor vitalis protrudi-
tur, sic singulis etiam momentis totius corporis partibus, præsertim verò fluidis nonnullæ particulæ decedunt, & vel in au-
ras abeunt, vel iterū versus Cor refluent: Hinc necesse est, ut aliæ particulæ in tu-
bulis fluctuantes in perditarum substi-
tuantur locum, siccq; partiū textura actionibus edendis conveniens conservetur,
ubi duos præ aliis deprehendimus moto-
res, spiritum vitalem, & animalem, quorū ille alimentum suppeditat, alter verò per
nervos unā cum succo quodam influens assimilationem expedit, & in nutritionis
negotio non superficiariam navat operā.
Duobus hisce motoribus ritè constitutis omnia pro voto peraguntur, quod si in
unius vel alterius systasi quid mutetur, su-
tritio vel planè tollitur, cum partis nu-
triendæ mortificatione, vel saltem vitio-
se peragitur.

Tale quid ab intempestivo opiatorum usu in œconomia animali fieri, paucis ibimus probatum. Deprehenditur paulò post opium temerè exhibitum frigus ca-
daverosum in universo corpore, quoniam liquor animalis ab acribis opii exhalationibus & lethali afflata aurā in acorem degenerat, & ita figitur, ut vel planè non influat ad partes nutriendas, vel quamvis nutritioni adstet, tamen ob mutatam cra-
sin illam dirigere nequeat. Dum interea vitalis destitutus consuetâ irradiatione & nova, quam semper ab altero adveniente socio acceperat, effervescentiâ deficiente iners redditus in vi sua expansiva sanguinis partes ad se accedere & vel in partibus

hærere, vel segnius versus cor fluere reper-
mittit. Et eum cordis motus maximam partem à spiritibus animalibus depédeat, non potest non ibidem etiam opati fuen-
tus effectus sanguinis rarefactionem impedi-
re, ipsumque cordis fontem perturbare, unde frigus toto in corpore.

Cum verò pori, alias à spiritibus inflati, & tubuli, à particulis expansis dilatati, tunc coéant, aquosiores sanguinis particulæ tardius motæ, antea sub halitus forma excentes, nunc larvâ mutatâ sub specie madoris frigidí prodeunt, & frigidos constituent sudores: Præsertim cum degener liquor animalis acidus sanguinem fundat, & in partes seriosiores præcipitet.

Ob hujus succi nervi influxum fru-
stratum omnes languent partes, oculi tor-
vent, excrementa foent, & totum cor-
pus ab immanni illo hoste immane quan-
tum afflictum cadaverosum spirat odo-
rem: qui foetor ab opii acido in sulphu-
reas agente partes provenit, siquidem o-
mne sulphur in lixivio solutum, ab acido
affuso foetorem acquirit, antea inodo-
rum, quod observatur in præcipitatione
sulphuris antimoniī ex scoris reguli e-
jusdem cum aceto facta.

Soporem non à cerebri pororum ob-
structione, sed tanquam productum à spi-
rituum animalium vel depauperatione vel fixatione oriri, qualis in jejunio con-
sumptis vel immodicis laboribus delassa-
tis contingere solet, observatur, quem somnum appellare nefas esset, cum ægro
potius laboriosus quam fructuosus.

Sanè nisi nutritionem ab aurâ illâ nar-
cotica, quam in glutine volatili valde acti-
consistere conjicimus, primariò frustrari
suppo-

Supponamus, non video quomodo per solam somnolentiam gravissima illa symptomata, quæ opiate excitare solent, explicari possint. Quapropter omnes monentur, ut non tam liberales sint in propinando hoc toxicō, nutritionem remorante, sed ubi vis prudenter agant, quia juxta Hippocratem in tract. de natura hominis. Medicinæ cognitio sapientiæ foro est ac contubernalis: & quis nescit, irreparabile damnum ab opiatibus øconomia animali afflicti, ut vel penitus destruantur, vel postmodum nunquam ad pristinū vigorem reduci possit: testantibus id innumeris exemplis medicis.

Quo verò ad specialiora perveniamus, omnes affectus in specie recensēbimus, in quibus opiate raro tutò exhibentur. Jubenimus autem exulare opium tum in præservandis tum in curandis affectionibus soporis, quales sunt Apoplexia, Epilepsia, Lethargus, Paralysis, memoriae imminutio, vertigo, &c. Cum enim in his alacritas spirituum animalium quam maximè desideretur, videndum ne ab opiatorum usu exoticum induant schematismum, & pensum suum non absolventes systema nervosum omni destruant irradiatione.

Valde quoque in Mania suspecta sunt opiate Helmontio, quamvis enim somnus Maniacis conveniat, talis tamen esse debet, à quo requies expectanda non labor, quia somnus laborem adferens malus, juxta Hippocratem. Narcotica verò dant somnum molestum, hinc rectè Helmontius de Litbia: Errantigitur insigniter, qui maniam opiatis compescere satagunt. Cum omne opiatum sit in se amens, quia amentia nihil præter somnum vigilans.

In visus imminutione & auditus difficitate nocent opiate. Et vidi mulierem cui hemorrhagia uteri extremum minabatur periculum, opiatorum usu in cæcitatem incidisse, nullis cedentem remedii, ratio enim evincit, spirituum lumen non parum ab opiatibus obtenebrari, ut sic inepti ad munia sua obeunda reddantur.

In Phthisi quid narcoticis deterius? pus incrassant, respirationem imminuunt, vires prosternunt, & nihil eorum omitunt, quæ mortem accelerare & vitam abbreviare possint. Clarissimus Timetus & Güldenklee in pleuritide conjugis opium naribus obtulit successu non contemnendo: Sed cave ne exemplo talia audacior factus simile quid vel graviora tentare velis. Duo cum faciunt idem, non est idem: nec cuivis contingit adire Corinthum: Siquidem opium RHOMPHÆÆ typum habet, aut ensis bifidi, quem si incauta, furiosa, aut delirantis manus trahaverit, jugulum petit, herumque confodit: Viceversa qui dextrè eum versare noverit, huic amicum subsidium, certa defensio ac patrocinium futurus. Sic improvidè propinatum, vita & necis solet esse libamen.

In asthmate pituitoso res est periculi plena Opium, cuius usu ætri in suffocationis metum præcipitantur.

Anginx, omnesque febres malignæ, variolæ, & morbilli nuspiam tutò curantur opatiis, & rogo te per amorem Dei, ut in morbo Ungarico, febre petechiali, & similibus morbis illis abstineas: Quomodo quoq[ue] figentibus spiritus vitales & principia ætria ligantibus addimus robur naturæ? Nonne manibus ligatis in-

ducit dantur morbo, ut eò profundiùs sanguini innidulari possit. Et vel solus ille motus contrarius, qui ab opiatis conciliatur, maximam infert vim naturæ, si quidē omnia fluida nobis dormientibus magis versus centrum, quam versus peripheriam, vergunt. Quapropter potius in excubiis standum, & spirituum cohortes ad pugnam incitandi, non ad soporem componendi essent: Neque vigilæ tantū, damnum inferent corpori, quantum tu opiatis tuis imprudenter exhibitis. Et vide ne tibi accidat, quod in actis medicis refert *Illustr. Barthol.* ubi dolore à narcoticis sedato, ægra ab eo tempore correpta fuit vertigine, stupore & imbecillitate capitis, ut hic plus mali quam illuc boni fuerit. Semper ergo cogitandum: Si non potes prodesse, non debes obesse. Et quāvis unus vel alter suam jactet felicitatem, & opiate in his morbis sumno cum successu exhibita esse contendere velit, tamen nusquam tuta fides, & una hirundo non facit ver. *Helmont.* durius loquitur *tradit.* RETENTA; inquiens: quævis avis juxea rostris modulamen vocem edit, loquiturq; quisque de nundinis, juxta atque in iis profecerit. Ein jeder Krämer lobt seine Waar. Si enim eventus parum secundos & infaustos cum prosperis successibus conferre vellemus, hos illi plurimū excedent. Sed terra illosteget, q̄tiam sicco terimus pede: Dum interea felices successus sublimia petunt, & famam auceptantur.

Ipsi ventriculo infestum esse opium, à naufragia & vomitu fidelissimis ejus pedisse quis colligitur. Confirmantur illa symptomata historia oppido rara, quam *Thomas à Wiss* enarrat de viro robusto &

mediocriter fano, qui ab usu opii illico circa ventriculum de gravamine intollerabili ac stupore conquestus intra quatuor horas interiit. Observavunt etiam mecum alii, plurimi opium vomitus excitasse, non sine præcedente anxietate, naufragia & perturbatione, quam brevi post stomachi contractio & ascensus infestus, unde vomitus. Ut enim spirituosa cordialia, quamprimum in ventriculum pervenerint, auram suam vitalem ita explicant, ut omnes totius corporis partes exinde largam vel in momento etiā percipient refectionem. Modo haud absimili spiritus animales & humores ventriculi in villa illa lanuginosa Narcoticonum tincturam virulentam & irritativam imbibunt, à quibus fibrae nervæ, tunica inferiorum contexentes, & hanc crastam sustinentes, illam hauriunt, & ad satietatem impletæ corrugari incipiunt, & fibras carneas superstratas in spasmos ciere. Cum vero spiritus sibi sint contigi, aura talis maligna ad Palladis arcem delata, primò incolas cerebri concutit, post mutatâ systasi ita figit, ut nisi novi advenientes pulsui edendo & respiratione perficiendæ adhuc sufficietes essent, impossibile foret, hominem vel ad momentum etiam supervivere posse.

Ut enim sepius stomachus insomnis capit, luit pœnas, & perturbatis in cerebro spiritibus animalibus, atq; in ventriculi nerveis fibris similem *atægiæ* concipiunt, quod in vulneribus capitis vel cerebri nec non vomitionibus in curru vel navigio vectis manifestò videmus: Sic etiam spiritus animales in ventriculo lacessiti, vel halitu venenoso contaminati,

minati, cerebri incolunis malum comunicare possunt.

Illi quibus alvus contigit seignior, cane pejus fugiant opium. Imprudens quidam sed temerarius chirurgus Clysterem opiatum injecerat viro consistentis ætatis, à quo alvus adeò muneris sui fuit oblitus, ut quamvis tam lenitivis quam fortioribus purgantibus sèpissimè etiam moneretur, raro tamen expectationi satisficerit: Sic incidit in scyllam charybdin vitaturus.

In dysenteria quid præstet opium, ostendimus in peculiari Disputatione de Dysenteria maligna. Quapropter crambem his coctam nauescantes transitum facimus ad literatorum morbos, quos uno nomine affectu hypochondriaco indigitamus. Certè si in aliis prudentiæ & circumspetione opus est, in his quam maximè requiritur, in quibus spiritus animales continuo fluxu & refluxu, innumerisque super glaudulam pinealem ductibus, jam dum delassati variisque anomaliis obnoxii sunt. Siquidem nemo erit, qui nesciat, quot quantisque eruditorum hominum corpora exposita sunt periculis atque ægritudinibus. Dum non unus, non duo, non decem morbi, sed plures doctis insidianter: Multi eorum assidue meditando, legendo, scribendo totumque vitæ tempus studiis ac lucubrationibus terendo, robur suum ita exhausti, ut non pallescant solum, verum miserè tandem contabescant, nec tam labefactando corpus, quam planè absumento funditusq; destruendo liquorem.

animalem pessundent; unde forte non multum aberravit eleganti suâ allusione ille, qui MINERVAM dictam quod MINUAT NERVOS vel spiritus animales seu liquorem nerveum existimat. Alius non minus ingeniosè enuntiat, literatos, chartas sive libros assiduè versantes manu, in viros tandem chartaceos hoc est infirmos atque valetudinarios evadere, & tamdiu literarum invigilare studiis, donec tandem corpus caco-chymicum cachecticumque istius diligentiae merces existat: De quo vide Spiegelii dissertationem præliminarem de prima infelicitatis literaria origine. Et celeberrima Professoris Heidelbergensis Domini Doctoris Franci dissertationem de spirituum noxia. Quæ mala cum à spirituum animalium attritione proveniant, literati potius restaurantibus, & spiritus animales regenerantibus, refocillari debent, quam vel perniciosis opiatibus, vel purgantibus etiam illis colliquativis in majus malum præcipitari.

Hydropico, viro opulento, cuius cura mihi erat demandata, Judæus nequam, Doctor asinus, clam exhibebat requiem Nicolai, & sic non Medicus, sed benefici præstítit officium. Nam ager exspiravit in sopore, & ad veram deductus requiem docuit sapere adstantes, ne illis adulatoribus, quomodo vocabulo notantur à Septalio, imposterum tam faciles largiantur aures.

In hæmorrhoidum & catameniorum fluxu, imò quibusvis hæmorrhagiis opia ta nigro notanda sunt carbone. Si enim in principio fluxus exhibeantur, illū super primendo fiunt lerna malorum: Sin verò expectetur, donec vires sint confractæ & languidæ, tunc eas penitus convellunt, & cœconomiam animalcm ita labefactnatur, ut si non subitanea, tamen lenta subsequatur mors, quam cachexiæ lethales in his casibus satis confirmant.

Infantibus, in quibus spirituum gressus infirmi adhuc & instabiles; tum etiam sc̄enibus, in quibus valde debiles, nocent opiate. Et mallem ut in infantium tenellorum morbis curandis omnimodo ab opiatis abstineretur, cum alia innumera sint, quæ hos morbos debellare possint, de quibus consuli debent *Clar. Sylv. & Doct. Etmüllerus* sille in suo de morbis infantū tractatu: hic verò in valetudinario infantili methodo accuratā descripto.

Quamvis verò multi è Turcis impunè excessus in opiatorum usu ferant, id tamē non de omnibus dici potest, siquidem noctante *Freitagio* opii dévoratores, et si ejus usu rectè valere, & minimè laedi videantur, tamen frigidiores redduntur, eorumque functiones sunt deteriores; Ebrii & torpidi ferè perpetuò apparent, fiunt comatosi, stupidi & inconstantes, modo affirmantes modo negantes: Adeò ut caveant tractare commercia, & cōversationes fugiant, ut etiam in dicterium, convictione non absimile, quod sibi mutuò objiciunt, abierit: *Tu edisti opium.* Non aliter quam cum nostrates alicui temulentiam & ebrietatem exprobrant. Et videtur in regionibus nonnullis humidis, & mari confinibus, tutiùs exhiberi opium, quam

in his ditionibus. Hinc sæpius miror, *Sylvium, Barbote, Deckerum, aliosq; Batavis* tam crebro & in insuetâ dosi exhibuisse, quorum vestigia si quis his in locis terere vellet, brevi suæ audaciæ fueret pœnam, bonæ famæ dispendium. Quapropter omnes adhortor novellos praticos, ne nimium authoritatibus in praxi tribuant: intelligenti satis.

Quod enim opiate in iisdem etiam affectibus non semper eosdem, sed diversos edant effectus, & quare à nonnullis sine noxa fuerint assumta, partim à liquoris animalis & vitalis diversâ dependet constitutione, partim à consuetudine. Illud cōfirmat *Helmont.* in tractat. contrariorum nosc̄ia: dum scribit, sopores tam morbos quam artificiales sive opiatorum optimè debellari per lixivias, hinc si salia lixivialis prædominentur in sanguine, acidū illud opii volatile, sive sal acre non tam facile virulentiam suam exercere poterit, siquidem vis salina potenter infringit acidā. Et hæc forte ratio est, quare incolis loci maritimi de quibus supra dictum opiate largius & tutius possint nonnunquam propinari. Cum enim hi cibis salitis & fumo exsiccati frequenter utantur, non dubitandum erit liquores vitales lixiviale inde nancisci dispositionem, de quo tamen suum cuique judicium liberum relinquimus. Hoc verò Patroni Tabaci proprio exemplo docent evidentius; videmus enim, quam gravia excitet Nicotianæ fumus in non assuetis symptomata, quæ paulatim mitescunt, & tandem planè cessant, quamprimum quis auseverit foco assidere & ignem, Vulcani delicias, devorare. Regionum diversitates lubens silentio prætereo.

An-

Antequam autem dissertationi huic finem imponam, monendum est Lector, quod opiate non penitus è republica medica eliminanda velim, utpote qui non diffiteor, in plurimis admiranda præstissime opium; in quibus colligendis laudandum suscepit laborem C. L. Tilingius in celebri suo de laudano opio tractatu. Et cujus naturam graviori stylo non minus doctè quam accurate descripsit *Celeberr. Jenensium Professor D.D. Wedelius in sua Opiologia*. Novi etiam, quod in justa quantitate cumque aliis circumstantiis aptè congruis exhibitum, nonnunquam sit salutis anchora, quatenus spiritus quosdā efferos debellat, aliosque prorsus extinguit, & animæ sensitivæ nimiam impetuositatem compescit, ut contractior facta velut se intrò subducens quieta jaceat: Pari ferè ritu, ac cum flammæ vehementius erumpentis aquarum inspersio ambitum coercet, & intra limites continet. Verum hæc omnia præstant opiate, quatenus deposuerunt connexum suum virus: Illud verò segregare, hoc opus, hic labor est.

Opium certè est instar numismatis, cuius una phasis angelicam præ se fert faciem, altera verò diabolicam & monstruosam exhibet. Hinc teste *Helmontio felix ille æger*, cuius auxiliator medicus novit lethalia è papavere separare, retento auxilio excitatore potestatis in duumviratu: Alioquin sanè nocuum cum proficuo simul assumentur, unumque impedit alterius profectum. Opiata enim non debent inducere somnum, sed saltē cohibere recessum spermatici & alimentarii liquoris in degenerem & cadaverosum humorem.

Totum autem negotium consistit in hoc, ut scias sal illud acre refrænare & acidum hostile demere; Ergò chymia salutanda, quæ te docebit utile ab inutili segregare, & facile voti tui fies compos, si modo debito & convenienti instructus accedas menstruo. De quo alibi sincerè tecum agit illustris *Langelot*. Tu Lector benevole, si meliora habes communica: Sin minus his utere mecum. Deo Ter Opt. Ter Max, sit laus & gloria in æternum.

DISPUTATIO XIX.

THESES MEDICAE

SANITATIS STUDIOSORUM METHODUM EXHIBENTES.

RESPONDENTE:

JOHANNE WASSERHAUSEN, Fris. Orient.

I,N,D,N,J,C,

I.N.D.N.J.C.
PRÆLOQUIUM.

Fragilis profectores est corporis nostri machina, miserrima ejus est conditio, quamdiu in aquore hujus mundi anticipi velo navigare teneatur. Revocamus jaltem ad animus horrendos illos & indignatos morborum fluctus, quibus immergitur, imo sapè submergitur, nullatio est atas, nullum anni tempus, nullarego, nullum vita genus, quod ipsorum saevitia & indignatione subducere audeat. Miseret me sanè tenebrimortum atque delicatulorum infantū, quos tam misere vexari morbis, quam primum saltē materni uteri clauſtro perrupere auramque vitalem hauriunt, videmus: quid? quod vix nati sapius iterum esse desinant. Usque adeo morborum tempestates omnium atatum ad canam usq; senectutem sunt satellites. Non erit anni tempus, quod non largam secum trahat morborum sequentem, nullum numerabis diem, qui non multorum morborum sit fertilis, vix reperies mundi angulum, ubi non adsit numerosus morborum proventus, quorum prolixus Catalogus à Sene nostro lectione tertia sanguinum aphorism. describitur. Concomitantur morbi longa itinera facientes & ad extremitates Indos navigantes, ingreduntur munissima Martis, imo & ipsa prob dolor! Artis castra, ibidemque devotissimos mūsorum Cultores adorantur, & multoties crudeliter jugulant, quapropter cùm gravissime isti morborum insultus, preprimis quando cerebri mania perfringunt, ac mentis arcem davastant, STUDIOSOS, afficere soleant, operari me non lusurum confido, si protoni ingeniosi facultate exercitisi gratiā sanitatis STUDIOSO-

RUM regimen paucis dmonstravero: Cuius propositio Supremum Numen saveat, supplex rogo:

THE S. I.

Intrigra statua humana fruitur sanitatem suisq; actionibus edendis dicitur idonea, quando sanguis legitimam atque convenientem præ se fert crasin & miscelam, adeo ut nec in vasis abundet, neque etiam, quamvis ex sexcentis juxta Hippocr. constet particulis, vitiosā quadam qualitate ex prædominio quodam hujus vel istius generis particularum sit contaminata, quin potius omnes, quæcunque etiam sint, amicabiliter & harmoniacè ita conspirent, ut nullæ harum præ aliis in sanguine affectent imperium & prædominium.

II.

Quod autem de sanguinis mixtura jam dictum, hoc de ipsis etiam succis & liquoribus fermentativis ex illo generatis, nec non ipsis visceribus intelligi debet, cum nemo inficiari possit, ipsa etiam viscera benè constituta & propriis suis fermentis nobilitata fortis sanitatis esse custodes: Testis omni exceptione major est ventriculus, ex quo radicibus quasi sanitas derivatur & plurimorum affectuum rudimenta in ipso male disposito ponuntur, nam qualis cibis, talis chylus, qualis chylus, talis sanguis, qualis sanguis, talis viscerum totiusque corporis est constitutio; qualis corporis dispositio, talis sanitas.

III.

Quò ipsa etiam partium solidarum structura & fabrica referri debet ad san-

sanguinis & humorum mixturam & crassitudinem non minus necessaria, quando nempe fibre suum habens convenientem tonum, ut nec nimis laxa, nec nimis dura & rigida sint, pori quoque non nimis patuli vel augusti, quae latius extendi possent, nisi ad alia preparare animus jam esset.

IV.

Quoniam autem non una eademque omnibus concessa est sanguinis Crassis & mixtura partiumque solidarum fabrica, sed nunc salinae nunc acidæ, nunc fluidæ, nunc foeculentæ, nunc puitosæ & aquosæ partes in illo eminent & caput extollunt, hinc maxima sanitatis est latitudo ratione etatum, sexuum, temperamentorum &c. adeò ut nullum aerum punctum aut terminum, cuius intuitu sanitatem metiri velimus, praefigere quis possit, abhorret enim natura ab extremo, hinc omnis ille sanguis sanus est dicendus, qui, qualicunque modo etiam sit dispositus, modò actionibus certè etati, temperamento & sexui convenienter edendis sit aptus: Cùm itaque totum ferè negotium in sanguinis convenientis motus & mixture conservatione consistat, conabor circa regimen sanitatis STUDIOSORUM regulas quasdam proponere, quæ non minus utiles erunt aliis etiam etatibus, fuxta quas aliorum etiam ordo facile eu moderari poterit.

V.

I. Multum & drepente evacuare aut replere, aut calefacere, aut frigescere aut aliter quodcumq[ue]modo corpus movere, periculosem est. Nam etiam omne multum (i.e. nimium) natura est inimicum. Quod

verò paulatim sit, tutum est, tum alias tum si quis ex altero ad alterum transcas: dicit HIPPOCR. sc̄l. 2. aphorism. 51. Nam profectò pessimè sanitati consuleret quis, qui ab uno extremo statim vellet delabi in aliud; quemadmodum enim in omnibus aliis fermentationibus, quando per contraria augeri vel immixtui debent, gradatim procedendum est, ne fermentum vel nimis exalteatur vel plane suffocetur & extinguatur, cuius rei cerevisia regnante Sirio tempore fermentationis à materia subtili nimis exagitata, acescens & putrescens evidens est testis, ita quoque sanguis, cuius mixtione laudabili primas in tenua sanitatem tribuimus, si in fermentatione forte peccet, nequaquam vel corrigi vel alterari debet per extremum aliquod, alias enim plus damni quam emolumenti inde sperandum, cuius subitanæ mutationis & exinde sequentium malorum plurima exempla admodum funesta hic adducere possem, sufficiat iam unum vel alterum.

VI.

Multi qui subito aërem calidum cum frigido commutant, catarrhis & defluxionibus corripuntur, quatenus partes activæ sanguinem antea valde exagitantes à frigore externo concentrantur, adeò ut pori propter mutationem illam subitaneam sic constringantur & humores hinc inde restagnantes glandulas serositate adimplicant, vel, qui ex frigido aère calidum subito intrant, facile febrem ardentem accelerare possunt, nam propter repentinam exagitationem sanguinis motus facilimè turbari potest. Platisis citius radices agere non potest,

potest, quam si post vehementer exercitium & nimiam corporis incalcentiam plenaria buccis potus frigidus ingurgitetur; sanguis enim celerimō passū pulmones peragrans à potus frigiditate propter gulę vicinitatem in momento quasi in suo motu retardatur, ut restagner, qui tunc acris & acidus redditus teneram pulmonum substantiam irritatione & vellicatione continuā facile corrodit & exulcerat.

VII.

Idcircò nigrō lapillō notari etiam debet illorum consuetudo, qui tempore extatis sanguine fervente & corpore calido existente influmina descendunt & vehementi conatu corpus frigidā perlant; sic enim in uno momento illā morborum fores aperiuntur, potissimum autem, obstructionibus, febris, atrophiæ, cachexiæ, scabiei, languori ventriculi, colicæ, dolori capitis, memoria tarditati, vertigini, incubo, & sexcentis aliis affectibus à suppressis spiritibus & partibus activis in sanguine indeque enatis obstructionibus oriri solitis.

VIII.

II. **A** Multo tempore consueta, etiam si fuerint deteriora, insuetis minus turbare solent, inquit Hippocr. Sect. 2. aphor. 50. propterā semper aliquid concedendum est consuetudini in sanitatis conservatione, ut ille iterum dicit Sect. 1. aphor. 17. e. gr. si quis cibis durioribus concoctoque difficilioribus longis annis fuerit usus & jam se statim vieti tenuiori & diæta strictiori vellet accommodare, sanitati suæ bene præesse non videatur, quod Westphali & illis finitimi suò

exemplo comprobant, dum victu tenuiori utentes scabiei aliarumque impuritatum fiunt mancipia, quia revera nulla est convenientia fermenti ventriculi & mixtionis sanguiniscum cibis mollioribus: quòd etiam respicit illud HIPPOCR. quando alibi dicit: *Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maximè verò pueris & aliis talib[us] vieti uti consuetis.*

IX.

III. **Q**ui benè valere corpore Medicationes agrè molestæque ferunt, admonet jam sèpius laudatus HIPPOC. Sect. 2. aphor. 37. Idcircò corpus non ita temere purgantibus tentari & exaltari debet, facilè enim turbam in massa sanguinea excitant, adeò ut via expedita sternatur ad febres: ipsa etiam cardiaca & corroborantia haud ita promiscue usurpanda, sunt enim maximam partem valde spirituosa & sanguinem facilè in flamas erumpere faciunt. De stomachicis autem, Alterantibus & balsamicis aliter sentiendum, cum tantum absit, ut noxæ aliquæ sanguinem afficiant, quin potius per intervalla adhibita strenui evadant milites contra tot hostiles morborum impetus; qualia sunt: Elixirum proprietatis Paracelsi, Elixir antiscorbuticum, Succulada Indica, Essent, ambra, Confect, alkermes, Blandiora acida & Alcalica urtrosa parcius tamen sumpta.

X.

Accedo nunc proprius ad methodum conservandi sanitatem STUDIO-SORUM, quæ convenienti sex rerum natura maximam partem absolvitur, ergo potissimum dirigenda erit, ut primariò ventriculi tonus quantum possibile furtus

Tartus testusque servetur, & acidum illud vitale, quod ibi manifestum, in sanguine autem occultum est, religiosius habeatur, ita ne forte à sua dispositione degeneret in ventriculo, neque in sanguine sui juris evadat, omne enim acidum secundum HELMONTIUM extra ventriculum hostile est, quô scopô superatô omnis res invado erit & laudabilis crasis Massæ sanguinæ inde proveniet, nec non spiritus animales tanquam organum mentis principale, & ingenii æ memoriz prænus condus, puri, satis volatiles & nitidi generabuntur.

XI.

Aer idcirco contemplandus, quô pacto nempè STUDIOSIS in usum sit vocandus, hunc autem occultum quandam vitæ nostræ præbere cibum nemo inficias ibit, qui eò saltē respicere velit, quod ne ad momentum quidem sine aura hac vitali superesse possimus, hinc BORELLUS cent. 3. obser. 38. refert, quandam in India Medicorum sectam reperiri, quæ solo afflatus morbos curando aggrediat, ubi exemplum etiam habet hominis per Inspiratum aërem in naribus & fauces ad vitam redeuntes, id quod & ipse privatim Anatomiæ incumbens sum expertus, dum canem omni jam motu vitaque parentem aëre in pulmones inflato in vitam quasi revocavi; ex quo videre est, quantum juris AER nos ambiens & singulis momentis per manifestas & occultas vias inspiratus in sanguinem obtinet, qui maximam partem ab aëre tingitur, ejusque motui facile auscultat,

XII.

Est enim AER secundum CARTE-SILIM corpus valde fluidum & rarus ex particularum tertii Elementi tenuium admodum, & motui materiæ aethereæ facile obsequentium congerie conflatum, hinc Protheo mutabilior esse solet propter diversi generis atomos à polo, solo & salo ipsi communicatas, medianibus quibus nunc calidus, frigidus, humidus, siccus nunc turbidus, salius, venenatus &c. evadit.

XIII.

Auram modo dictis qualitatibus affectam Parnassum ambientem & ab ipsis incolis immoderatè haustam multorum morborum fieri seminium, facile perspicet is, qui Disputationem quintam Colleg. publ. Dn. PRÆSIDIS intueri non gravatur, quare quantum possibile vel vitanda, vel si hoc fieri non possit, corrigenda erit. Eligendus econtra Aer nitidus, purus, nullisque atomis peregrinis inebratus, qui sanguinis constitutionem viscerumque tonum conservando laudabili spirituum tum vitalium tum animalium generationi ansam præbeat, idcirco vel inde ruricole præ aliis sanitate firmiori gaudent, quippe qui in aurora surgentes post claram & fragrantem hauriunt auram: quo etiam respicit SCHOLA SALERNITANA, quando dicit:

*Lucidus ac mundus sit ritè habitabilis aer,
Infectus negat, neq; olenſ fætore cloaca.*

XIV.

Porrò cùm ventriculum nihil magis debilitet ac energet h.e. Chyli in illo præparationem ejusque in tenuibus intestinis depurationem magis impeditat

& retardet, quam si in cibi ac potus administratione error committatur & chylus variis vitiis scatens ad primariam animalis economiz culinam Cor deferatur sanguinemque in ejus thalamis vitiosè effervescere faciat, adeò ut hoc modo variae intemperies tanquam numerosarum maximè tamen degenerum prolium secundæ matres in sanguine parturiant, maturè quoque hic prudentia medica adhibenda, Nam *vittum commissum in prima Coctione non facile corrigitur in secunda, multò minus in tercia, ut communis Medicorum fert regula.*

XV.

Hoc autem potissimum provenire solet à copiosiori ciborum ingestionे, quo mediante fermentum ventriculi in ciborum coctione & fermentatione primas tenens, ita obruitur, ut impar reddatur præstanto suo muneri, hinc chylificatio superficialiter saltem absolvitur, multaque cruditates in chylo malè confecto remanent, quæ sub facie hac deformi sanguini commissæ, multarum obstructionum & subsequentium febrium authores existunt. Qui hostis à STUDIOSIS propter vitam sedentariam & continuas meditationes facilis admittitur, unde spiritibus hoc pacto à ventriculo avocatis Chylificatio legnius peragitur. Nam:

Ex magna cœna stomacho fit maxima pœna,

Ut sis nocte levis fit tibi cœna brevis.

XVI.

Qualitatem ciborum quod attinet Musarum alumnis maximè nocivi sunt cibi crassi, viscidi, acidi & fumo indu-

rati, præprimis illis, qui melancholici, ut vulgo loquuntur, audiunt, & affectibus spleneticis & speciatim scabie sæpe tentantur, quo nomine male audient carnes vetulae, caro suilla, ova dura, animalium extremitates, pisces crassiori & densiori corporis habitu prædicti, caseus veteranus, quem haut immixtò non nemo jocose *nequam* dixit, id quid SCHOLA SALERNITANA etiam vult inquiens: *Casens, anguilla nimis obſent si comedantur*

Et alibi:

Casens est gelidus, stipans, crassus quoque durus.

Videmus profectò quam male infantum ventriculū lac coagulatum & in caseosam substantiam convertsum afficeret solleat, ut etiam per totam vitam multi caseum abhorre cogantur; his enim & similibus cibis sanguinis crassities angelut eisque spirituascentia imminuitur.

XVII.

Potius convenienter STUDIOSIS cibi boni sueci & facilioris digestio, sale volatili vel acido blando gaudentes, panis videlicet bene fermentatus & coctus, juscule ex oryza, hordeo & avena parata, raphanus, lactuca ex Endivia, rampion, cochlearia & nasturtio confecta, Poma Borsdorffiana, cydonia, citrus, ribes berberes amygdalæ. Carnes juniores, in specie bubulae, agninae & vitulinæ, ventriculi animalium. Anseres juniores, alaudæ aliæque aves; truttae, lucius, perca; Olera non facile in liquamen tertidum abeuntia &c. Sic enim sanguis & succus nutritius ab impuritate & Caseochymia præservatur, quæ alias STUDIOSIS familiarissima solet esse, quod scabicas

bies, scorbutus, affectio hypochondriaca aliaque incommoda satis ostendunt, nec non viscerum & præsertim ventriculi tonus & laudabilis constitutio salvatur.

XVIII.

Quoniam ciborum præparatio in ventriculo quam Chylosin appellamus non absolvitur Coctione & clixatione, ut Medici veteres voluerunt, sed fermentatione quâdam subotta à liquore quodam acido in ventriculo hospitante: tanta curiositas & religio in ciborum assumptione, num scilicet liquida sive solida sint præferenda, observanda non videatur, unam enim omnia in ventriculo febent fermentationem & in eandem massam convertuntur.

XIX.

Unanimis dixerat præceptorum vox est, ut prandium largius laetusve capiatur, quam cœna, ergo cum sanitas augustinissimis illis limitibus circumscribi non possit, nihil interesse credo, num cœna vel prandio magis indulgere velis. Sit tamen certi quid hac in parte afferere mihi liceat, ut curiosis satis fiat, pleniori cœna quam prandio genium tractandum esse facilius dixero, quia calor & spiritus tempore somni copiosius ad vilcentem coctiones excurrunt quam vigilarum tempore, præprimis apud STUDIOSOS, in quibus spiritus tempore diurno vel exercitiis vehementioribus vel studiis & meditationibus continuis valde consumuntur tempore somni per quietem restaurandi.

XX.

Meditanti nunc mihi potus administrationem apud STUDIOSOS

obviam statim procedit Consuetudo illa Medicis maximè culpabilis, quando statim à prandio vel cœna ad seram usque noctem poculis inter se certare solent STUDIOSI maximo cum corporis & sanitatis detimento, nam ventriculus copioso illo liquore obrutus nequaquam debitè suo muneri citra chylosin vacare potest, cum fermentum iplius nimis dilutum, sua activitate privetur, non aliter, quam **V** ex affusione aquæ vires suas deperdit, unde hoc modo chylus semi-coctus & putredinem concipiens cito pede ad sanguinis officinam tendit ibique meditantibus indigestis illis crassis atque incongruis particulis magnas in Massa sanguinea concitat turbas atque fibrum variarum fomenta constituit: & cum sanguis cacochymia hoc modo affectus in solitam subeat fermentationem, hinc ex lege circulationis multæ crassæ & feculentæ particulæ quaquaversum rapiuntur & ipsum etiam corebrum petunt, ubi dolores capitis, excitant spiritus animales multis impuritatibus inficiunt, corumque motum lædunt, ut ingenii habetudo & memoria debilitas subsequatur, quæ atraria non solum ad actiones animales, verum etiam ad ipsas vitales se extendit, variaque dramata in cœconomia animali ludere solet, adeò ut si omnia vel plurima saltem mala recensere velim, longe ultra propositum meum ex crescere disputatio.

XXI.

Quamvis hic præterire nolim, quia fiat, quod plurimorum ferè STUDIOSORUM externa cutis urentis:

z. 33

& im-

& immundæ scabiei fiat seminarium, ubi sat equidem causarum prostare scio, in nullam tamen majorem culpam devolvi posse credo, quām in ebrietatem & copiosum illum à cœna statim assumptum potum, siquidem sanguis hōc modō efferas multis particulis inebriatus & caeochymia repletus simili quoque labē ipsum succum nutritum singulis pulsibus per arteriarum poros transudantem inquinat, unde cutis & subjacentis carnis pori pervertuntur, ita ut acria illa corpuscula pedem figere cogantur & scabiem producant.

XXII.

Symbolum in prædictis ex ebrietate malis confert nictiana sive tabacus, quem sine discrimine compotationibus interponunt, angue pejus, nisi sanitatem evertere quis velit fugiendum Musarum filiis, pollet enim ingenti vi narcoticā spiritus animales figente & intemperatiꝝ adhibitus ipsum plexum choroidei obstruit, & spirituum animalium ordinem pervertit, unde densas satis microcosmi Luna eclipses pati potest irreparabilia ferè damna œconomiae animali inferentes.

XXIII.

Nolim tamen ut ex eo, quod jam de nimis & excedentibus compotationibus dixi, omni conversationi & hilaritati STUDIOSI valedicant, qui nec lætitiaz calicem hisce perstringo, nec animi laxandi gratia institutos confessus improbo, quibus sanguis spiritibus per prægressam vitam sedentariam & continua studia depauperatus, & melancholiā sive crassitie corruptus, pristino

nitori redditur, cavendum saltem, ne quid nimis.

XXIV.

Quoniam verò viscera apud STUDIOSOS & inter hęc ventriculus valde languent, serio vitandus etiam erit potus frigidus, qui fermentum ventriculi activitate sua privat & calorem suffocat, ita ut cibus & potus convenienti modō non fermententur & volatilisentur, sed in massam quandam tenacem, viscidam & mucosam convertantur, plurimis affectibus materiam præbere aptam natam.

XXV.

Magnopere etiam sanguinis motum & mixtionem lædit potus in sinu fovens multas particulas crassas, tartareas, acidas, salia corrosiva &c. quo nomine STUDIOSES male audiant aquæ palustres, turbidæ, mustum, cerevisia recens, crassa, viscidæ & aceſcens, brūhanius recens turbidus & inveteratus, vinum copiosō acidō & tartaro prægnans; his enim via aperitur ad scabiem, tabem, phthysin, asthma, diarrhæam, febres &c.

XXVI.

Potus itaque ordinarius in mensa erit cerevisia tenuis (quam in superlativo gradu hospites non raro substituunt valde flatulentam & chylificationi infensam) optimè fermentata lupuloque bene condita &

De quapotetur stomachus non inde gravetur.
quia hęc cibos ad ventriculum deferendō & benè miscendo chylificationem optimè adjuvat, nec non una cum cibis in lauda-

haudabilem chylum conversus sanguiniæque gratus amicus est, potest tamen interponi haustus vini generosi magnam habentis cum sanguine analogiam, modò antea enarratis vitiis careat. In conversationibus tamen quotidianis amicorum præferrem brühanium probè defæcatum propter acidi defectum, quod in cerevisia & vino abundare magis videtur.

XXVII.

Verum enim verò cum non in cùjuslibet positum sit potestate & conditione, dixit leges naturæ sive convenientes vel proponere vel observare, quæ ab aliis non raro obtruduntur, ut cervicem submittere cogantur STUDIOSI, mirum non est, si frequentior legum istarum observetur prævaricatio, quibus solatio esse potest, quod testante autopissim accuratissimi diætæ cultores præ aliis maximè evalant valetudinarii, adeò ut verum sit hac in parte, medice vivere est pessime vivere; quare si forte per necessitatem diætam violare cogantur STUDIOSI, hoc saltem observari, velim sanis omnia esse sana, & nutritre que sapiunt, modo in quantitate non peccetur.

XXVIII.

Decentem quoque motum egregium sanitatis esse custodem nemo inficiabitur, qui vitam nostram in placido sanguinis motu & tranquillo in circulum circuitu consistere persuasum habet, adeò ut beneficio blandioris hujus fermentationis sanguinis corpus nostrum fiat transpirabile, quod maximè sanum censuit noster HIPPOCR. Quid idcirco hominibus vitam sedentariam agentibus studiisque continuò incumbenti-

bus salubrius esse poterit, quàm per vice motui & quieti vacare, musæa & collegia palæstrâ commutare, pro calamo tenere gladium & reticulum, pro libro ludere pilâ, locô sellæ insidere equo, saltare, vel rhedâ vchi aliaque studiis interponere exercitia?

XXIX.

SEdulò tamen danda est opera, ut motus suò tempore & moderatè insti-tuantur, hinc magnas sanitati insidias stiuent illi, qui brevi ante prandium & brevi ab illo palæstram frequentare aliisque exercitiis vehementioribus vacare solent, siquidem calor hòc modò dissipatur & spirituose partes consumuntur, quò minus viscera & in primis ventriculus munera sua debitò modò obire possunt.

XXX.

QUamobrem hac etiam in parte mea dico itur tutissime patitur enim nimia quies sua malo pleno agmine fæse manifestantia illis qui continuò libriss affixi sunt, & spretis omnibus exercitiis & aëre liberori in latibulis suis delitescent vi tamque protrahunt sedentariam, his quid magis familiare est, quàm languor & debilitas ventriculi, misereri mei, colica alvi, obstruictio, malum hypochondriacum, scorbutus, scabies, ingenii torpor, delirium melancholicum, aliaque incommoda quæ ex prohibita sanguinis volatilisatione, spirituum generatione & prohibita insensibili transpiratione solent procreari, dum è contra clamorosí stentores & altâ voce boantes nimio illò conatu vim faciant pulmonibus, yasis sanguiferis ipsisque spiritibus, quod funesto eventu tandem experiuntur plurimi.

XXXI, 56

XXXI.

Somnus vigilia uirag, modū excedentia
71. Nam profecto somnus limites trans-
grediens multa etiam impedimenta stu-
diis inferre solet, dum cerebrum copiosis
humoribus adimpleret, qui spirituum ani-
malium motum refranandō ingenii acu-
men hebetant, dolores capitis excitant &
vianā ad cachexiam & catarrhos sternuntur:
Quare longiorem somnum & pigritiam
metio fugiunt STUDIOSI. Nam

Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus.
Ut uitium capiant ni moveantur aquæ,
Potius inhærendum monito longis ab-
hinc annis à veneranda antiquitate in-
culcato;
Septem horis dormisse sat est juveni, seni.

XXXII.

Interim tamen vigilis nimis non in-
dulgeant, nisi febribus, catarrhis, va-
riisque viscerum obstrunctionibus, phtysi,
atrophiæ & scabici obnoxii fieri velint,
Nam

Quod caret alterna requie durabile non est.
Somnus enim moderatus mirè corpus
reficit & dulcedine demulcet, hinc Poëta
canit:

Somne quies rerum placidissime somne De-
orum;
Pax animi, quem cura fugit, tu pectora
duris.

Fessa ministeriis malces reparasq, labore,
Ex quo appetet quām male sanitati con-
sulant, qui ad seram noctem usque studia
sua & meditationes protrahunt, quia
spiritus avocati à viscerum coctionibus
cas variè impingere faciunt, hinc optimo

jure aurora Musis amicissima dicitur:
Inter studendum autem pestis est fumus
candelarum empyrumaticus, in primis
extinctarum, quarum sal volatile acre
valde infestum est toti systemati nervoso,
quod mulieres abortum sœpius ab acri
illo fumo patientes quotidiana experien-
tiā comprobant. Animi pathematum
moderamen suadēbunt illa, quæ apud
CARTESIUM nostrum leguntur, unde
lubens illa jam prætero.

XXXIII.

Tandem STUDIOSIS non leve le-
vamen etiam dabunt balnea, ritè
instituta, eo tempore videlicet, quando
jam cibis omnis è ventriculo est egre-
sus, si enim à cibo statim adhibeantur,
particulæ istæ humidæ & aquosæ variae
cruditates in chylum introducent. Lo-
tiones capitist antopere non commendo,
quia cerebrum humiditate nimia adim-
plent. Non abs te erit, si tempore veris
V. S. præservationis gratia instituatur,
quæ fortè magis præservare potest
STUDIOSES à Morbis, quam pur-
gantia vehementiora assumpta ob vim
fermentariyam sanguinis motum & mix-
tionem facilè turbantia.

XXXIV.

Hæc sunt L. B. quæ loco exercitii
publici de sanitatis STUDIOSO-
RUM regimine, proponere volui novi
equidem plurima hic superaddi potuisse,
multa tamen consultò brevitatis studiō
præteri; quod si hæc parùm arrideant,
aut minus dignæ pro materiae gravitate
elaborata videantur, scias, quod quinun-
quam male, nunquam bene. DEO
interim sit Laus, Honor & Gloria.

DISPU-

DISPUTATIO XX.

*De*VENTRICULI ET INTESTINO-
RUM MORBIS.

RESPONDENTE

MARTINO HARMES, Bremâ-Saxone.

I. N. J.

PRÆLOQUIUM.

Duo inter alia sunt, quæ abstrusissimis morborum causis lucem scenerantur, & cum futuro, tum multorum annorum practico scitu perquam sunt necessaria: quorum unum est accurata curandi febres methodus: alterum doctrina de morbis ventriculi. Utrumque si negligatur; vel alterutrum saltem oscitantiū tractetur: dici vix potest, quam secunda errorum fiat genetrix ambulatoria, & intra sphäram se continere nescia, atque elasticā suā, quā pollet vi, ipsum intellectum, in non satis cognita abripiens, hominis voluntas. Inde crassissimæ & plusquam Cimmeriarum medicea offunduntur tenebrae, fluctuat medendi methodus inter mille difficultates, & trepidationis motu ē centro orbis sui excussa ipsum deserit-artisticem, qui in ambitu hærens nullum amplius emergendi videt remedium. Si enim febres earundemque affectas in scenam introducere velim, non inficiaberis, tot carum esse symptomata, quæ solitariè spectata omnem ferè morborum absolvunt numerum, ut etiam sub unius

febris cognitione tota videatur contineri medendi prudentia. Sin ad ventriculi affectus obtutum dirigas, perspicies, quod in morbis chronicis juxta ac acutis omne hic ferat punctum, tum quod chronicī ad unum ferè omnes radicaliter pululent in ventriculo, acuti autem vix tuteturari possint, nisi ipsius ventriculi potior habeatur ratio; Nam stomachus est Pater familiās, & cuius robur ad reliquas concoctiones est fundamentale, juxta Verulamium in Histor. vita & mortis p. m. 343. Quare cum alibi succinctam curandi febres proposuerim methodum, cui haud exiguum ex famigeratissimo illo & multorum experimentorum satellitio stipatō remedio, nuper iussu & mandato Regis, etiam in hoc Christianissimi, quem solum author, medicus Anglus, in arcana admisit, & interprete regia liberalitate & famam & fortunam sibi fecit vestigalem, exspirante cum vita authoris conditione, quam Rex condixerat, publici juris facto, in præsens accessit munimentum: nunc de ventriculi & intestinorum affectibus solidâ brevitate acturus sum; faxit Deus, ut omnia ex voto eorum, qui in vita, sanitatis & eruditioñis versantur discrime, cedant.

CAPUT PRIMUM,
Continens.

MORBOS VENTRICULI.

ARTICULUS PRIMUS.

De Cruditatibus.

I.

DUæ famosæ hic in limine ocurrunt cruditates, è quibus ceu Pandoræ pyxide quotidiè morborum prodeunt myriades: quarum una acida, altera nidorosa vocatur.

2. Cruditatis acida est frigida ventriculi intemperies cum materia, ut loqui amant, qui in verba Galeni jurarunt. Reætius: Est muci acidi & viscidi in ventriculi plicis nunc culpâ sanguinis arteriosi, nunc ingestorum vitio producti, collectio.

3. Causam dico esse, vel nimiam assumptorum aciditatem eamque fixam: vel corundem visciditatem: vel denique nimiam illorum quantitatem: hæc enim omnia obstatre possunt, & remoram injicere, quod minus liquor gastricus totam ingestorum massam permeare, eamque ad debitam leptomeriam deducere possit, ad obtinendam eo facilius in intestinis scoriarum & recrementiarum partium à chylo sive lacte separationem. Hinc sit, ut reliquæ acore pariter & visciditate contaminata glandularum stomachalium poros obstruant, & humoris fermentativi ingressum ex patte impediant; vel saltem illato ita corrumpant, ut subsequens novorum ingestorum fermentatio eadem, non sine magno rei œconomicæ discrimine, oberreret chordæ.

4. Symbolum suum confert sanguis à nativa indole degener factus, quatenus improportionatum, & sale acido, eoque fixo abundans, chylificationi peragendæ impar & ineptum deponit fermentum, quod in ventriculi glandulis, à Willisio & Peyerø accuratissimè descriptis, restagnans, futura coctionis cruditatum & errorum incoercibilis existit: autò: id quod tum scorbutici, tum uterum ferentes magno cum sanitatis dispendio experiuntur saepius. Vidimus non semel ipsa, tum potulentia esculenta liquida in ventriculo brevi temporis spatio in acetum degenerasse, & vomitus acidos, cardialgiam, & incompsibilem introduxisse stranguriam. Sicuti enim mustum, cado, aceti fermento vel acore imprægnatò, infusum, omnem ferè abscondit vinositatem, atque in acetosum abiit liquorem: Ita ipsa assumpta, in liquorem vinorum quidem mutanda, in scorbutici ventriculo non raro ita aescunt; ut particulae sulphureæ ob acidum vel sal in fluorem evectum supprimantur, acidæ verò fixæ & terrestres, prædominium nactæ fasces imperii œconomici teneant.

5. Cruditatis hujus acidæ signa diagnostica sunt: ventriculi post pastura inflatio, à vaporibus crassioribus & per angustostunicarum poros amplius transire nescientibus ortum trahens: annosa & ob bilis incertiam contumax alvi obstru-

Structio: Quandoque vomitus acidi: Phlogosēs & lubitanē vagabunda cum reciprocatione effervescentia: tinnitus aurium: appetitus nunc austus nunc languidus, quandoque inter comedendum reviviscens & novas recuperans vires, juxta veterum axioma: frigidus ventriculus ad appetitum valet plurimum, ad coquendum minimū.

6. Malum hoc inter morbos chronicos haud postremum sibi vindicat locum, & sexcenta solet spargere mala, ipsa matre pejora, qualia sunt! Quartana, Melancholia. Mensium suppressio. Hypochondriaca. Scorbutus. Scabies: Calculus renum, &c.

7. Curatio sequentibus inniti debet indicationibus. 1. Mucus acidus qua acidus specificis remediis est corrigendus, qua viscidus autem aromaticis & salinis attenuandus & resolvendus. 2. Correctus & præparatus blandioribus catharticis, citra magnam turbationem alvum solventibus, evacuandus. 3. Et cum non nunquam hic nodus duriori excutiendus sit cunēō, emeticum in manu prudentis *Alexandri Magni* supplebit gladium. 4. Ipsa tandem chylificatio pro viribus intra sphæræ suæ limites continenda, & ventriculus appropriatis remediis corroborandus.

8. Quibus satisfaciunt 1. Tartar. Vitriolat. Sal absinth. cum cōtic. arant. Sal armoniac. c. lāp. 2. Terra foliata. Ef sentia nr. pro acidulis, omnia ex mentha. 2. Pilula gummosa & aloetica, horis ve spertinis subinde deglutitæs abstinentia enim est à purgantibus donec humor acidus in serum fuerit conversus. 3. Tartar. Emetic. Sapavomit. 4. Spirit. sal. armon.

vinosus simplex, & compositus: sal volat. oleosum *Sylvii*. Spir. carminat. de tribus. Specificum stomachicum *Poterii*. Plura ex artic. de anorexia huc referri possunt.

9. Cruditatis nidorosa est intemperies ventriculi calida cum materia, hoc est biliosa: quando nempe omnia assumpta abeunt in bilem corruptam, sive liquamen rancidum ovo putrido non absimile, unde ructus puttidi, & sapor in ore tetridus, præsertim jejuno ventriculo, vel aliquot post pastum horis, exoriuntur.

10. Causa est sal quoddam acre, putrilaginosam inducens non tam fermentationem quam colligationem, id quod vel ab assumptis subitaneæ corruptioni obnoxisiis v. g. fructibus horariis; vel ab humoribus transmissis, scil. biliosis & sanguine, sale acri & rancido contaminate, suppeditatur.

11. Gravissimas hæc quoque parere solet morbos, diarrhoeam, choleram, colicam & febres malignas. Imò funestas non raro citat tragedias.

12. Tollitur 1. Humorem putrilaginosum blandè eduentibus, q. s. tamarindata cum rheo & fol. orient. 2. Sal acre obtundentibus, q. s. testacea & salinav. g. sal Tartar. arcan. duplicit; nec non blandiora acida, præsertim si exoptato connubio ligentur cum sulphureis, v. g. Spir. Nitr. dulc. 3. deobstruentibus & sal acre evehentibus q. s. spir. theriac. camphorat. Tinct. bezoard. cum camphora, serum lactis, julepi acidulati, præsertim ubi precipitantibus superbibuntur: observavit enim Cl. *Rivinus*, illos cum, quem è stomacho eluunt humorem, etiam si alvus antea summè adstricta fuerit, promptè eduxisse.

ARTICULUS SECUNDUS.

De Anorexie.

I.

Præmissis famosis illis cuditatibus via per quam expedita patet ad anorexiæ aliarumque ventriculi affectuum cognitionem & curationem. Est autem Anorexia prostratus appetitus: Velest irappetentia cum insolito ciborum fastidio, fermenti vitio introducta.

2. Causa immediata est defectus vellicationis fibrillarum nervearum in superiori ventriculi orificio. Mediata proxima est fermentum digestivum, quatenus vel plane deficit, quod in febribus malignis contingere solet: Vele fatuum est, & ob spirituum animalium inopiam iners, quale quid sensibus quandoque familiare est: Vele quatenus muco viscidio est involutum, ita ut suam activitatem exserere nequeat, cum varii generis humores teneros stomachi oppellant villos. Quandoque tamen ipsi nervi causæ proximæ induunt naturam, quod paralyticis contingit, in quibus ob exquisitoris sensus defectum non raro torpet appetentia.

3. Causæ remotores sunt assumpta quævis & quantitate & qualitate peccantia: febres continuæ & malignæ: hæmorrhagiæ largiores; humoris salivalis defectus, vel glutinosa ejusdem intemperies: perversus & intempestivus testaceorum usus: etas senilis: quies, & sexcenta alia.

4. Est prodromus instantis gravioris alicujus in economia animali tempestatis. Si in acutorum declinatione vel non abeat, vel de noyo accedat, novam

calamitatem portendit, & recidivam, priori morbo pejorem, minatur. Curatum febrium intermittentium, & dysenteriæ infastus est comes, ægrum à tergo & ex insidiis, invadens.

5. In tanta remediorum, quæ passim à practicis commendantur, farragine, ea saltem placent, quæ & causam morbi propriæ tangunt, & crebriori hactenus usu nobis magis sunt perspecta. De purgantibus notari velim, hoc in affectu plus saepius prodesse corrigētia, & volatilisantia, quam cathartica: quod si tamen evacuatio instituenda sit, id fiat citra maiorem spirituum depauperationem, & insolitam totius massæ sanguineæ exagitationem. Ceterum grata semper crunt ventriculo languido, 1. Acida, plus minus temperata, cotis instar fermentum acuentia: q. s. Spir. confort. citratus, vel ambratus: Spir. vitriol. & Spir. nitr. plutiū dierum digestione probè dulcificatus: arcanum salificatum. Elixir. vitriol. Myschis: conserv. rosar. vitriol. tartar. vitriol. 2. Amara: Vinum absinthit. simplex & compositum: Essentia amara, cum, vel sine, absinthio, cum hoc non omnes ferant, Essent. menth. per fermentat. parat. essent. centaur. minor essent. cortic. arant. essent. calam. aromat. Elixir. menth. 3. Salina: crem. tartar. tartar. vitriol. sal. absinth. arcan. duplicat. spir. salis armon. 4. Balsamica & aromatica spir. vin. simpl. & compos. ad paucas guttulas saepius sumptus: Tinetur. cinnam. Elixir. panis: Elixir. balsamicum: Elixir. Romanum sive cum alkali paratum: Elixir album Helmontii, quod raro ad Authoris, qui clavem reticuit, autum, paratur, hinc famam sustineo.

stinet nescit, quod non ita pridem
Celeberrimus Bohn monuit cap. de dige-
stione. Totum autem artificium con-
stit, mē quidem judicō, in legitima myr-
rhæ solutione, qua obtentā totum forte
habebis arcanum. Præterea laudantur
omnia olea destillata aromatica. Sic ol.
zingib. ad unam vel alteram guttulam
exhibitum mira sœpius præstitt. Pari
succesu datur Tinct. prop. Mysichts.
essent. lign. sassafr. essent. cort. arant.
Elixir. citr. ambrat. (præsertim in se-
nium anorexia) balsam. nervin. Schafferi,
Medici Francofurtensis Celeberrimi, ex
fale C. C. armoniac. ol. mac. & spir. yini
tartarifat. paratus, quem alii sub nomine
arcani, vel specific. stomachici vendunt.
5. Spirituosa, systemati nervino dicata:
v. gr. liq. C. C. succinat. spir. rosat. am-
brat. Essent. ambr. Elixir vitæ, aqua
Anhaltin.

6. Et cum multa danda sint consue-
tudini hominum & ægrotantium præju-
diciis, externa etiam in usum vocanda
sunt, & ventriculi regioni applicanda.
v. g. Empl. Regium Zuvölfferi: Empl.
stomachal. usitatum, balsam. stomach. li-
quor stomachicus.

7. Ex fonte diætetico depromimus
cydoniata, juscula cum acetosa, succo
citræ vel aceto præparata: carnem feri-
nam cum baccis juniperi: caruem bubu-
lam: cum raphano sylvestri, nasturtio
hortensi, sinapi, piperitide, olivis & cap-
paribus. Commendamus vinum ge-
nerosum, cochleatim subinde haurien-
dum, Acidulas prudenter delibandas,
equitationem & ventionem, sed ad re-
creandum, non ad defatigandum; nam
moderata durant.

ARTICULUS TERTIUS.

De Fame canina.

1.

F Ames canina seu nimia appetentia
oritur à continua vellicatione extre-
mitatum nervorum superioris orificii
ventriculi, à fermento admodum esuri-
no, insatiabili, & valde fluido excitata,
quod instar aquæ stygiæ omnia absorbet,
& quasi in rabiem efferatum assumpta
depopulatur; ipsa enim ingesta non tan-
tum brevi temporis spatio dissolvuntur,
sed ipsum etiam orificio continuâ, nul-
lis concissis indicis, ratione exagitatur,
ut fermentata quandoque per vomitum
rejiciantur.

2. Parum ab hoc affectu differt Buli-
mia, nisi quod nec vomitum habeat co-
mitem, nec ita continuo affligat. Interim
sciborum ingestio aliquandiu differatur,
molesta hæc rosio ægrum in maximas
redigit angustias, ut etiam animi deli-
quium incidat.

3. In causarum ordine primas tenet
liquor gastricus, excessivâ præditus aci-
ditatè cum fluiditate juncta, ut eum
Cartesius non male aquæ forti compa-
raverit. Causæ mediæ sunt omnia
acida, largius & frequenter sumpta:
frigus intensum: sanguinis menstrui in-
veterata suppressio: vermes, chylosam
seu lacteam assumentorum partem absor-
bentes, qui dum ne^ctar istud in fructiferè
depopulantur, non habet ventriculus,
quo sanguinis & humorum circulantium
acrimoniam temperare possit.

4. Curationi inserviunt medicamen-
ta, aciditatem infringentia & absorben-
tia. Ubi interalia laudari meretur pulvis
aa 3, absor-

absorbens Celeberrimi nostri Wedeli, autem, sicuti necesse videatur, opii quantitate. Theriac. recens, limatura α is. Quo factō debent saturati humores hydrogogo, vel melanagoggo, evacuari; interim vires vino, essentiā melissæ, vel anthos, sunt refocillandæ. Vinum enim non nutriendo, vel frigus extinguedo, aut mucosa' incidunt, quicquam proficit; Spirituositas ejus est, quæ spiritum mordicantem, & acorem cortigit, temperat, & ferociam cicurat. Præterea lundantur vitelli ovorum indurati, & pultculæ cum lacte coctæ. Quod si insatiable hoc comestionis desiderium à lumbricis, aliamenta suffurantibus, oriatut, curatio eò dirigenda; sed hæc ex proprio hauriri potest capite.

ARTICULUS QUARTUS.

De Picâ & Malaciâ.

1.

Pica & malacia, affectus, si qui alii, explicatu difficillimi, medicos abstrusissimis suis causis ad opprobrium usque torquentes, aliquam priori cum morbo habent cognitionem. Dicitur autem quis picâ laborare, quando appetitus magno cum desiderio in res insuetas, inediles, & aliamenti nomine indignas, fertur: q. s. corium, arena, creta, charta: quæ omnia à picantibus ut plurimum contra ullum sanitatis dispendium devorantur: testantur tamen historiæ mediceæ, hanc ingestorum absurditatem quandoque etiam damnum intulisse. In Malacia autem fertur appetitus in res naturæ nostræ magis amicas, & in alimentorum stantes ordine. Quo affectu non

raro grævidæ torquentur, & si rei desideratae compotes fieri nequeant, præcordiorum incurunt anxieties, tristantur, & foetui nævos imprimunt, quos maternos vocant, id quod infanti maximum sèpius parit disserim.

2. Quanavis autem causæ horum morborum ignorantia tenebris sint obvolute, conabitur tamen has discutere nebulas, & causam hactenus ignotam in apricum producere; quod ut eo facilitius fieri possit, observari velim 1. Appetitus varietatem in tot bestiis & hominibus dependere partim à varietate fermenti elutini sive stomachalis, partim à fibrillarum nervearum superioris orificiis alia atq; alia dispositione: Illa in majori vel minori activitate, volatilitate, aciditate & falsoidine: hæc in teneritudine, crassitie, majori vel minori tensione & mobilitate, consistit. 2. Quod certos harum fibrillarum motus certæ sequantur spirituum animalium determinationes, ut & alia atq; alia cerebri dispositio: in homine autem pro horum motuum varicitate variæ quoque fiunt cogitationes mentis; hinc enim est, quare ciconia vescatur ranis, felis muribus: quare hic appetat acida, alter salsa. Et hæc omnia eodem ferè fiunt modo, quô alios hunc potius ferre odorem, quam alium, quotidie videmus. 3. Advertendum, quod gravidae, & quibus catamenia longo tempore fuere suppressa, malo hoc præ aliis siant obnoxiae; dum in his humores ob sanguinis reftagationem plus solito acescunt & aciores fiunt: In illis vero, præter hoc incommodum, hoc adhuc accedit, quod videlicet tota sanguinis massa ab aura seminali susceptra in nativa sui crasi, mirum

mīrum quantum, immutetur; Unde non potest non fermenti stomachalis agendi modus variari, ut postmodum infolidā eaque magis distinctā vellicatione occasionem præbeat menti, hac potius eligendi atque appetendi, quam alia. Denique 4. & hoc meretur attentionem, quod non ita promiscuè omnes mulieres vel viigines hoc corripientur morbo, sed quod huic malo illæ potissimum sint expositæ, quæ cetero-quin impotentis sunt animi, quæque delicatores & otio deditæ imprægnatae persuasum habent, se totius rei oeconomicæ, & ipsius etiam patrisfamiliæ caput esse, ita ut omnia ab ipsorum dependeant nutu atque imperio. Qua- rum insuper memoriae semper obversatur illud Tyranni. *Quod libet, licet.* Cūm itaque suas locent horas in eo ut ad uniuscujuslibet particulæ, fermentum cum aliis componentis, impulsus & vellications attendant, earundemque motus distinctè percipiunt, hinc & à primo etiam earundem impetu ob animi imbecillitatem in absurdâ sapientiæ abripiuntur.

3. Quibus datis, nihil amplius obstat, quo minus fermentum stomachale, intemperie salsa, acidâ, vel alia degeneri & mucosa, contaminatum, accusemus. Præsertim cum ex historiis medicis abundè satis constet, picam ex scabie retrupulsâ, & à pure, ab anginozo deglutito, fuisse ortam, id quod pulchrè demonstrat *B. Etmüllerus ex Henrico ab Heer: Fehr, Hildano & Ephemerid. German.*

4. Sed queritur, an similia, an dissimilia appetantur? dico deficientes in

sanguine desiderari particulas. Si itaque acidae vel falsæ desint, appetuntur similia: Sin verò terrestres deficiant, lutosa, arenosa, aliaque, desiderabuntur. E quibus palam sit, ipsum fermentum esse diversæ in picantibus indolis, quatenus nunc particulæ acidae & falsæ in ipso obtinent prædominium: Nunc verò faculentæ & terrestres, quæ non tam rodendo, quam super fibrillas nervæ volantæ, premendo & titillando superius ventriculi orificium, & consequenter cerebrum, jam dum nebulis refractum, in maximas redigunt angustias, caput inter alias extollunt.

5. Carent quidem hi effectus omni præsentaneo periculo, juxta illud. Quæ sapiunt nutriunt: vel saltem non nocent. Verum! cùm malum hoc, sidente menstrui fuerit soboles, abeat in cachexiam, & in gravidis non levem foeti comminetur noxam, si voti sui compotes fieri nequeant, ante omnia necesse erit, ut matutum accedat consilium, quo animus, mœrore proficatus, erigatur, & mens blandiori sermone ad alias, æquè gratas cogitationes invitetur. Deinde ipsi fermento stomachali suppetix erunt ferendæ medicamentis, vitiosam hanc qualitatem corrigentibus, & acidum vitale in ventriculo, ætherem autem in corde, restaurantibus, non possum enim non hic ipsorum notare errorem, qui ærumnas has quibusvis confortantibus, etiam promiscuè exhititis, compesci posse persuasum habent, cum tamen specificæ vel individualis fermenti varietatis potior haberi debeat ratio;

Unde.

Unde existimamus, quod nunc blandiora convenientia acida, nunc salina fixa: nunc verò volatilia & aromatica locum habent, & quod sèpius sola prosint, testacea. Pro quibus scopis obtinendis spir. confortat, citratum, tartarum chalybeatum, fæculam Aaronis, corallia preparata; Essent. meliss. menth. liquor. C. C. succinat. commendamus.

ARTICULUS QUINTUS.

De Nausea & Vomitu.

1.

NAusea est inane vomendi desiderium, ob superioris orificii ventriculi strictruram & contractionem, ab irritante quodam humore productam, exortum. Hinc est, quare illa clausura statim solvatur, si fauces, immisso dñitō, fortius irritentur, quo facto contrarius fibrillarum ventriculi sequitur motus, vomitus.

2. Est autem Vomitus ipsius fundi ventriculi versus superius orificium & januam contractio, variique generis humorum per gulam excretio.

3. Causa vomitus proxima est subitanea fibrillarum irritatio, facta ab humore quodam acri, & simul viscido, intra tubulos hærente: vel à liquamine quodam tetrico, in ipsa cavitate fluctuante: Facit huc perversus spirituum animalium motus, ut in vertigine videatur, nec non exulceratio tunicae interioris, quæ citra vehementem fibrarum denudatarum corrugationem tangi negavit.

4. Causæ mediæ querendæ sunt vel in assumptis vel in transmissis. Ipsa enim

alimenta, quantitate vel qualitate peccantia, in putrilaginosos, bifiosos, pituitosos & acres non raro degenerant humores. Ejusdem indolis liquamina sèpius etiam transmittuntur à sanguine, & reliquis visceribus abdominis; prout in scorbuticis & gravidis crebrius fieri solet.

5. Dividitur in criticum & symptomaticum: in humoralem & cruentum, de quo infra; in idiopathicum & sympatheticum.

6. Huic malo maturè occurrentia est, quia afficitur pars nobilis, cum liquore tam vitali quam animali arcta amicitia necessitudine conjuncta. Tres enim vel quatuor vomitiones plus debilitant, quā decem adsellationes.

7. Curatio perficitur acre humorale temperantibus, & fibrarum spastum demulcentibus, quibus blandum præmiti potest vomitorium, præsertim si malum fuerit recens, & ab humorum vitiosorum suburra productum; deinde revellentibus & corroborantibus negotium absolvendum. Ed collimant clysteres revellentes, blandiora acida, cydoniata, Tinctur. rosar. Tinct. vitriol. Mysicht. panis, cortic. arant. Essent. absinth. opiate, menth. ambrata, Spirit. vini simplex vel comp. Inter externa commendamus spir. theriac. succolad. ol. nm. vin. malvat. discord. Balsam. embryon. Empl. de crust. pan. scutum stomachale Hartmann. saccul. stomach. Schröderi.

8. Vomitus cruentus oritur à vasorum gastrorum reseratione, sanguinem, sib formâ sanguinis, in cavitatem ventriculi effundentium,

9. Causa

9. Causa est Plethora, sanguinis acrimonia, vel consuetæ evacuationis cruentæ suppressio.

10. Malum hoc saepius plus infert tertoris quam periculi, præsertim in sequiori, hinc curatio non nisi in largotis & sinceri sanguinis profusione acceleranda est.

11. Si cruentæ vomitiones siant ob plethoram & magnam sanguinis rarefactionem, convenit v. s. in brachio. Sin à eacumeniorum suppressione ortum duxerit, in pede. Hac peractâ detur decoctum hordci sassafratum cum conservâ rosarum, & tinturâ florum bellidis compôstâ. Adstringentium usus videntur in principio minus tutus, ne sc. sanguinem grumosum diutius in ventriculo retineamus, ipsique naturæ scle exonerant injuriam inferamus: hinc ante omnia ad causam antecedentem obtutus erit dirigendus, quod prudenter & tempestivè exhibere discas corallia, lap. \mathfrak{G} , hæmatit, sulph, vitrioli, Tinct. Santali, \mathfrak{G} ris, cotechu, & succum portulacæ.

ARTICULUS SEXTUS.

De Singulto.

I.

SIngultus est motus quidam convulsivus: Scu est magna Superioris partis ventriculi cum annexo diaphragmate magno cum sonitu concussio, vel ab humore acriter irritante & poros obstruente, vel à flatu, ob frigus externum collecto & ventriculum gravante, producta. Saepius fibræ orificii superioris inflammatae, vel etiam exulceratae, à quibusvis assumptis ad spasmodicos irritantur concussiones, quæ

in dysentericis funesti exitus solent esse indices.

2. Causa immediata est irritatio ad profundorem contractionem & dilatationem: mediatae sunt humores acres, salini, viscidi, maligni & flatulentii.

3. Internè fidelem in curatione sponte dent operam anodyna, theriacalia, Bezoartica, nervina & carminativa. E. g. Tinct. Salutis Langii, tinctur. succini, Spit. tartar. Sassafras, spir. angelic. Tinctur. Castor. Esseat. carminat. Wedelii, Elixir. pretios. laudan. aromat. Theriac. cœlestis, &c, quod juxta Sydenham, de causa singultus adhuc dubitanem, caput rei est, diacordium. Externè sufficiunt nervina & carminativa cum fermento subacta,

ARTICULUS SEPTIMUS

De Soda & Cardialgia.

I.

Soda est biliosi humoris in ventriculo ebullitio, unde rosio in orificio superiori & ardoris sensus excitatur.

2. Causa est humor acris. Omnes vinosi & cholericici facile corripiuntur sodam.

3. Affactus hic molestus potius est, quam periculosus.

4. Curatur præcipitantibus & absorbentibus. q. s. creta, macis, lap. \mathfrak{G} . terra vitrioli dulcis, bolus armena, acetum destillatum, Elixir. præcipitans Etmüller.

5. Saepius transit in malum cardialgicum. Est autem Cardialgia magna quedam circa præcordia anxietas cum ventriculi distensione, diaphragmatis nimiâ compressione, & suffocationis periculo.

bb

6. Causa

6. Causa sunt vapores crassiores in cruditate acida producti, qui cum obtunicarum ventriculi & pororum intestinalium obstruktionem libere hic inde commeare nequeant, sanguinis motum in circulum retardant, sibi usque diaphragmatis liberam contractionem & extensionem sufflant.

7. Curatio coincidit cum incubi, passionis hystericae, & asthmatis stomachalis curatione. Egregie prosunt clysteres carminantes & revellentes. E silentia Wedelii carminativa cum opio, liquor C. C. succinat. sal. volatil. succini cum pulv. cordial. pretioso & olea aromatica in aqua mirabili exhibita omne in ipso paroxysmo ferunt punctum.

ARTICULUS OCTAVUS.

De Cholera.

2.

Cholera est vomitus & diarrhoea, cum cardialgia, æska & ventris inflatione. Sive est inordinata & vehementis irritatio fibrarum in ventriculo & intestinis, cum pravorum humorum æva & náta excretione, & præalentaneo virium & vitæ discrimine.

2. Causa est liquamen quoddam terridum, acre, putrilaginosum & fermentabile, quod duodeni succis commixtum in æruginosam vel atram degenerat.

3. Ventriculus suò non benè defungitur officiò, sed in spasmodicas, tum inferne, tum supernè, trahit convulsiones, quoties vel ipse sanguis, vitale illud corporis humen, ab aurâ aliquâ venenata, sive foris ab aëre pestilentiali, sive à fermento aliquo, maligno, varioloso, pete-

chiali, aut scorbutico affletur, in mixtione sua turbatus liquamen illud degener in ventriculi eructat tunicas. Vel ipsa assumpta, malignam & fermentescibilem in ipsa mixtione induentia qualitatem, putrilaginem illam suppeditant, id quod tum venena, tum fructus, facile putrescibles, pinguis & situ corrupta facere solent: quo suò merito reficiuntur cruenta farcimina, lacticinia & pharmaca vohementiora, quibus ipse ventriculus non raro cadaverosâ inquinatur putredine, ita ut vel ipse à corruptis corrumpatur.

4. Solent authores cholerae communiter in humidam & siccam dividere, sed cum sicca rara sit avis, non quidem ratione suæ existentiae, sed ratione denominationis, & quod rarius seu peculiaris quidam morbus medicam efflagitet opè, quamvis in scorbuto, hypochondriacâ, cruditate acida, melancholiâ, passione hysterica, & cardialgia multum faceat medico juxta ac ægrotanti negotii, sicco hanc siccam cholerae in præsens præterimus pede, quibus annotasse saltem sufficiet, quod hæc nihil humoris, sed flatum plurimum & æva & náta cruxare solcat.

5. Hoc malum brevi sua percurrit tempora, ut etiam spatio viginti quatuor horarum robustissimum hominem examinare possit. Magis tamen infensum est etati infantuli, & lactantes non raro inter amplexus maternos interimit.

6. Instituenda autem est curatio clysteribus, humores acres diluentibus & abstergentibus, ex decoct. pullot. c. flor. chamom. sambuc. & anthos paratis, quos si forte immorigerus æger admittere nolit supplebunt juscula alterantia largius ad meatem Sydenham propinata:

7. Quæ

7. Quō ipso exulare jubemus purgantia, qui enim his instructus hostem agreditur oppugnandum, idem agit, atque is, qui ignem oleo extinguere satagit.

8. Fermentescibili humori, maximā ejus parte dilutā, injiciendum est frēnum paregoricum, horis vespertiniā adhibendum, quod ex aqua paralys. 3j. Mirabil. & laudan. liquid. gut. xv. sic confectum. Eundem obtinebunt finem anodyna, bezoartica, absorbentia, & acrimoniam temperantia, q. s. Emulsiones cum decocto C.C. sassafrato paratæ, tum vulgares, tum perlatae: Crystalli præparati, pulvis Anglicus, Mantuanus, pretiosus solaris, diacordium Theriaca cœlestis, Andromachi recens, quibus externa, superius in vomitus humoralis curatione laudatæ superaddi possunt.

ARTICULUS NONUS.

De Sifilimia.

I.

CAUSÆ sitis præternaturalis proximæ sunt obstructio pororum glandu-

larum lymphaticarum in ore, & aquosarum particularum in sanguine defectus, quæ tremulum fibrillarum in faucibus motum conservare debebant. Remotæ autem sunt ea omnia, quæ exsiccandi, dissipandi, & obstruendi vim habent quæ spectant vigilæ, labores, inedia, humores falsi, calor immodicus & hypercatharsis.

2. Curatur medicamentis linguam & fauces humectantibus, poros glandulosos de obstruentibus, lixiviosam sanguinis intemperiem corrigentibus, æstum biliosorum humorum temperantibus, & sanguini penuria humiditatis laboranti aquosas reddentibus particulas, quæ præstabunt, aqua fontana, acidulæ, nitrofa, camphorata, tamarindinata, acetum vini in ore detentum, decoctum hordei cum passulis, decoctum citri, clyssi minerales, aqua cancrorum recens expressa, emulsiones ex amygdalis & semin. 4. fr. major, largius haustæ, Jolapia, omnium sitientium anchora & portus, spiritibus mineralibus acidulata.

CAPUT SECUNDUM

Continens

INTESTINORUM MORBOS.

ARTICULUS PRIMUS

De Ienteria & Cœliaca.

I.

LIENTERIA & ASSUMPTORUM SUB Eâ formâ, quâ ingesta sunt, per alvum excretio. In cœliaca autem passione vel parum immutata, vel non digesta, excernuntur.

2. Subjectum morbi sunt intestina

cum ventriculo qui illorum caput est.

3. In causarum ordine primas tenent ipsa assumpta visciditate & duritie peccantia, fibrarum atonia, & fermenti tum gastrici tum duodenalis inertia.

4. Causæ remotiores sunt potus nimius, morbi tum chronicí tum acuti, sanguinis compagem usque adeò turban tes, ut nec acidum nec amarum fermentum amplius generari possit.

bb 2

5. In

5. In morbis acutis dubium præfigunt eventum, plus tamen adultis portentum periculi, quam infantibus: Quod si diutius ægrum affligant, viam sternunt ad marasnum vel hydropem.

6. Ante omnia tonus fibrarum est restituendus & fermenti activitas exaltanda; quod tentari potest Elixirio vitrioli. *Mynsichti* ad paucas guttulas sèpiùs *in non lactantibus* exhibitò, vino salviato, anthosato, absinthites, aqua ligni sassafras, succolada, nuce Indica, Zingibere in India conditò & omnibus ex mentha preparatis. Plura vide in curatione vomitus & anorexiæ.

ARTICULUS SECUNDUS.

De Diarrhoea.

I.

Diarrhoea est variorum humorum per alvum excretio.

2. Causa est humor acris, vellicans & fermentescibilis, quem vel ipsa assumpta in sinu gerunt: vel sanguis ad intestina transmittit. Sèpiùs enim sanguis sero acri turgidus salia sylvestria in intestinorum tunicas & glandulas deponit, quæ vi sua irritativa quicquid humoris in illis continetur emulgent & diluvium alvum excitant. Huc quoque faciunt fructus horaria & cibi facile putrescentes, cerevisia recens & non bene defecata, mustum, insensibilis transspiratio-nis sufflaminatio, lacticinia aliis cibis commixta, motus nimius, animi passiones vehementiores, quæ & fel commovent, & spiritus animales exagitant.

3. Dividitur in humoralem & chylosam criticam & symptomaticam, beni-

gnam & malignam, quæ omnia in curatione sedulò sunt attendenda: Sèpiùs enim pro valetudine est, si alvus per aliquot dies fluat. In diarrhoeâ benigna convenienter leniter evacuantia & adstringentia; in maligna autem plus danni inferunt, quia gliscentem jam in intestinorum substantia calorem inflammatorum plus augment, qui tamen modice refrigerantibus debebat temperari, nisi ægtum in gravius & incluctabile malum præcipitate velis.

4. Alvi fluxus gravidis, puerperis, phthisicis, & variolis distinctis laborantibus, funestum minatur periculum.

5. Quaritur quare intestina in longa diarrhoeâ ab humoribus acribus non excorientur, qui sine ani excoriatione vix excerni possunt? Sed notandum est, ipsa salia dilita magis esse in diarrhoea quam in dysenteria, in qua plus bilis æruginosæ & salis corrosivi deprehenditur; deinde humores in diarrhoeâ non adhære parietibus intestinorum, sed vel è glandulis expressos, vel è ventriculo descendentes, celeri pede ingentem intestinorum tractum permeare, donec foras eliminantur, & in ambitu sese diffundentes in parte exquisiti sensus cuticulam erodant.

6. In curatione humores acres sunt temperandi, abstergendi & leniter evacuandi, nisi malignitas & inflammatio id prohibeant. Deinde pori sunt aperiendri, & ventriculus cum canali intestinali confortandus. Prius præstant Clysteres, juscula ex hordeo & avena cum endivia, lactuca, acetosa, acetosella, Tinctura rhabarbari, & omnia absorbentia. Posteriori sequuntur sudorifera theria.

theriacalia & blandiora acida, vinum cydoniorum, rhibum, berberum, Gelatina C. Cervi composita, Plura vide in dysenteriae curatione.

ARTICULUS TERTIUS.

De Dysenteria.

1.

DYSENTERIA est variorum humorum pure & sanguine tinctorum, cum alvi terminibus, vigiliis, siti & cibi fastidio, excretio.

2. Causa proxima est interioris tunicae intestinorum exulceratio & vasorum sanguiferorum excisio, facta ab humore acri & corrosivo, sanguinis mixtionem turbante, eumque acriorem reddente.

3. Generantur autem tales humores ab esculentis & potulentis fermentis cibilibus, acre anomalo, contagio.

4. Magnam hic circa causę explicationem scenerari possumus lucem ex doctrina de hypercatharsi, sicuti enim validiora purgantia sanguinem usque adeo turbant, & succos inde dependentes exacerbant, ut acriores facti & intra receptracula sua amplius contineri nescii clausa perrumpant, vasa perfodiant, sique cruentum alvi fluxum cum totius corporis subitanea consumptione inducent. Ita quoque humores fermentescibles nacta, vel à contagio admissa, vel ab acris anomalia, vel assumptorum vitio, occasione, turgescunt, chylum acrimonia inquinant, sanguis compagem relaxant, ut partes secedant & divertium à se invicem facientes vasa erodant, tunicas exulcerent, & sanguis cum pure aliisque humoribus pro salium copia & qualitate aliter atque aliter coloratis crebrius excernatur.

5. Quæritur unde copiosus iste mucus gelatinæ non absimilis? Nihil hic profectò aliud, quam lac seu chylus à glandulis intestinalib⁹ & valis lymphaticis redditus & in gelatinam concretus, quem augent humores pituitosi, è sanguine, in mixtione sua turbato, inter termina præcipitati.

6. Diagnosis est facilissima, si excreta inspiciantur & æger de alvi dorminibus conqueratur. Quænam autem intestina potissimum afficiantur, id non tam ex doloris situ quam ejus specie, excretionum frequentia & mixtura, nec non ex reliquorum symptomatum majori- vel minori pravitate divinare licet.

7. Dividitur in benignam sive notham, & malignam sive veram & exquisitam, dolentem & indolentem, in aquosam & cruentam. Mallem tamen aquosam ad diarrhoeam malignam referre.

8. Affectus hic sua natura est periculosis. Majori tamen versabitur in periculo æger, si intestina tenuia sint sauciata: Si magna ad sit febris & inflammatio. Si malum sit ab atra bile & salibus admodum corrosivis. Exulceratio quod profundior est periculosior, colligimus autē profunditatem à caruncularum & filamentorum ut & sanguinis copia. Stat Hippocratis effatum, funestis proh dolor! confirmatum historiis. Si dysenteria laboranti veluti carunculae dejiciantur lethale est. Malum quoque lethale est, si singultus superveniat cum diglutiendi difficultate & linguae nigritate, si frequentiores vomitus comitantur vigilie, sitis, febres & cibi fastidium. Plurimis funesta sit dysenteria post intempestivum in cacochymicis acidularum usum exorta, tum quod tonus intestinalis à nimis,

bli. 3

nimis,

nimio quanto, in quo ferè omnes peccant, jam sit labefactatus, tum quod sanguis cœterique humores, serò omni ferè exhausto, acriores magisque fermentescibles facti sint.

9. Primarii curationis scopi, quos ceu cynosuram, fallere nesciam, in medendi methodo sequimur, sunt sequentes: 1. Acre illud vellicans sopiaendum. 2. Humores in intestinis sunt abstergendi, in sanguine autem corrigendi & foras eliminandi. 3. Ulcus detergendum & consolidandum.

10. Auspicabitur autem curationem felicius, si injecto uno vel altero enemate sedativum medicamentum singulis diebus circa vesperam exhibeatur. Præsertim in dysenteria exquisita, quæ purgantibus magis exasperatur. Nam intet eos dysentericos, quotquot ego hæcenus tractavi, & quos non tam facile ob pluralitatem in digitos mittes, neminem profectò vidi, qui evacuantium usum deprehenderit salutarem; Cùm enim ipsa purgantia & sanguinem & intestina afficiant, quis afflictis novam addere audebit afflictionem, præsertim ubi intestina tenuia sunt exulcerata, & ventriculus admodum languet. Videtur autem intempestivum adstringentium & stipticorum remediorum usum ipsis imposuisse medicis, ut in eam devenerint sententiam, hoc malum non nisi evacuantibus sèpiùs repetitis curari posse, quia videbunt, dysentericos ab adstringentium usu ut plurimum in pejus ruere, ventrem intumescere, calorem intendi, & tenesmum augeri, fluxu autem restituto omnia mitius agere, unde periculi plenum subortum est præjudicium, quod

dysenterici sèpiùs purgari debeant; neque desunt mihi rationes, quibus in veteratam hanc sententiam de ponte dejicere possem, quas tamen cathedræ reservo. Longè aliter autem se res habet in dysenteria notha & benigna, quæ non tam ex sanguine, quam ab humoribus, in primis viis delitescentibus, ortum suum trahere videtur, quis enim nescit, his à sordibus blandiori aliquo cathartico liberatis, ipsum morbum facilius & tutius curari posse? Quâ benignitate interpretandum est infusum catharticum *Celeberrimi Practici Sydenham*, ab authore tantoperè in dysenteriae curatione commendatum. Verùm enim verò! videtur Emeticum hoc multis adhuc parafangis antecellere, statim in morbi principio, constantibus adhuc viribus, propinatum, quò ipso & materia peccans imminuitur, & inordinata humorum fermentationi & putrescentiæ occasio præscinditur. Quod si jam profundioris exulcerationis apparent signa, vomitorium paricum purgantibus ambulat passu.

11. Itaque vellicans acre temperandum opiatis, prudenter & respiratione adhuc existente liberâ cum pulsus magnitudine & vehementia exhibitis, quorum encomia decantant *Sydenham*, *Willisius*, *Wedelius*, *Etmüllerus* aliique Practici innumerî. Hue pertinent omnia theriacalia, discordium, Theriaca cœlestis, Theriaca recens. Deinde intestina detergenda & mundificanda clysteribus exalte chalybeato, sero lactis, vel decocto vulnerario cum melle, Terrebinth, & Saccharo Saturni paratis. Porro humorum affluxus ad intestina cohé-

cohibendus decocto Zvwölferi cum sambuc. verbasc. rosar. & meliloti in priapo C. Cervi vel ceti & Gelatin C. C. paratō, Electuario ex conservâ rosar. cum pane cydoniorum ol. N. M. expresso & tintura opii. Observandum tamen, quod humores evacuantia prioribus remediis sèpius sint interponenda, inter quæ sudorifera omnem absolvunt paginam, q. s. C. C. solare, lap. Bezoar. oriental. & occidental. Bolus armena, Terra sigillata, Aqua Cordial. fr. Saxon cum camphora, & omnia camphorata, Aqua Tormentill. theriacal. lign. salsafri. Tandem ulcera sunt consolitanda, & coctio juvanda, quo pertinent decoctum chinæ chinæ, Vinum Cidoniorum, rob. sorbillor. Terra vitriol. dulcis, Crystall. preparat. Aqua pan. C. N. M. Aqua menth. Zedoar. anisat. Tinct. rosar. Corallior.

12. Venter inungatur balsam. Δ ris anisat. cum oleo N. M. expressi. & Theriaca, toti abdomini imponatur Emplastr. ex theriaca & bolo armen. vel omentum vervecinum cuncte ol. hyperic. De clysteribus notandum etiam est, quod sèpius plus irritent ad excretionem, si sphincter admodum sit sensibilis, & quod frustra injiciantur, si malum in tenuibus hæreat intestinis.

13. Diæta sit lactea: Pro potta ordinario commendatur vinum rubellum. Exulet Venus, quam multi ventri prodesset dysenterico falso existimant, nunquam enim tempore morbi de ea cogitet æger ut remedio, sed potius de Abi in cellam & Ora Paternoster in solatio.

14. Tenesimus est sphincteris ani cæspatura, quæ fotu cum fl. chamois,

ARTICULUS QUARTUS.

De Colica.

1.

Est dolor abdominalis cum magno intestinorum cruciatu & distensione, quem frequentissime alvi adstrictio & vomitus comitantur.

2. Causa est vel humor austerus, mor-dax & acris in tunice intestinalis hærens tubulis & fibras contorquens, culpâ di-gestionis duodenalis productus: Vel flatulentus quidam genius ob denega-tum exitum oberrans & fibras intesti-nales distendens.

3. Causæ remotiores sunt Aer frigi-dior cibi, flatulentus, pinguia, præsertim si illis superbibatur, cerevisia fœculenta, Ira, & omnia quæ vel succum pancrea-ticum acidiorem vel bilem aciorem reddere possunt.

4. Dividetur in pituitosam, quæ à pi-tuita multo sale referta oritur; in bilio-sam, quæ à bile acriori producitur, & in melan-cholicam seu scorbuticam, quæ ab humoribus austerioris excitatur. Rursus alia dicitur uterina, alia nephritica, alia benigna, & alia maligna & epidemica.

5. Dolor nunc est vagabundus & to-tum intestini coli ambitum percurrit; nunc magis fixus circa umbilicum, qui ob spasmodicam contortionem quoque versus interiora convellitur.

6. Quamvis autem hic affectus etiam à Mulierculis curetur sèpius vel non raro tamén ægrum in vita conjicit disserimen-

pt. 22.

Præsertim si humor valde contumax sit, acris & inflammabilis, si inveterata adsit pororum intestinalium obstructio, tunc enim saepius fit lethalis & in Epilepsiam, passionem iliacam vel paroxysmum degenerat.

7. Scopi primarii in curatione sunt, 1. Ut alvus reddatur lubrica. 2. Ut humores corrigantur & evacuentur. 3. Ut flatus discutiantur & pori obstructi reserantur, 4. Ut urgentius symptoma, dolor, mitigetur. Quibus feliciter obtinendis conducunt clysteres nunc simplices, nunc compositi magis, terebinthiati & antimoniati, injici autem debent per siphonem, quia altius, progrediuntur, & fortiori in intestinorum parietes faciunt impetum. 2. Infusum fol. orient. cum manna & aliquot granis pulveris radicis laxativæ, quam magnus *Roffascins* vocat medicamentum spei plenum. Vel sola manna cum oleo amygdalarum in juscuso soluta. Debent autem purgantia in tali exhiberi dosi, ut citius & certius exspectationi satisfaciant, quia unicum etiam catharticum mature exhibitum, plus saepius præstat, quam triginta clysteres. 3. Sudorifera ex decocto lignorum *Empirici Viennensis*: vel ex rob. Eboli & juniperi cum sale volatili viperarum & cornu cervi. Carminativa v.g. Aqua mirabil. aqu. Zedoar. anisat. aqu. è baccis sambuc. aqu. arantior. aqu. è stercore columbino destillata. spir. carminat. de tribus. spir. tartar. simplex vel sassafratus. spir. nitr. dulcific. spir. sal. armon. anisat. vel succinat. Tinctur. succin. castor. arantior. liq. C. C. succinat. cortic. arant. cum vino crocato exhibiti. 4. Tinctur. anodyna. Theriaca recens. laudan. opiat.

8. Externè convenient sacculi catinantis, resolventibus & emollientibus impletæ & in lacte cocti, fasciculus filorum lineorum in aqua & ciner. coct. cucurbitula cum multa flama umbilico imposita, balneum artificiale ex emollientibus & anodynis, Emplast. carminat. *Sylvi*, inunctiones cum ungu. anodyn. dialth. ol. carminat. Zibethum, axung. cat. *Sylvi*. Instar omnium est ol. succin. umbilico inunctum, quod quicquid nebulosum est, discutit.

9. In maligna saepius ab opiatibus ordinenda est tela, quæ nervinis & carminativis commixta præmissò blandiori cathartico malum felicissime tollunt, & per plures dies exhibita recidivam, in hoc morbo ferè semper timendam, impediunt. Alvus adiugatur ad officium clysteribus, post quorum applicationem æger in balneum deducendus, à balneo vero in lectum, & assumptò succō lumbri. terestr. componat se ad sudores. Vitari hic debent omnia calidiora & agitatoria, vi prædicta, neque enim hic juvant aliorum tela plumbea, & si apparatus, majoribus litteris ab Empyricis commendatum, excutias, nil nisi nugas & sordidis observationibus stipata mendacia habebis. Venæfictio aliquoties etiam non tam ad evacuandum quam ad ventilandum sanguinem repetita, in subjectis remedio huic assuetis admundum est proficua.

10. Præservatio consistit in obedientia diætæ, hic enim locum habet, medicè vivere, est misere vivere. Conducit iter aliquid, ut corpus per plures dies equitando velvectione concussum ab obstructionibus visce-

viscerum contumacissimis liberetur. Tandem pro solatio sunt acidulae, decantatum scorbuto aestuantum refrigerium, sub prudentis medici moderamine ab Idiotarum & post fornacem cucumere ceteris natorum medicastrorum phantasmatis & nugis vindicatae.

ARTICULUS QUINTUS

De
Iliaca Passione.

L.

Est motus intestinorum peristalticus perversio; vel est fibrarum intestinalium ab ano ad gulam usque convulsio, à tumore, inflammatione, convulsione vel nimia distensione nunc intestini ilei, nunc omnium, producta.

2. Causae remotiores sunt frigus, intestinis inimicissimum, in herniâ admissum, ira, scybala diutiū cum flatibus retenta, venenum. Vidi infantulo trimestri Iliaca passione extincto, tenuia intestina intrâsse crassa & quidem intestinum rectum, ut tumorem palmæ magnitudinem æqualem exhibuerint: erant autem usque adeò convoluta, ut non nisi vi quadam à chirurgô in rectum explicari potuerint, quæ hinc inde maculis nigris notabantur, & ipse ventriculus aliquot contraxerat carbunculos, in cuius fundo fluctuabat liquamen nigrum cum pulvere instar auripigmenti vel vitri contusi splendescente.

3. Enemata in hoc affectu sunt Emetica, alvus est adstricta, & fecalis materia yi per superiorem guttarem excer-

nitur, excrementsa tamen non semper foent, si enim è tenuibus intestinis venerint, odoris ferè expertia sunt, si autem ex crassis ascenderint, fermento stercoreo imbura admodum foent. Hinc Sydenham dividit Iliacam in veram & notham. Vera ipsi dicitur, quando ventriculi cum integro intestinali ductu motus peristalticus invertitur. Notha quando non totius fistulae intestinalis adest convulsio, sed illorum saltem intestinorum, quæ supra sedem obstructiois à fecibus, flatibus, vel herniosâ constringione, sita sunt, dolores admodum sunt vehementes, ut cœlum terræ misceri videatur, adsumt vigilia, inquietudo, frigus extremorum & cadaverosa facies.

4. Si ab herniâ & stercorum detenione oriatur; spei plenum facimus prognosticum, cum eam aliquoties viderim curatam. Sin verò ab inflatione totali, ab humoribus eō concitatis, fuerit introducta, non potest non eventus esse funestus.

5. Urgentiū symptomā est vomitus, qui omnem ad se divertit medendi operam, frustra enim exhibentur alia medicamenta, nisi huic prius ponatur obex. Pro quo scopo obtinendo convenit potiuncula à Rerio cap. de vomitu descripta, & à Sydenham in hoc morbo commendata, ex sale absinth. & succ. limonibis de die sumenda; interim singulis horis detur aqua menthæ, quam ad plures etiam dies continuare jubet Sydenham ob recidivæ metum. Vomitu sedato ducatur äger in balneum tepidum ex lacte, vel aqua pluviali cum herbis emollientibus & laxantibus prius cocta,

cc

inje-

injuncto ante ingressum clystere sale tartari exaltato. Catulus vivus continuo acsumbat ventri, quem fovere præstat spiritu vini camphorato, vel nitri, solutione cum sale armon. Si inflammatio validè urgeat, V.S. quoque tentanda. Tandem ubi omnia conciamata iam apparent, concedatur haustus argenti vivi ad aliquot etiam uncias; quamvis enim juxta Sydenhammi sententiam parum conducere, imò noxam haud contumendam inferre videatur, tamen metum hunc inanem crediderim, quod persuasus sim, magnam argenti vivi copiam citraullum aliquodin commodum assumi posse. Et docent nos Ephemerides, quod operarii in fodinis Hungariae magnam hactenus insciis inspectoribus vesperi ante abitum deglutiuerint argenti vivicopiam, quam domi per alvum reddiderunt, & furtum clam vendiderunt. Quod detecto sanctum nunc est, ut omnes extra fodinam aliquandiu commoranteneantur, priusquam sedomum recipiant, quo eo facilius furti convinci possint.

6. Si malum ab herniosa constrictione sit productum, tumor ante omnia emolliendus cataplasmate ex axungia porcina, rad. alth. & ol. hyperic. parato, dein ipsa intestina in pristinum redigenda sunt situm.

7. In diæta commendamus jejunium, quo enim æger diutius à ciborum ingestione abstinebit, cò plus in intestinis sentiet levaminis. Interim vires, in quibus vita thesaurus reconditus est, cardiacis modicè refrigerantibus sunt confortandæ.

ARTICULUS SEXTUS

De

Lumbricis Intestinalibus.

1.

Lumbrici generantur ex ovis muscarum, quibus ingesta sunt conspurcata, quæ superveniente proportionato calore in intestinis excluduntur. Ejus modalimenta sunt saccharata, lacticinia, mellita, & alia aeri diutius exposita, quibus musearum agmina insidiantur. Vide excellentissimi Harderi Epistolam de insectorum generatione ex ovo.

2. Pulchrè Helmontius in Tr. Sextupl. digest. aliment. human. Vermes, dicit, generari, quando sellis fermentum non attingit alimentum, amara enim vermis sunt inimica, hinc negat illos vel in duodeno, vel in ventriculo, generari posse. Id quod quid.m in statu naturali facile concesserim. Sed quid obstabit, quo minus etiam in pituitosa cruditate concurrente calore putredinali & his in locis vermes generantur?

3. Cognoscuntur ex ventris dolore, febri erratica, pavoribus in somno, facie cachecticâ, phlogosi & narium pruritu.

4. Variae dantur vermium species, & figura, & hospitio à se distinctæ. Exigu, ascarides dicti, in recto intestino commorantur, reliqui integrum intestinorum ductum dimetiuntur, & fame vexati, sine ulla honoris præfatione, nefario ausu ad ventriculum & gulam usque sèpius expatiantur.

5. Non

5. Non raro funesta ludunt dramata, dum ipsa intestina, quæ tam grata ipsis exhibent hospitia, perfodiunt. Et balsamicam chyli partem absorbentes putredini fores pandunt, matri sexcentorum malorum. Si in morbis malignis per alvum excernantur, vel sponte per gulam prorepant, magnum ægo portendunt periculum. Vix enim (inquit antea laudatus *Helmontius*) lumbri extra vitalem nidum creptant sursum, nisi ob fibi horridum ac malæ contagionis obstaculum. Hinc illos ceu nuncios magnæ putredinis meritò increpamus.

6. Itaque dentur 1. vermes enca-
tia, 2. evacuantia, 3. chylificationem
promoventia. Quibus satisfit 1. per
acida. spir. vitriol. spir. vitriolicis. E-
livir. vitriol. succ. citr. vinum, vitriol-
um *oris*, vitriol. calcinatum, 2. per a-
mara, Essent. absinth. c. Essent. tanacet.
essent. aloët. contra vermes, Elixir. pro-
priet. sem. santon. corallin. 3. per oleosa,
ol. amygd. olivar. 4. perscabratestacea &
ponderosa, C. Cervi, corall. 5. dulci-
fic. Aqua communis cum argento vivo
bullita, quod remedium *Helmontius* vo-
cat paucum & innoxium potum, omnes,
interitem tem vermes tam in intestinis
quam extra illa hospitantes. Secundæ
indicationi satisfaciunt rhabarbarum &
ex eo parata remedia, pilulæ Franco-
furtenses, Glassianæ, aliæque aloeticæ
familiares, clysteres ex lacte & saccha-
ro vel melle. Amara externè umbilico
imposita, Epithema pro abdome, ne-
quod & alvum movet & vermes ene-
cat, cuius non nemo in Ephemerid.
ceu magni arcani facit mentionem.
Pro 3. pertinent huc omnia stomachi-

ARTICULUS SEPTIMUS

De

Hæmorrhoidum affectibus.

I.

Fluxus cruentus, vulgo hepaticus dicitus, est sanguinis serosi per hæmorrhoides excretio, culpa sanguinis, non hepatis, producta.

2. Nam vasa sedalia sèpiùs per an-
stomosin vel etiam diabrozin aperiuntur,
& sanguinem nunc crassum & fœculen-
tum, nunc rutilum, sèpiùs aquosum
fundunt. Præcessit annosla quædam san-
guinis intemperies, & cæochymica dis-
positio è primarum viarum vitiis intro-
ducta. Hinc est quod omnes tales non
benè ferant adstringentia & remedia
styptica, sufflaminatò enim hòc pro-
fluviò accedit dolor, tumor, & inflam-
matio circa anum. Sin vero connivere, &
sanguini liberum exitum concedere veli-
mus, metuendum est, ne æger in ca-
chexiam præcipitur. Itaque sedulò at-
tendendum est, utrum fluxus hic sit pe-
riodicus, & certis circumseptus limitibus;
utrum verò œconomia, & præsertim
sanguini ruinam comminetur. In priori
enim casu soli naturæ negotium erit re-
linquendum, hunc pensum in valetudi-
nis commodum lunaticè solventi. Sin
verò magna insequatur virium prostra-
tio, in tantum quidem locus affectus et-
tiam relinquendus est, necesse tamen est,
ut oculæ & mentem ad primas vias &
ipsum sanguinem convertamus, quo,

CC 2 præ-

præmissâ V.S. humores vitiosi juscum alternantibus & laxantibus, per epicrasin primas vias à fôrdibus liberantibus, evacuentur, & obstruktiones per martialia referentur, ipse verò ventriculus per amara stomachica confortetur. q. l. spir. vitriol. ♂is, Tinct. ♂is, Tinct. terr. foliat. Essent. amar. Elixir fermentativum.

3. Sæpius restagnat in his vasis sanguis pituitosus & fœculentus, ob spirituum inopiam regredi nescius, unde ob distensionem & compressionem primò pruritus, mox dolor exquisitus cum inflammatione, tumore & abscessu oritur.

4. Medentur huic malo facculi herbis anodynîs impletî & cum lacte cocti, liquor cinnaberinus calidè sæpius impositus, cataplasma anodynum ex mica panis, vitello ovi, ol. lin. recenti sulphurato, & flor. chamomill. sambuc. verbasc.

& herb. Malv. paratnm, unguentum de linariâ cum butyro cancerin. & ol. ovor. pulvis de verbasc. & cum totum negotium in vasorum tumentium apertione cœsistat, hirudines illis applicatæ subitaneum spendent levamen, cœterisque remediis omnibus palmam redundant dubiam. Huc pertinet Aloe sanguinis bituitosi & melancholici potentissimum correctivum, hinc si vis vivere annos Noë, utere frequentius Aloe, sua resinosa parte priùs castrata & pari quoque felicitate medentur Elixir propriet. arcanum duplicat. Essent. Terra foliat. & spir. sal. armon. aromaticus.

**DEO autem Optimo Maximo
sit laus & gloria in sempiternum.**

DISPUTATIO XXI.

DE

E B R I E T A T E E T INSOLENTIBUS ALIQVOT IPSIUS AFFECTIBUS.

RESPONDENTE

ARNOLDO CURTIO,
Cassellano. Hasso.

L.N.D.N. J.C.

I.N.D.N.J.C.

Nunquam tam vehementi admirazione Solem naturali suâ luce coruscantem inspiciunt mortales, quâm si eclipsatus nitidum caput obscurâ ferrugine texit: nunquam tantâ attentione respicimus hominem decoris moribus utentem, & bene compositis gestibus incidentem, quâm quis vînò probè madefactus per compita griffando dat motus incompositos & carmina dicit. Quapropter cùm admiratio ad causarum inquisitionem plerumque exstumulare nos soleat, genuinam EBRIETATIS naturam cum principiis ejus phænomenis & symptomatis per principia naturalia in apricun ducere mecum constitui, ne uniusque qui Ethicas exinde consequentias elicere dellet abitur, dubitandum sanè sit, num brutū an homo dicendus sit EBRIUS.

THESIS I.

Libuit Sapientissimo rerum Architecto in primæva Mundi creatione substantias non tantum intelligentes & corporeas seorsim, verum etiam creaturam quandam non simplicem, sed ex utroque rerum genere compositam fabricari: dum enim ex terra nobilem quandam machinam artificiose formârat diuinus hic Plastes, aliam quandam substantiam intelligentem & cogitantem, quam mentem seu animam rationalem vocamus, ei insufflavit & simul junxit, siveque surrexit & ex manu Dei prodidit HOMO, audax illud naturæ miraculum.

II. Et certè etiamsi duæ hæ substantiaz mens & corpus naturæ à se invicem valde discrepantis sint, tam arcta tamen inter illas intercedit unio, ut plurimi corporis motus à mentis cogitationibus, multæque vicissim mentis cogitationes à corporis dependeant motibus: ita ut si anima

brachii motum voluntate suâ imperet, ecce promptissimè se extendit, & ad animæ nutum iterū se contrahit: & è contra quoties corpus quoad partes suas notabiliter movetur, statim hoc percipit mens, certamque pro motus diversitate habet cogitationem, & sensum, nimirum silbra nostra plumâ quadam leniter perstringuntur, mens latatur, si verò fortiter moveantur quædam partes, ut continui sequatur solutio, dolet, & molestâ cogitatione seu ingratâ sensu cruciatur, & sic de ceteris.

III. Mutuum hoc commercium peragitur mediantibus corpusculis quibusdam summè agilibus & mobilibus, quorum genesis & naturam paucis tibi exhibeo. Scilicet sanguis in corde rarefactus ipsius pulsu subito in arteriam magnam producitur, quoniam verò sanguinis particulae una alias magnitudine superant, illæ solùm quæ minores, agiliores & leviores sunt per arteriæ aortæ ramum, qui rectâ lineâ à corde versùs cerebrum protensus est, sursum vertuntur, ibique crassioribus ob viæ angustiam transitu præcluso solæ penetrant & auram quandam subtilissimam & valde mobilem, quam spiritum animalem vocamus, componunt, qui p: o diverso suo motu in cerebro, animæ functiones suas ibidem specialius exercenti varias ingerit cogitationes, ac rursus pro diversis animæ cognitionibus varium quoque nanciscitur motum, quippe ipsi imaginando, sentiendo & ad crassiorem sui corporis molem diversimodè movendam inservit.

IV. Prout igitur spiritus animales in legitima copia debitaque agilitate menti in exequendis suis muniis inserviunt, sic etiam, dum iidem abundantia peccant, vel

nimis agiles, vel torpidi sunt & immobiles, anima frustis dominatur, ejusque cogitationes ab immoigeris sibi spiritibus non uno modo perturbantur, hinc tot tamq; mirabiles in humano corpore tragediae tanquam in publico theatro conspicenda exhibentur, ut modò astantium excitent commiserationem, modò ipsi etiam Heraclito altos extorqueant cachinos.

V. Inter illas autem agmen plerumque dicit Vertigo, quæ corripi, progressi vix valent, nihilque stabile ac confitens in debito suo situ ac positione conspicunt, sed omnia circumstantia adjecta illis simul cum semetipsis in motum spiralem circumrotari videntur; quod sequenti modo convenienter explicari posse confido, si cogitemus, sanguinem lauatori vino aliōve quovis generoso liquore irritatum, solitō magis in corde accendi ac dilatari, & in arterias propulsū eas etiam tumidiores efficere, unde fit, ut arteriolæ etiam, quæ spiritus animales cerebro instillant, à suppeditata sibi majori sanguinis copia valde dilatentur, eaturunque orificia pro spirituum animalium excursionibus nimis amplè sint patula, sicque subtilioribus non tantum sed & crassioribus quibusdam sanguinis partibus transitum concedant, quæ crassiores dum in reliquarum minutissimarum perniciissimum motum consentire nequeunt, eliminantur & cerebro adharent, ejusque ut & nervorum poros obstruendo spirituum animalium influxum impediunt: Eādem ratione ac Sol crassiunculas quasvis sibi immixtas particulas in aliatum motum conspirare laborantes versus superficiem expellit, ex

quibus densi aliquando macularum cortices conflati, Macrocosmi illuminationē non parum obtundunt: aut potius quemadmodum videmus aquam vel alios quoscunque liquores dum igni admoti ebulliunt, partes quaslibet crassiores & ad motum minus aptas emittere, ex quarum concretione spuma componi, & ipsorum superficie, ubi minor est agitatio, supernatare solet: pariter opinari vas sit, foeculentas quasdam sanguinis partes spiritibus immistas, ob molem suam & irregulares figurās tantam cum reliquis spirituum minutis agitationem refugientes, ab iis separari & cerebri parietulis adhærere. Progressurus itaque ebrius spiritus animales determinat versus illam cerebri partem, ex qua nervi in musculos imperato ab anima motui inservientes descendunt, dum yerd cerebri meatus nervorumque orificia hisce infarcta sunt foeculentis, spiritus animales transitum non invenientes respuunt, & regulari suo motu præpediti in vortices & gyros aguntur, atq; ita non modò omnes Microcosmi regiones suā irradiatione destruant, sed etiam animæ objecta visibilia modò tanquam in altum elevata, modò in imum depresso, modò circumgyrantia & in motus tornatiles acta falso repräsentant. Quæ mea sententia per causas demonstrata, similibus illustrata, per experientiam omnino indubitate redditur, dum vertigine laborantes non solùm scotomiam percutiuntur & progredi nescientes vel admodum vacillant, vel in terram cortuunt, (unde spirituum animalium in nervos trajectio intercepta evincitur) verū etiam, etsi oculis clausis humiliantur

ceant vel lecto incumbant, vorticosos spir. animalium motus ceu molendini circumactiones in capite satis manifestò persentiscent: & tamdiu durat paroxysmus, usque dum sp. in cerebro rotari desinant, ac spuma, cerebri meatus obstruens, à continua eorum agitatione dissolvatur, iterumque, absorbeatur, prout etiam Solis maculas in ipsius substantiam refundi observant cœlestium ruspatores, aut sicut eandem spumam in ebullientium liquorum superficie cumalatam ab iisdem dutius effervescentibus plerunque rursus absumi videmus.

VI. Indecoris etiam gesticulationibus turpiter se prostituunt compositores, absurdisque & incongruis sermonibus, choreis valde confusis, & incompositis, temerariisque fluctuationibus se alis deridendo propinan: Sp. animales enim, cum aliâ ad mentis arbitrium benignâ scaturitione per nervos in musculos deferrî, blandumque & convenientem membrorum motum cicer deberent, abstinenti, et fere ad incendium usque effligranti sanguine in cerebro liberati, & effervescientes fiunt, & indomiti, tumultuantur, & summo cum impetu ac perniciissimâ quasi fulguratione nervos trajicendo musculos & membra, quibus innexi sunt, modò extendunt, modò contrahunt; hic illuc agitant, variisque modis transferunt, non secus

Ac si carceribus se se effudere quadriga

Addunt se in spatum, & frustra retinacula tendens

Fertur equis auriga, neque audit currus habens.

Quibus adde, quod anima [præ]sertim si nullo cogitationum usu firmata, nulla

validis rationum momentis innixâ judicii constantiâ pollens affectibus reluctari consueverit] ob arctam cum suo corpore conjunctionem à sp. tumultu perturbetur sœpissime, ut non nisi confusis & obscuris passionibus obruta, cogitationum suarum non amplius sit Domina, sed præcipitia malevolis sensationibus inædificata ferens judicia, non ex virtute agat, sed quod præsens ipsi passio suggerit, sine mora & sufficienti examine exequatur, qua propter & ipsa simili cum sp. furoris œstro percita, ipsos ceu famulos in exenquendis petulantiae munis promptissimos, pro lubitu suo dirigit, ad vociferandum, dñnicandum, tetras, impudicas & valde absonas locutiones proferendum, pedes, manus & quavis membra inconcinnè jactitanda & quæ sunt alia incompti motus genera.

VII. Quibusdam etiam in more est, ut dum Bacchô nimium litârunt, non solum affectibus sed & imaginationis, yitio in transversum lati, in quandam delirii speciem incident, & stultas insanientium actiones exactius referant: Cujus causam ut accuratiùs enucleemus, observandum venit, sp. animales in impressiōnum antea in cerebro factarum vestigia influentes certam in mente certæ cujusdam rei cogitationem & ideam excitare, & animam ex lege unionis, quæ ipsi cum corpore intercedit, obligare, ut hanc potius cogitationem quam aliam ex se promat, ad eam attendat, & isti sp. motui quasi alliget, ita ut positō hōc spirituum in certos cerebri poros influxu, non possit etiam certa cujusdam rei imaginatio non ponî, non aliter ac objectum

visi-

visibile nervum opticum satis fortiter feriens, necessario qualemcumque sui conceptum animo ingerere experimur. Quemadmodum igitur ab æquali & uniformi sp. cursu convenientes in anima cogitationes & ideæ efformantur, sic ab iisdem in confusionem adactis, & mox hæc mox illa cerebri vestigia sine ordine irruentibus vagæ etiam & disparés in mente imaginationes oboviuntur, & multiplicia rerum phantasmatá. Dum itaque divina hæc substantia à corporis sui illusionibus incantata, aut incantamentis illusa cogitationes suas negligenter vagari sinit, nihilque nisi fictas & tragicas quasdam notiones & noëmata confusa effingit, non potest sc̄ in eo statu ab eorundem attentione expedire, aut cogitationes suas ab innumeris phantasiaz machinationibus avertere, ut puri intellectus ideis & distinctis conceptibus se applicare & addicere possit, sed in miserum & deplorandum servitutis statum præcipitatur, dum cogitationibus suis, quibus antea ceu magistra præterat, amplius dominari impotens, alligatissima corporis serva evadit: quapropter omnes in universum ipsius vitæ actiones & mores juxta cogitationum delineamenta compositi, absurdí planè sunt & incongrui, quin sermones, cogitationum indices, non nisi ridiculi & impertinentes esse possunt, quos quales in specie sint, neris moveam, lubens reticebo.

VII. Non tamen siccò pede præterendum puto, cur plerique extremè ebrii actionum locutionumque suarum postridie ignari, & ne minimæ quidem rerum à se gestarum circumstantiae sint meæ mores, adeò ut siquicquid commiserint, posterio die ab aliis referri audiant, ipse vel credere recuseat, vel si rem multorum testimonio comprobata videant, summâ admiratione attoniti percellantur: quocirca breviter dicendum venso, quid requiratur ad id, ut alicujus rei recordemur, ad hoc autem tam corpus quam anima suam contribuit operam. Ex parte corporis requiritur ut arcuæ antea crebro impressæ, vel apertæ maneant, ut facile iterum aperiantur, ut spiritus animales eò versùs potius quam alio ferantur, ut eandem iterum cogitationem & actionem, quæ eundem spir. motum prius comitata fuit, animæ exhibeant. Verum non sufficit ad reminiscendum, eadem tursus in cerebro aperiri vestigia, spir. animales iterum in ista allici, prioraque in anima redire cogitationem, sed insuper ex parte ipsius mentis necessarium est, ut ipsa cognoscat, non esse primâ vice, quod hæc cogitatio nobis fuerit obversata, vel centies enim una eademque cogitatio in mente rutsus oboriri potest, ita ut non adverramus, nos antea ipsam circa hanc vel illam actionem habuisse, adeoque solus istius cogitationis recursus ad constituendam reminiscientæ formam insufficiens est. Quæ cùm ita sint facile unumquemque propositæ questionis causam clare intellectum arbitror, qui considerabit, sp. animales in ebriis nimis vagos plurima in cerebro saltem leniter aperire vestigia, unique imprimendo non satis diu immorari, quod facile iterum oblitteratur, quapropter spir. animales in æquilibrio politi, versus omnes partes æquilater inclinant, neque hæc porius quam alia repetunt vestigia, neque eadem in mente

mente recurrit cogitatio, adeoque ha-
etenus corporis vitio non reminiscitur
anima, quod etiam in nobis metis ipsi exper-
imur quotidiè dum nimis multa memo-
ria mandanda obiter legendo percurri-
mus, tunc enim sp. animales à mente, ci-
tiùs pensum suum absolutura, magnâ ce-
leritate hinc inde determinati, nulla ve-
stigia satis fortiter procedunt, qua ali-
quandiu remaneant, & sp. influxum ad
se allicit, unde mens tentatura, quid
memoriter teneat, ne paucula quidem
verba debitò ordine sine multiplici ha-
sitatione, aliquando nec initium nec fi-
nem cum fiducia recitare potest. Verum
enim verò etiam si aliquando impressio-
num cellulæ in cerebro satis apertæ ma-
neant & præterita in mente iterum exci-
tetur idea, non tamen ad producendum
reminiscientia actum sufficere diximus,
aliud enim est percipere quid secundâ
vice, quod sine reminiscencia fieri po-
test, & aliud iterum est, animadvertere,
nos secundâ vice illud percipere, quod
demum est reminisci, ita ut præter pri-
mæ cogitationis recursum mens per
actum reflexum intelligat, hanc cogitatio-
nem non esse novam, sed alia adhuc vice
eam nos in quodam negotio habuisse:
queri quidem potest, cur hoc non sem-
per cognoscamus, an scilicet illa cogitatio
primâ an secundâ vice nobis obveniat.
Sed facilis est responsio, mentem nostram
non posse animadvertere, cogitationem
quandam non novam esse, sed secundâ
vice recurrere, nisi antea etiam aliò tem-
pore, quo ipsa in animo fuit purâ intel-
lectus operatione cognoverit & annota-
rit, ipsam primâ ipsi vice obtingere, relata
enim sunt simul cognitione: dico puri

intellectus operatione, novitas enim
prout respicit id quod vetus & nobis fa-
miliare est, & quilibet alia relationes
rerum cum rebus comparationes, & ab
aliis distinctiones, cùm nihil materiale
& extensum in se contineant, neque in-
ter imaginationis neque sensuum objecta
unquam referri possunt. Cùm igitur ad
reminiscientiæ constitutionem necessariò
requirantur puri ab imaginatione & sen-
sibus abstracti intellectus operationes,
iisque temulenti, obscuris sensationum
machinamentis, vanisque vagarum ima-
ginationum ludibriis distracti, circa acti-
ones suas vacare nequeant, mirum non
est, quòd iudicem omnium suarum ebrie-
tatis tempore commissarum actionum &
verborum plane sint immemores.

IX. Inter acerbos ebrietatis fructus &
hoc numerandum putem, quòd aliquan-
do adolescentes, qui eximia mentis acie
ingeniique sagacitate pollebant, sensim
ac sensim hebetiores, tandem insulsæ
planæ ac Bardi evadant, ita ut ex homi-
num albo deleti in brutorum classem
translati esse videantur. Deplorandæ
hujus metamorphoseos causas ut per-
fectè cognoscamus, repetenda sunt,
qua de vertiginis natura supra innui-
mus. Scilicet omnes arterias ab effla-
grantí sanguine nimis intumescere, un-
de arteriolatum ostia nimis aperta ter-
restres etiam & crassiores sanguinis par-
tes cerebro offundunt, qua cum pari,
& æquè veloci cum spirituum commo-
tione agitari recusent, ab ipsorum con-
fertio separantur, & sibi invicem ad-
harentes, tenues quasdam veluti ma-
culas seu spumam componunt, qua
d d cerebri

cerebri meatus quodammodo obvelando, sp. animalibus impedimento sunt, quò minus libera sui expansione cerebrum trahicere queant, unde & ipsi ob præclusas aut saltem ex parte impeditas ituum & redditum vias paulatim obtusi, inertes ac orio obtorpescentes animaliū qua umvis functionum & sensuum præcipue internorum menti in acquirenda rerum cognitione opitulantur, munia segniūs obeunt, atque ita ex hominibus, qui aliás ob sp. vigorem acutæ erant idolis, ac vivido p̄r̄ suis confortibus ingenio conspicui emicabant, ~~magis~~ quam ad ingenii plusquam Boetici tarditate obfulcantur.

X. Bibulis etiam postquam meracius hauserunt, familiare est, ut somnus iis facilè obrepatur: antequam autem ad illud explicandum me accingam, breviter vigilæ & somni naturam indigitare opera erit pretium. Hominem itaque vigilare dicimus, quamdiu spiritus animales satis copiosi simulque satis vegeti & expediti cerebrum & nervosum genus inflant sensumque servant, ut sensus & arbitrarii motus actiones debite exercantur: econtra dormire dicimus, quando spiritus neque sufficienti quantitate adsunt, vel etiam non satis agiles sunt & mobiles, tunc enim cerebrum & nervosum systema spirituum inflatione destitutum ceu vela ventis sedatis flaccescunt & tensione relaxantur, quo ipso sensuum & arbitrariorum motuum actus necessariò supprimi necesse est: dicimus somnum duas efficienes seu potius deficientes agnoscere causas, modò spirituum defecitum, modo ipsorum crassitatem, torporum & immobilitatem. Utroque modo

in ebriis contingit, priori modo, dum garrulitate, saltationibus, luctationibus aut alio aliquo immodico corporis exercitio, spiritus animales nimium incalescunt, & per sudorem à toto corpore dimanantem dissipantur & in auras absunt: Posteriori verò ut plurimum accidere solet, dum sanguis à potulenta materia copiosè ingesta saturatus, uti in alias excretionis vias serosam illuviem, sic etiam in cerebrum aquosos vapores largius exonerat, quibus irrigati spiritus animales ad motum minus habiles sunt, & eò magis evenire hoc solet, quando inebriati, ex calefacto hypocausto frigido acti exponuntur, quod sequenti modo contingere, planè mihi persuadeo: Nimirum aquosi vapores ex sanguine separati per insensiles poros à calore magis ad apertos transpirant, aut si forte quædam particulae spiritibus immixtae maneant, illæ tamen, quamdiu à calore agitantur, à se invicem valde disjunctæ sunt, ut spiritus licet quodammodo sufflaminati nihilominus animalibus functionibus, quamvis non tam expeditè, p̄fesse possint, & homo licet non tam alacer adhuc tamen vigilat: Quamprimum verò calidum aerem cum frigido commutat, tunc vapores poris ambienti undique frigore constrictis, non solum à transpiratione intus cohibentur, sed ipsorum etiam particulae ob caloris defectum minus agitate se mutuò contingunt, sistuntur, & in aqua guttas mutantur, non aliter ac vapores à terra in acrem elevati frigore constipantur, & in guttas compacti in terram depluunt, aut potius ac venustissimi halitus in frigidum alemicum impingentes in liquorem condensari

densari solent: Quapropter aquosacolluvie inundati spiritus animales animalium facultatum organa suâ irradiatione destruunt, homoque uti vino sic altissimo quoque somno sepultus jacet.

XI. Denique tragœdiam hanc tristis aliquando spectaculo finire solet a poplesia, quâ circumventi subito concidunt, & attoniti stipitum instar sine motu & sensu & mortuis quam vivis similiores succumbunt ebrii. Cujus priusquam ex ebrietate deducere tentemus, è re erit, præmonuisse, triplicem causam agnoscere hoc malum: 1. spirituum defectum ex arteriarum carotidum & cervicalium ruptura oriundum. 2. spirituum crassitatem. 3. eorundem in cerebro, quas duas posteriores causas simul viarum seu pororum cerebri & nervorum obstructio concomitantur. Quod priorem attinet, vix fieri posse puio, aliquem ab spirituum defectum ex ebrietate contractum Apoplexia obrui, nisi aliud quid accedit, quantum autem ad duas posteriores, sèpe videmus illas à nimia crapula obortas apoplexiæ effectrices esse, & quidem spiritus à cerebribus poculis fuliginosos reddi & torpidos, hactenus satis fusè ostendimus, illos autem aliquando planè à motu suo inhiberi, ut apoplexiæ autores sint, demonstratu facilissimum est, si cogitemus, sanguinem à nimia potulentæ materiæ ingestionem maceratum, majorum serosa colluviei penum cum alia aliqua fœculenta & pituitosa materia per nimis ampla & distensa arteriarum orificia in cerebrum congregare, spiritibus non tantum, sed & cerebro

labem aspergere: vel etiam si aquis ardentibus immoderatè usi fuerint ebrii, facillimè contingit, ut mollissimi sulphuris ramuli, quibus copiosè stent, sanguini admixti, alias quasdam salinas & fœculentas particulas adsciscant, cumque iis combinati & in efferationem evecti glutinum quoddam componant, quod ab inflammato tunc temporis sanguine cerebro appulsum, spiritus animales viscidis suis particulis oblinendo iisque le agglutinando, velut compedibus irretitos tenet, in quo vagabores vim consistere omnino persuasus sum, & si forte non omnes suis vinculis constrin gere possit, insuper cerebri & nervorum meatus infartibus suis occludit, ut & illi quos vincitos non tenet, à solitis suis ambulacris interdicti, neque sensum neque quasdam voluntarii motus species exercere possint, adeò ut homines, licet quasiati, puncti, vel alio quovis modo lassi, excitari nequeant.

XII. Spirituum quoque animalium conturbationem levis cuiusdam apoplexiæ præludia excitari posse satis probat vertigo, quâ vexati non solum sensum hebetudinem percipiunt, sed etiam agrè & sine titubatione pedumque vacillatione unum vix passum progreedi possunt, quod insuper experientia comprobatum dedit: non ita pridem enim exemplum cuiusdam qui inter pocula apoplexiæ corripiebatur, mihi relatum est. Nimirum contigit, ut dum plures genio indulgent, duo rixari ac denique manus conserere incipient; hoc iniquè ferens vir quidam robustus quadraginta circiter annorum, non adeò extremitè ebrius, indignabundus celeri pede in locum, ubi collectabantur,

accurrit, ut ipsos tanquam arbitri a se invicem divelleret, verum antequam ipsos prehendit, subito in terram prosternitur: accurrentes ipsum infensilem planè & immotum trunci instar jacentemprehendunt, nec ullis clamoribus aut membrorum commotionibus excitari potuit: pulsus fuit debilis & respiratio laboriosa, nec sine magno stertore & ronchis cum spuma oris perfici potuit, acetō itaque naribus admotō & inunctō, tandem, postquam dimidiā horam duraverat paroxysmus, iterum ad sc. reddit: Cujus historiæ causas facillimō negotiō intelligimus, quod videlicet capite celeri cū suū vehementer commotō spiritus non secus ac aqua agitatō vase hoc illuc oscillant, & reciprocō motu vacillant, & tandem cum impetu oblique in nervorum, muscularum motu inservientium, poros impingendo, velut aqua ab angusti colli vitro quaquāversum regurgitati, inque enormes motuum anomalias furent contorti, quapropter mirum non est, quod ob denegatum vel saltem impropportionatum spirituum influxum corruerit, unde malum malō cumulatum est, cerebrum enim & nervi, præprimis quia caput duro solo allsum fuerat, quoad figuram situm & magnitudinem subito mutati, & quidem cerebri meatus, partim obliterati, partim compresi, partim etiam cum aliis in statu naturali pro liberiori spirituum træctione à lineis rectis non multum deseterent, incurvati nec nisi per sinuosos flexus & tortuosos anfractus pervii remanserant, nervorum etiam fibrillæ quarum orificia excipiendis spiritibus rectâ erant obversa, jam vel sursum elevata, vel deorsum

depressæ, vel ad latera inclinata, spiritibus animalium functionum executoribus foræ occluserunt: propterea non valde mirabimur, quod spiritus instar omnis sensu & arbitrariō motu destitutus quasi exanimis recubarit hic noster. Quod vero pulsus adhuc quodammodo perficeretur, non omnem spirituum defectum neque totalem totius cerebri diathesin vitiatam arguebat: respirationis difficultas ortum facile trahebat, tum ab impedito spirituum in præcordiorum musculos influxu, tum etiam quia apoplecticus ille ante paroxysmum vehementi iræ affectu commotus fuit, unde aperta cordis catarractæ plus sanguinis admiserunt, qui deinceps ex spirituum animalium, cordis motu præfectorum, imminutione restagnabat, nec tam promptè à pulmonibus ob languidum & ferè oppressum cordis motum, solita sua agitatione impeditus, exantlari poterat, sed in præcordiis stagnans laboranti suffocationem minabatur: cui accedit, quod pulmonibus inclusis aëris cum saliva et alia quavis humiditate pulmones inundante permixtus, velut succussum ovi albumen in spumam attollit & cum ipsa per asperam arteriam ad fauces usque reciprocatus talem strepitum & stertorem cire potuerit. Cur denique æger hic noster pristino suo vigoris restitutus fuerit, in causa est, quod pulsus & respiratio non planè fuerit abolita, & quod cerebrum ejusque meatus & fibrillæ non omni modo destructæ, sed faltem inflexæ & incurvatae fuerint, adeoque perpetuò spirituum, priora sua ambulacra iterum affectantium, nisu & impulsibus reparari, & in legitimam suam conformatiōnem redigi potuerint, simili;

fimili modō ac arborum rami, frugum & herbarum culmi, notabiliter licet inflexi, per succi nutrici solitos suos meatus reperentis transitu vegetè iterum eriguntur.

XIII. Quemadmodum verdū sīdem, dum vires nostras experiundo ipsos confringimus, ut deorsum planē sint penduli, penitus emarcescunt, nec unquam ob poros suos non mutatos, sed omnino contractos & dissolutos primæ suæ constitutionis participes sunt, ita etiam siccissimè contingit, ut cerebri meatus nervorumque succuli graviori capitit

ictu discripti & conquassati priorem suam formam iterum induere pettinaciter recusent, aut etiam si totus spirituum chorus, eorum quoque qui cordis pulsuum & respirationis sunt praesides, obinflictam sibi *vdp̄xwov* obtorpescat, tunc suffocatō igne cordis vitali & ipsa cessat sanguinis circulatio, & ægri qui exanimis videbantur, revera tales sunt, ac dum de solvendo hospiti symposio debebant esse solliciti, cum Charonte de nculo pacisci co-guntur.

DISPUTATIO XXII.

DE

P H T H I S I,

Schwind - oder Lungensucht.

RESPONDENTE

ANDREA ERNI, Hanoviensi.

§. I.

Phthisis dicitur à *phthis* consumo, cum totum corpus hoc in affectu contabescat, & omni suo succo nutritio defraudetur. Germanis dicitur die Lungensucht / Schwindsucht.

§. II.

Suntur in latiori significatione pro qualvis corporis extenuatione, sed parum medicè ut infra audiemus. Strictius vero

& rectius pro corporis extenuatione cum pulmonum exulceratione.

§. III.

Definitur quod sit: Pulmonum Exulceratio à materiâ quadam acri cum totius corporis extenuatione, febri lentâ, & tussi.

§. IV.

Definitionem hanc vocamus medicam, non logiæ, cuius auxiliatrices manustam

dd 3 in nor-

in morbis definiendis quam curandis
meritò repudiamus, illis contenti defi-
nitionibus (vel si termino Iædaris, de-
scriptionibus) quæ naturam & essentiam
affectus ita explicent, ut à medico, ægto
& adstantibus intelligi possit. Quem de-
finiendi modum alii Logice naturali tri-
buunt. De quo Cl. Raei Medicus &
Philosophus celeberrimus in suis disputatio-
nibus videri potest.

§. V.

Subiectum cui causa proxima inhære-
at sunt Pulmones, illud ebullientis san-
guinis ventilabrum, & fuliginum cri-
brum. Hos primariò affici multa eviden-
tissimè probant. Et quamvis omnia vi-
scera omnesque corporis partes extenu-
entur, & pabulo suo defraudentur, hoc
tamen sit consequenter. Quod si exte-
nuationis causa illis inhæreat sine pul-
moni exulceratione, tantum abest,
ut affectus ille phthisis vocetur, ut potius
Tabes, Atrophia splenectica, Hepatica,
Melsaria &c. dicendus sit.

§. VI.

Nec approbare possumus Cl. Barrette
opinionem, qui in describendis & curan-
dis morbis cœteroquin valdè accuratus
fuit, quod ventriculum & glandulas me-
senterii pro vero phthiseos subj. &c. in
praxi sua ponat, quem errorem ipse De-
kerus in Notis reprehendit.

§. VII.

Causam proximam dicimus esse pus in
pulmonib[us] generatum, vel eō trans-
missum, quod solùm ipsam pulmo-
num substantiæ tensim corrodit & ex-
dit, verum etiam totam massam sanguineam
inquinat, & h[ac]c mediante omni-
bus totius corporis partibus habitualem

conciliat calorem, quem hæticum alias
vocare solent.

§. VIII.

Helmontius accusans fermentum pere-
grinum, cuius ratio[n]e erret Archeus, &
impeditatur, quo minus alimento debite alteretur, sed sputa & phlegmata ge-
nerentur, nobis non contradicit & facil-
límè conciliari poterit.

§. IX.

Pus verò fit vel ab humore corrupto,
vel à sanguine extravasato; sèpius ab aliis
prægressis morbis suum trahit ortum.

§. X.

Ab Humore corrupto fit, dum obser-
vamus, sèpius humores naturæ limites
excedentes peregrinum induere genum,
& in sanie[m] præviâ corruptione abire:
generantur tales vel in pulmonib[us], dum
quacunque id fiat ex causa pus insibunt,
quam transmittere possunt, unde pituita
aliusve quivis ibidem restagnans humor
temporis diuturnitate putreficit. Vel ali-
unde fluunt, & quidem à capite, idque ite-
rū duplicit modo. Vel enim latex aquosus
multis acribus corpusculis imprægnatus
irrit in pulmones, illosque accidente
tussi molestia exulcerat; Et haec forsan
est ratio, quare Splenctici facile fiant
phthisici, in quibus lympham abundare,
sputationes, & sudores nocturni satis
superque probant. Vel lympha qua-
dam crassa glandulis cæbri emulcta
ipsis insinuat pulmonibus, ibidemque
longam trahens moram acrenem sibi
acquisit, & in pus mutatur.

§. XI.

A sanguine extravasato fit, dum vasa
varii ex causis etiam fortuitis rumpi pos-
sunt, quas omnes recensere ferè impossi-
bile

bile est. Rupto jam vase, & sanguine extravasato, is qui maturè non excernitur fit acris, putrescit & in pus muratur, postmodum vicinas sibi partes exedens.

§. XII.

Sæpius pus ortum suum trahit à prægressis morbis, Febribus tam continuis, quam intermittentibus, benignis quam malignis. Variolis, pleuritide, hæmoptysi, mensum suppressione aliisque.

§. XIII.

Febres sanè non raro insequitur phthisis, remanente calore quodam hec tico, in qua phthisi ægris nihil exspunt, qualis in pluribus observavi. Quòd etiam largior in astu febri aqæ frigidæ potus facit, à quo coctiones depravantur, lymphæ augetur, unde sanguis acrior factus quæ datâ portâ in pulmones ruit, in saniem degenerat, illisque exulcerationem inducit.

§. XIV.

Multi etiam febri malignâ diu fatigati tandem fiunt phthisici, & vitaturi charybdin incident in scillam; Non quod venenum peculiariter quodam modo coquè occultè pulmonibus magis sit infestum quam aliis partibus. Talis enim ratiocinandi modus ridiculus est, nec ullum sapit ingenii acumen: sed potius quia pulmones vel à natura vel adscitio quodam modo laxiores facti particulis acribus volatilibus & incongruis ultra sarietatem & ad nauseam inebriantur.

§. XV.

Necque commovemur, quod multi nobis nec velint nec possint assentiri, putantes; plura nos nobis de particulis pollicari, quam in effectu demonstrari possit. Tales enim vel nondum salutâ-

runt Medicinam Experimentalē, vel illam ingressi, præjudicium suum ante limen non deposuerunt: de quibus tamen magnam concipimus spem, quod tandem præjudicia deposituri & ad nostras partes transīturi sint, quoniam obseruamus, illos quidem suo assensu nos non dignari, interim solidis rationibus plane destitui, quibus nostra principia refutare possint.

§. XVI.

Nihil enim ab istiusmodi hominibus cum fervore excutiendum, ne particulæ biliosæ, acres & volatiles, agitatæ crassioræ ipsorum cerebro inducant Eclipsin. potius multa æquo ferenda esse animo suadeo, ne majores in Medicinâ nostra excitentur turbæ; Siccinè enim regnum nostrum divisum est, ut jam dudum corruiisset, nisi viri quidam celeberrimi & pacis amantes eius tranquilitatem in tantum conservassent, quo nomine laudandus venit *Celeberrimus Dn. Straussus, Medicina Doctor & Professor famigeratus, olim Praeceptor, nunc Fautor misericordie semper calendarus*, qui tantâ modestiâ de Neotericorum loquitur principiis, ut nihil veterum autoritati derogare videatur, antiquitatem tamen ita veneretur, ut reconciliationem cum neotericis non solùm non recusat, verum etiam illam in suis scriptis quovis studio recomendet.

§. XVII.

Sæpius Variolæ phthisi januam aperiunt, laxiorem pulmonum compaginem ita dissolventes, ut nulla arte ad pristinum vigorem reduci queant; Pleuritidem, purulentâ matrictâ non omnino evacuatâ, vel cum insigni pulmonum læsionerejectâ, celeri sed funesto sequitur

tur gradu Phthisis. In Hæmoptysi cum sanguis extravasatus raro ita expectorari possit, quin non aliqui remaneant grumi, qui postmodum acriores facti pulmones exulcerant, non potest non subsequi phthisis.

§. XVIII.

Vbi presupponimus sanguinem esse liquorem è variis particulis acidis, acribus, aëreis & oleosis conflatum; aërea & oleosa temperant acidas & acres, à quibus illæ vicissim intra naturæ cancellos continentur: Quibus a volantibus hæsiū juris factæ produnt acrimoniam, imò temporis progressu acriores fiunt.

§. XIX.

Ad causas naturales referri potest Temperamentum biliosum & pituitosum; hoc, quia catarrhis obnoxium: Illud, quia sanguis in tali dispositione sapius effervescit, vasaque rumpit. Ætas juvenilis juxta Hippocratem. Constitutio corporis ab eodem depicta: Pectus angustum & depresso, collum oblongum, scapulae alatae, & hæreditaria pulmonum mollities.

§. XX.

Progedimur ad causas non naturales. Certum est aërem frigidum & autumnalem glandulas cerebri comprimendo catarrhi fieri autorem, consentiente & idem docente *Magnonostro Hippocrate*: sapientius etiam aliarum partium excitat inflammationem, in qua exæstuans sanguis sibi exitum faciendo tandem accerlit phthisin. Sapientissime peregrinis particulistiisque contagiosis imprægnatus thoraci valde fit infectus, ut adstantes & Medici habeant quod timeant, & rectè hanc ob causam phthisis inter morbos hæreditarios & contagiosos referatur.

§. XXI.

Quæ omnia magnam fœnerari poterunt lucem ex *Cl. Sylvii* hypothesi, glandulas pulmonum accusantis, quas in statu naturali imperceptibiles esse afferit; in statu vero præternaturali sapientissime tuisse observatas, easque esse conglobatas contendit. Imo in his vomicas etiam colligi solidè & prout solet candidè demonstrat *insua praxi*, p. m. 449.

§. XXII.

Cibus Crudus & viscidus, laudabilis quoque inordinate ingestus, multum ad affectus hujus generationem conferre potest; non solum obstrunctiones, inflammations aliaq; mala excitando verum etiam sanguinem acriorem reddendo, & laticem aquosum, postmodum in pulmones depluentem, augendo.

§. XXIII.

Qui nimium litant Baccho, sapientius etiam hoc malo corripuntur. Quatenus vinum accedit sanguinem, catarrhis viam sternit, & tonum viscum labefacit. Cerevisia vero obstrunctiones parit, & sanguini acredinem conciliat. Aquæ frigidae hauftus corpore nimium incalcenti sanguinem quoque restagnare facit, cuius restagnatio paulo post excipit pulmonum totiusq; corporis extenuatio.

§. XXIV.

Neq; insontes sunt Acidulæ, intempestivæ & imprudenter potæ. Non quasi arsenicale virus in se continerent, ut falsò aliqui sibi persuasum habent; sed quia acidum valde augent, & salinarum æquæ ac acidarum particularum motum intestinum promovent. Hinc nunquam corpore prius non præparato, & concilio prudentis Medici non exhibito, temere bibenda. Ego sane nunquam volui famam

famam meam dubio expōnere eventui, sed lubens meum rogatus de Acidularum Schvvalbacensium usū suspendi judicium, agros ad duo Medicinæ nostra magna lumina Viros Amplissimos & Experiētissimos Dn. D. Horstium & Gessfussum remittens, ut ipsorum stent sententia, quorum Scientia longo rērum usū & experientia confirmata ut in aliis sic & in his eminet.

§. XXV.

Somnus & vigiliæ, animipathemata, motus & quies, excreta & retenta quomođ excessu vel defectu spiritus animales, aliasque particulas acidum temperantes consumant, & acidas exalent, sique symbolum suum conferant generationi phthisios: hactenus toties fuit dictum, ut illud jam ad nauicam nolim repetere.

§. XXVI.

Hæc omnia in compendio proponit noster Hippocrates, qui eleganter non minus quam solidè de phthiseos generatione lib. i. de morb. p. m. XI. differit, cuius verba attentis auribus & oculismēritò veneramur. Fit autem suppuratus, inquit, si pituita ex capite ad pulmonem destillet: Et primum quidem ut plurimum latenter defluit, tussimq; tenuem, & sputū paulò amariùs solitò reddit, & aliquando tenuis adeat calor. Temporis autem progressu exasperatur pulmo, & intus exulceratur à pituita inhārente ac putrescente. Et gravitatem exhibet pectori, & dolorem acutumante & retrò, caloresque acutiores in corpus incident, & pulmo à calore trahit ad se pituitam ex toto corpore: Et minimè ex capite: Caput vero calcfactum ex corpore, & hanc

putrescentem subcrassam spuit. Quanto verò magis tempus progreditur, tanto magispus sincerum spuit, & febres acutiores fiunt, & tussis frequens ac fortis, & inedia vexat, & tandem alyus interne turbatur. Turbatur autem à pituita, pituita verò de capite descendit. Hic quum ad hoc pervenerit, perit.

§. XXVII.

Fit præterea, pergit, & ab his pulmo suppuratus. Quum venula videlicet aliqua in ipso fuerit rupta (tum pituita autem à laboribus) & ubi rupta fuerit, sanguinem fundit, si quidem crassior fuerit, amplius: Sin tenuior minus: & sanguinem quidem ipsum partim confestim spuit, partim verò, nisi vena adstringatur, in pulmonem funditur, & in ipso putreficit: Et ubi putrefactus fuerit, pus facit.

§. XXVIII.

Quod signa attinet, quæ nunç consideranda veniunt, in illorum sanè evidētia multum situm est, quod jam dudum agnovit Hippocrates. Non rectè quidem fit, dicit l. i. morb. p. m. 8. si morbum alium existentem, alium esse pronuncias, & magnum existentem parvum dicas, & vicissim parvum magnum: Et si supervicturum, non supervicturum pronuncias, & peritum non peritum. Etsi suppuratum existentem non cognoscas, nec morbum magnum in corpore nutriti cognoscas: Etsi medicamento aut potionē quis opus habeat, quo ipsi opus sit, non cognoscas: Et si quæ sanari possunt, non sanes: Et quæ sanatu impossibilia sunt, tesanaturum recipias, qua propter & in his explicandi erimus, quantum brevitas admittit, perspicui.

cc §. XXIX.

§. XXIX.

In principio affectus hic difficulter cognoscitur, quoniam pituita saepius pus mentitur cum tussi & corporis extenuatione, in qua pulmones illæsi manent, notante id Riverio in praxi p. m. 315. Advertendum est diligenter, inquit, cataractum contumacem in pulmonem defuentem sapè veram phthisin ementiri; siquidem pituita putrida puris amula per eussim excernitur, hinc ex putredine fiant febres, ac corporis extenuatio consequitur: attamen ita affecti diligentis curatione adhibita facile liberantur. Et quamvis jubent Medici ad Hippocratis imitationem sputum in aquam tepidam projicere, & ex ejus subsidentia & conglomeratione in fundo pus colligant, quod si verò aquæ innatet, & propter visciditatem cohæreat pituitam esse concluant, tam experimentum hoc saepissimè fallere deprehendent mecum alii plures. Jubent etiam sputum prunis injicere, ex cuius fætore pus rejici concludi posse docent. Verum enim verò, nonne aliud quidam humor viscidus similem exhaleare poterit fætorem?

§. XXX.

Errant ergò in hoc nonnulli Medici, quod putent, pus facile cognosci posse, utpote quod in sensus incurrat, siquidem illud facillimè Medicum decipere posse præter illa quæ jam dicta sunt etiam ex eo patet, dum observamus, pus phthisorum esse diversum: Rarò album & æquale, frequentius verò subflavum, viridesccens, quandoque atrum, lividum aut variegatum, consistentia inæqualis: scilicet cum multifario phlegmate mixtum: quæ varietas inde oritur, quod pus

non semper ex sincero generetur sanguine, sed ex sanguine aliis humoribus ad pulmones delabentibus mixto, quæque facillimè judicium Medici illudere possunt. Vide Cl. Sylvium p. m. 434.

§. XXXI.

Ego itaque ante omnia corporis considero constitutionem, quod si illud characterem ab Hippocrate descriptum (de quo supra) præ se ferat, adsit insuper tussis, sive sicca sive humida, cum plures ad plures abeant, qui nihil ferè expununt, corporis extenuatio cum erratico quodam faciei & malarum rubore etiam subsequatur, de incipiente phthisi nunquam dubitandum esse censeo.

§. XXXII.

Certiora signa diagnostica desumuntur etiam à morbis progressis, variolis, febris malignis, hæmoptysi, pleuritiæ & aliis, si enim tussis remaneat cum corporis extenuatione & lenta febri, nullum esto dubitum, pulmones insigniter lafos esse.

§. XXXIII.

Quod si phthisis nunc sit confirmata, ejus signa adeò sunt manifesta ut in sensus etiam incurant. Talia sunt Tussis, respiratio difficilis, appetitus erraticus, nunc prostratus, nunc naturali similis, puris sputum, corporis extenuatio & febris lenta, quibus tandem certissimi testes supervenient. Tumor pedum, pilorum defluvium, febris putrida intermittens, & alvi fluxus. Verum si affectus non innotuerit, antequam hæc supervenerint signa, tunc serò sapiunt phryges.

§. XXXIV.

Quoad Prognosin: Dicimus affectum hunc in principio aliquam admittere mediam,

delam, quia non statim ab ulceris sit phthisis, sed saltem à perdurante, & in tempore non curato; videmus enim in vomica rupto abscessu saniem per asperam arteriam evacuari, ulcus mundari & consolidari, sine ullo subsecuturæ phthisios metu. Interim hoc negari nequit, ut plurimum esse affectum chronicum & lethalem, in progressu omnem eludens Medicorum operam. *Ingenue, fateor,* inquit Timæus l. 2. Epist. 2. in cosa mea praxi quam trigesima septem annis exerceo, neminem ex iis, qui ulcere pulmonum affecti fuerunt, integra sanitas restituere posui, etiam si nihil intentatum reliquerim, quod ad curationem hujus mali ullo modo facere poterat. *Nec ab aliis etiam celebrissimis Medicis quenquam restitutum vidi.* Et Johannes Grato trium Imperatorum Medicus consilio 86. pag. m. 225. idem testatur inquiens: difficultima autem esse curatu pulmonis ulcera, propter perpetuum motum, tussim, & quod medicamenta non facile permeant, sciunt ac uno ore medie iatentur. Conseneit ipse etiam Galenus, statiens, exigua sanationis spem in ulceribus pulmonum superesse! Et quanvis multi phthiseos curationem jacent, ipsem etiam alios quos pro phthisicis habitos curaverim, semper tamen credidi, maximum fuisse commissum errorem in morbi cognitione, quia tabes potius fuerit, in qua thorax salvis interim pulmonibus una cum viscere uno vel altero coctioni vel sanguificationi destinato laboraverit: Hinc recte monet Exc. Sennertus cap. de ulceribus pulmonum, attendendum esse, ne decipiamur, quandoquidem pituita crassa & ipsa puri similis sit; imo catarrhos

interdum in pectus delapsos, praesertim in juvenibus, deduci ad quandam consistentiam purissimilem, exin ob putredinem febres fieri, & corporis maciem sequinunquam tamen revera phthisin adesse, cum caro aliqua regeneretur ibidem pluribus ostendit.

§. XXXV.

Quoad Tempus nihil certi determinari potest cum aliis citius alii tardius vitæ curriculum absolvant. In plutiibus celeri pede tendit ad finem, in aliis lento gradu testudines imitatur, & tandem tarditatem symptomatum gravitate compensat. Siquidem sarcitoli sat bene. Dictator illa confirmat, inquiens: Qui vero hujusmodi morbos habent partim ab his brevi intereunt, partim diutius tempus extrahunt, differt enim corpus à corpore, & artas ab ærate, & affectio ab affectione, & tempus à tempore, in quo ægotarint. Et aliqui majorem tolerantiam in morbis habent, alii omnino ad tolerandum impotentes sunt. Proinde certitudo exacta temporis in quo pereunt, non est, an longum aut breve futurum sit. Neque enim hoc tempus certum est, quod quidam definiunt, & plerumque neque hoc ipsum suppurat. Differt enim & annus ab anno, & tempus à tempore.

§. XXXVI.

Reliqua prognostica ab eodem mutuabimus Authore, cum ille nunquam dicens sit medicus, qui non magnificat Hippocratem. Periculosior affectus hic in autumno, qui tabidis malus. *Aphor.* 10. f. 3. Periculosior si in manus imprudentis medici incidas, qui violentis pugnat remediis, hinc Tabidos per superiora purgare caveto. *Aphor.* 8. f. 4. Qui

ee 2 tabe

tabe vexantur, si sputum quod extussi-
unt, carbonibus injectum, graviter o-
let, & capilli defluunt, lethale. *Aphor.*
xi. f. 5. Quibus Tabe laborantibus capilli
defluunt, ii diarrhoea superveniente mo-
riuntur *Aph. xii. f. 5.* Tandem mortem
prædictis lenex noster *Aphor. xvi. f. 7.* Ex
puris sputo, tabes, & fluxus malum. Post-
quam vera sputum supprimunt moriun-
tur. Putant omnes ferè medici mortem
inferri à purulentâ materiâ vias respira-
tionis obturante, & ignem vitalem suf-
focante. Verum longè aliam rationem
& multò solidiorem suppeditat nobis
Clar. *Sylvius in suo de Phthisi tractatu-*
p. m. 470. Quod scilicet causa non pol-
lit ascribi fatidenti naturæ, sed quod
potius querendasit in humoribus adignis
vitalis in corde adeoque vita conser-
vationem absolutè necessariis, aut defici-
entibus, aut ita vitiatis, ut igne vitali
sensim languescente, antequam planè
extinguatur, sanguis primum operibus
suis præstandis planè ineptus factus, tum
partibus ipsis, lœsis pressertim, calorem
vitalem parcissimum promat, tum ipsi
puri generando materiam paucissimam
largiatur. Hinc videmus etiam eadē ex
causa paulo ante mortem labia vulnerum
& ulcerum fieri siccā, & paucum vel nul-
lum reperiri in illis post hocque pro lethali
signo habendum esse notunt etiam chi-
rurgi. §. XXXVII.

Nunc ad curationem progrediendum
esset, verum cum antea probaverim con-
firmata phthisis curationem vel impos-
sibilem vel maximè difficultem fore, ope-
ra p̄tium trit, omnes nervos Præser-
tationi impendere, & modum proponere,
quō affectus hic periculosus evitari possit,

§. XXXVIII.
Diximus causas esse varias: Si itaque
phthisis metuatur ab humoribus acribus
& sanguine fervido, qualem omnes
habent Cholerici; leniter educantur, &
sanguinis fervor alterantibus echora-
ccis & tamarindinatis temperetur. Quod
si quis destillationibus sit obnoxius,
præter illa quæ jam proposuimus conve-
niunt humorum acrimoniam corrigen-
tia. v.g. Pilulae de Cynoglossa, de Sty-
race, Cachunda Indica, Bolus armena,
conserua rofarum, interpositis sèpius
pilulis cephalicis Dn. D. Kranzii, quon-
dam Consiliarii & Medici cubicularii Ha-
noviensis celeberrimi, quæ ad Æst. sumit
nunquam non felici successu operantur.

§. XXXIX.
Sin verò aliis fiat bæmopticus vel
pleuriticus, vel alio morbo qui phthisis
post se relinquere solent, corripiatur,
maturè accersat medicum fidelem & pru-
denter, quo vas constringatur, pulmo-
nes corroborentur, ulcus mundetur, &
tempestivè consolideretur. Et cum quæli-
bettus tandem pulmonum exulceratio-
ni ansam dare possit, quovis modo con-
venientibus medicamentis compescen-
da erit.

§. XL.
Malum hoc etiam studiosis infestum
est, qui non raro contabescunt, non
tam studiis, quam, ut Thirmairio vide-
tur, à candelarum fumo in Musæis un-
diq; clausis copiosè hausto laisi & ema-
ciati. Et quamvis aliqui noctu in plateis
& sub dio fumum illum inspiratum ma-
gnis clamoribus & boatibus explodant
iterum, tamen à nimia illa vociferatione
majus sèpissimè incurunt periculum,
& ma-

& malum malo angent, dum vase à nimia distensione & repletione pulmonum rupto non tam à fumo quā sanguine extravasato in præsens vita dispendium præcipitantur; quæ omnia intermitte poterunt.

§. XL.

Multis, præsertim virginibus, à prima infantia pectus valde constringitur ad conciliandam venustatem, & elegantem corporis habitum, hinc maturè contabescunt, & phthisi incident, quam vitando arctiores illas pectoris constrictiones declinare sive corpus nostrum ab illa præservare convenient. Satis sanè est, crassam, pinguem, sed non formosam audire, quam pectori angusto & emaciato corpore superbire, & phthisicam vocari.

§. XL II.

Qui nimio felium utuntur consortio, & ipsorum halitum frequenter inspirant, tandem fiunt phthisici, quorum confortium evitare quid facilius?

§. XL II.

Curatio præsentis phthiseos suis innititur indicationibus. Pus est expectorandum, ulcus mundandum, detergendum & tandem consolidandum. Corpus restaurantibus nutrientum, symptomatum quoque habenda est ratio.

§. XL V.

Desumuntur medicamenta ex consueto triplici fonte: chirurgico, pharmaceutico, & diætetico. Jubemus verò in confirmata phthisi exulare purgantia, quæ humores nutritios turbant, & fluxum alvi accelerant. Proscribimus sudorifera, quæ succum nutritum colligant, febrem hecticam augent, & corpus magis magisque exsiccant. Venæ-

sectionem fugimus, quia exhaustit liquorem vitalem, & mortem præ foribus stantem magno cum apparatu intrare juberet.

§. XL V.

In phthisi incipiente humores leniter evacuandi. Latex serosus alio ducendus. Caput corroborandum, & catarrhus tollendus.

§. XL VI.

Ad evacuandum lene aliquot infusum foli orientalium in decocto florum & fructuum usurpetur, vel in sola manna solutione acquiescendum erit. Latex verò serosus per fontanellam, vesicatoria, se-taceum & alia educatur, & à pectori revellatur: tandem caput per exsiccantia anticitarrhalia confortetur, quem in finem morsulos de thure recommendo.

¶. Sem. Coriandr. ppt. ʒ. 3.

Nuc. Mosch.

Thuris albiss. ʒ. 5.

Liquirit.

Mastic. ana ʒ. 5.

Cubeb.

Corn. Cerv. præp. a. ʒ. 1.

Conserv. rostar. rub. ʒ. 1.

Sacchari albiss. q. f.f.l. a. morsul.

¶. Haubt- und Lungen-Morsellen / Abends und Morgens eine davon zu ge-nießen.

§. XL VII.

Puris evacuationi & expectorationi inservit balsamus sulphuris anisatus, à Sylv. tantoperè recomendatus. Nullum, dicit, hactenus reperi medicamentū, quod vel externe vel internē usurpatum citius tuiusq; non tantum mundaverit sed in superconsolidaverit recentia nleera, atq; sulphuris Bals. Et ipse fatcor, me sapissimè egregio cum

ee 3 sus-

successu idem experiam esse : unicum
hoc saltem observetur, ut lente præpa-
retur, qui aliás Empireuma redolet, &
acrior evadit, axungia canina, sperma ce-
ti. Aqu. pulmon. Viruli. Loch. tan. & Ex-
pert. antiphthis. Veron. farfar. syrup. de
Nicotian. de pede cati Loch. de pulmon.
vulp. &c.

§. XLVIII.

Detergitus ulcus & tandem consoli-
datur conservâ rosarum rubrar. im, quæ
multis satisfacit indicationibus, quamq;
suspectam nihilominus habet Sylvius,
propterea quod ventriculus & intestina
ab ejus usu multo phlegmate repleantur,
appetitus prosternatur, & non raro fri-
gus circa ventriculi regionem percipia-
tur. De quo suum cinq̄e judicium esto
liberum. pulv. Veron. symphyt. maj. salv.
variisque decoctis vulnerariis extussilag.
veron. salv. marrub. scabios. acrim. he-
der. terrest. Botrys & pulmonaria aliisq;
paratis quorum copiam dispensatoria
suppeditant. Tinctur. antiphthis. Timxi
à Güldenklee: & io diaphoretico &c.
Formulas non semper addo, cum omnes
illos agros infelices esse putem, qui ex
libris curantur. Certè non quilibet ex li-
bro poterit esse Medicus, quamvis ex li-
bro doctus, quilibet esse possit. In hoc
negotio una vel altera cautela à viro in
praxi experto communicata plus prode-
rit Medicinæ Studio, quam locupletis-
sima quædam Bibliotheca Medica.

§. XLIX.

Sequentia à Zvvölffero tradita optimò
successu propinavi, quorum descriptio-
nes et compositiones apponere luet.

P. Rad. recent. symphyt. major. 3*lb.*
Chin. opt. & cl. 3*j.*

herb. recent. Veron.

hepat. nob.

Tussilagin.

plantagin. min.

scabios. ana. 3*j.*

Rosmarin. 3*vj.*

Incis. coque in lacte caprill. recent.
mulct. ac depurat. 1*b.* v*j.* ad remanent. 1*b.*
iv. fiat colatura cum expressione. Cola-
tura dum adhuc fervet injice conserv.ro-
sat. rubr. recent. 3*vj.*

Cinam. opt. incis. 3*vj.* cum refri-
xerint.

Coletur & filtretur. **S.** Brust, und
Lungen, Trank des Tags zwey mal vier
oder fünff Unz zu nehmen.

P. pinear. mundat.

pistacior. decortic. ana 3*lb.* contul.
opt. in mortar.

Emulgeantur cum aqua hordei vel sero
lactis caprill. depurat. & clarific. in quo
limac. N. v*j.* probè purgati parum ebulli-
erint 1*lb.* f. Emuls. colat. add. sir. ex
succ. tussilagin. 3*j.* **S.** Sonderliche
Brustumilch nach Belieben zu nehmen.

§. L.

Multa sunt, quæ aliás ab autoribus
recommendantur, sed vix unum reperies,
quod exspectationi satisfaciat. Nonne
Mynsichtus Aquæ suæ antiphthisicæ tan-
tas tribuit landes, ut audeat scribere,
quod sit aqua mirabilis operationis & ex-
pertissima ad curandam phthisin? Etho-
minem ex hujus liquoris usu fieri valde
pinguem: sed quid opus haberemus tot
verbis, si rerum testimonia aedessent? de
reliquissimile esto judicium.

LI.

Tandem corpus restaurandum, hume-
stan-

& standum, &c nutriendum: symptomatum quoque habenda erit ratio; id quod fieri potest partim medicamentis, partim alimentis: sanè si in ullo alio morbo exacta diæta quid præstare potest, in hoc præstabit plurimum. Novi nobilē quendam Aulicum in Aula Cassellana, qui diætæ legibus exactè observatis hactenus hujusmodi morbi violentiam feliciter declinavit.

LII.

Sit itaque cibus boni succi ex avena, hordeo, oryza, cancris fluvialibus, pisibus saxatilibus: ex carne vitulina, agnina, caponum, perdicu[m], gallinarum earumque pullis cum saccharo rosaceo coctis, quos tantoperè deprædicat Forestus: Potus sit cerevisia tenuis, decoctum chinæ cum radicibus farfaræ & liquiritiæ paratum, Aqua saecharata. Lac utramque absolvit paginam sèpius sumptum; nutrit butyrosa, caseosa consolidat & serosa parte abstergit. Recommendatur verò lac humanum, asinum, ovulum & caprillum, caprâ convenientibus herbis prius domi nutrita. Quod si huic diætæ ultimum quod adhuc in hoc malo est remedium addas, tum si non ægrivita, saltem Medicî fama salvabitur. Tale est allegatio ægrorum ad montem Tabias: vel in Ægyptum, sic enim illuc sulphureis effumigationibus, hic navigazione longâ perituri sunt; ut rectè ait Timæus.

§. LIII.

E medicamentis corpus restaurantibus & symptomatis occurrentibus pauca sed selecta communio. Primum est Gelatina Zvwölfferi,

¶. Caponem unum evisceratum, in particulas minutæ concisum, & osib[us] probè conquassatis.

Hepatis, cordis, pulmonum, vituli ana partem dimidiata, pariter concisam.

Limacum recentium sale & aqua sanguinis purgat. N. xx.

Hepat, gallin. concis. N. iv.

Cancror. fluviat. N. xx.

Rad. recent. consolid. maj. in talecol. concis. 3ij.

Herb. recent. scabios.

Veron.

plantag. ana. incis. 3ij.

Fl. recent. rosar. rubr. 3ij.

hepatic.

rorismar. a. 3ij.

succ. tussilagin. rec. express.

seri lact. caprill. ana. 3x.

cinam.

nuc. Mosch. ana. 3ij.

mac.

croc. ana. 3j.

rad. Chin. Elect. in taleolas concis.

3 B.

hæc omnia concissa immittantur lagenæ stanneæ, quæ clausa & vesica obducta coquatur in alio vase aqua repleto per hor. 6. vel 5. peractâ coctione, & remittente paulisper fervore, aperiatur lagenæ, & omnia exprimantur per linteum novum. Expressum condiantur modico sale, macere & cinamomo. f. gelatina in patina stannæ vel terrea. S. Mihrende Gallrey.

§. LIV.

Alterum est Aqua Clareta.

¶. Aqu. Capon, destill, cum pulmon. recent.

recent. vitul. 3*vj.*
 Succ. Veronic.
 heder. terrest.
 Tarax. ana. 3*vj.*
 Conserv. Rosar.
 bellid. ana. 3*vij.*
 Mali citr. integre. raspat. 3*vj.*
 destillentur & aqua destillata dulcoretur
 saccharo Candiad gratiam.

§. LV.
 Tertium est pulvis pretiosus sed arcarius.
 & Farin. Hordei recent. 1*b.* iv.
 sacchari 1*b.* misc. & in ollam vitre-
 atam repon.
 Post obducta post pastâ indatur olla far-
 no, recente pane cocto jam inde extra-
 eto; donec mixtura in unum cocat. Dein
 denuo in pulverem redigatur massa, ad-
 dendo

Saccharipenid.
 Cand. a. 3*j.* Reponantur de-
 nudo in furnum ut supra. Post extractio-
 nem contunde massam in pulverem, de-
 quo Rx. 1*b.* iv. adde.
 Margarit. orient. ppt. 3*b.*
 pulver. Hali. recent. dispens.
 3*j.* Misc. S. Rosiliches Brust. und Lun-
 gen-Pulver.

e. LVI.
 Quod si omnibus his ritè & methodice
 adhibitis morbus nihilominus sua capiat
 incrementa, & symptomata illa gravi-
 ra, quorum supra facta mentio, accedant,
 unicum quod adhuc novi superesse reme-
 dium corpori & animæ valde necessarium
 & proficuum, tibi commendabo, quo

contentus stabis paratus inter brachia sal-
 vatoris tui & vivere & mori.
 Rx. Radic. rectæ fidei. & sincerissimi cor-
 odio. & dis. &
 largissimæ pietatis, certissimæ spei
 fol. amplissimæ mi- Jucundissimæ cle-
 sericordiae. mentiæ.
 flor. humilitatis. puritatis.
 charitatis.
 sem. Castitatis. Eleemosynarum
 ana 1*b.* innumerabiles
 Herb. contritionis.
 confessionis
 satisfactionis.
 Myrræ Penitentia.
 Thuriæ contemptus mundi
 Spec. diaiætolorum
 diamartyrionis
 Trochise. diafanctorum omnium
 aa. prout lubet.

Misce in mortario conscientiæ, & te-
 rantur pistillo doloris, agitentur baculo
 justitiæ, cribrentur per passionem Salva-
 toris nostri Jesu Christi, & cum saccha-
 ro divini amoris dissolvantur in aqua la-
 crymarum apud ignem latum Tribula-
 tionis, amaritudinis, & penitentia, cum
 patientia, donec fiat secundum artena
 conscientiæ recta confessio cordialis in

Morsulis, purâ & sincerâ mente quo-
 tidie gustandis, masticandis,
 deglutientidis.

Soli Deo sit laus & gloria in
 æternum.

DISPU-

DISPUTATIO XXIII.
De
DYSENTERIA MALIGNA.
RESPONDENTE
JOHANNE CHRISTOPHORO Vogessang.

CAPUT I.

Proponit morbi Definitionem.

Variae dantur dejectiones cruentæ, quæ omnes impropiè ac minus usitatè Dysenteria vocari possent, sive ex vénis melaicis cruar ille sine dolore & sine pure, à quacunque ibidem collectus obstructione, effundatur, quod in illis sèpius vidimus, quibus non fluunt Catamenia, aut quorum lienis vasa sunt obstructa: sive vena quædam ex casu ab alto aut violenta percussione fuerit rupta; sive venæ hæmorrhoidales apertæ, quod multis est familiare: Omnes, inquam, illæ dejectiones, minus tamen usitatè, Dysenteria vocari possent. Accipitur enim vocabulum *Dysenteria* generaliter omnesque profusiones sanguinis denotat, sive litiginosus, sive adustus & fæculentus, sive latice quodam dilutus, quod hepati communiter ascribitur: Specialiter pro alvi fluxu cruento & purulento cum terminibus intestinorum & lancingationibus.

Accepit nomen à particula *duc* & *ilegor*, intestinum. Germanis dicitur *die Rothe Ruhr* &c, si plus muci sit quam sanguinis, *die weisse Ruhr*.

Dicitur *maligna*, quia ex numero

morborum est qui sunt mali moris, similares hominibus, qui mel habent in ore, in corde fel; qui aliud vultu præ se ferunt, aliud corde cogitant: Non enim hic solum leonis robur, sed & vulpis astutia timenda, sèpius enim & Medicum, & ægrum, & astantes decipiunt, dum æger, cum urina bona & pulsu bono moritur.

Dysenteria Maligna est cruentus & purulentus alve fluxus, cum acerbissimo ventris dolore, anxietate, vigilitate & siti, à materia venenosa acri & intestina erodente ortum habens.

Nostro gaudemus genio & ingenio in generis positione, pro quo alii *intestinorum dispositionem* *præternaturalem*, alii corundem *intemperiem acrem* & *biliosem*, alii deniq; ipsorum *exulcerationem* substituunt: Cum morbus hic non semper proximè & principaliter ab intestinis, sed etiam à corde & tota sanguinis massa dependeat, ut in capite sequenti, subjectum considerantes docebimus.

CAPUT II.

Subjectum explanat.

Subjectum hujus morbi sunt cor & intestina, quorum structura ex anatomis petenda; Intestina enim, ut
ff satis

satis notum, sunt vel tenuia vel crassa, quæ non semper æqualiter afficiuntur: Num enim sola laborant tenuia, nunc exulcentur crassa, mox utraque suos patiuntur manes.

Malignæ illæ & acres particulæ inexplabile committunt læsæ majestatis crimen, dum, ut bellum hoc intestinum totam devastet economiam, ipseque balsamus vitalis comburatur, cor aggrediuntur, illum vitæ focum, primum vivens & ultimum moriens: Hinc sitis, anxietas, animi deliquia aliaque oriuntur mala: Ab hoste illo immani totum contremiscit corpus, totius compagis ruinam dissolutionem comminante: Hinc deliria, varii motus convulsivi & spasmodici affectus excitantur, subsequente frigore cadaveroſo, quod sapienter obſervavimus.

Per consensum reliqua etiam patiuntur viscera, ventriculus, epar, lien & cerebrum, unde vomitus, angina & totius corporis gangrena: Omnes enim qui hoc extinguuntur morbo pereunt sphacelo, quod non solum propria experientia, sed & aliorum observationibus confirmatur. Habemus consentientem Hippocratem, quando mentionem facit Dysenteria indolentiae, in cuius explicatione valde sudarunt interpres, quibus impossibile visum fuit dari Dysenteriam indolentem, quod tamen praticis facile videre licebit. Causam adscribit D. Dn. Wedelius, Professor Jenensis. Celeberrimus, primò malignitati majori, quæ in Dysenteria non finit dolorem semper obtinere primas, ut quæ pleno paſſu ad corruptionem inclinat; secundò gangrenoæ intestinorum con-

ſtutioni; fingat enim quis, si illud dat non statuit, cauterium indolens quod obligandi energiam omni sensu partem, cui applicatur, exuit: Pari ratione corrosivi humores in tantum quandoque pollere possunt, ut omnem sensum tristem excludant, intestinis quasi sphacelatis. Tertiò, mentem simul laborare interdum & doloris lancinantis faces non sentiri in phrenite alibi conspicuum est. Vid. Annum tert. Colleg. Naturæ Curiosorum pag. 82. observ. 43. Confirmatur etiam anatomia cadaverum, vid. obs. 96. Arnii tert. ejusdem Colleg. Ubi referente Herm. Cummo, dysenteria maligna extinctum cadaver apertum hæc dedit observanda: Ommentum fuit sphacelatum, colore atro lividum. Intestinum duodenum & jejunum repletissima erant bile. Ileon erat corruptum & sphacelatum. Colon ad octo digitos corruptum. Folliculus fellis maximus erat & bile repletissimus: Bilis quæ in eo repiebatur, viridis erat sicut grumen.

CAPUT III.

Agit de causa proxima & remota.

Causa hujus morbi proxima est maligna intemperies totius massæ sanguineæ, cordis & intestinorum: sanguinis enim particulæ factæ aciores, prævia effervescentia impetu quodam in intestina ruunt, vasorumque orificia rumpendo, rodendo, secando & ipso intestinorum poros destruendo, fluxum cruentum apostematico similem excitant.

Aciores illæ sanguinis particulæ possunt etiam appellari humores biliosi,

zru-

æruginosi, falsi, pituitosi ad summum corruptionis statum deducti, quid de antimonio, helleboro, esula, colocynthide &c. participantes: Ita ut in partium facultate expultrice aut retentrice, quô nihil dicitur, causam querere, aut cum aliis ad occultas confugere qualitates nequaquam necesse habeamus.

Fiant autem acriores illæ particulæ vel coctionum vitio vel ipsius sanguinis.

Coctionem quod attinet, eam triplicem statuimus, unam in ventriculo & intestinis, alteram in hepate ac liene, tertiam in corde & sanguine. Quæ ut melius intelligantur, brevibus modus coctionis primæ explicandus.

Præsupponimus itaque omnem coctionem concipendam esse tanquam specimen quandam corruptionis: non enim potest fieri chylus, sanguis aut caro, nisi alimentum suo modo corruptatur, in qua corruptione nihil perit; Nulla enim datur in rerum natura annihilationis, sed solùm partes alium nanciscuntur motum & situm, hinc in aqua communi solvitur saccharum, metalla verò in aqua fortis: Illius partes lubricæ, latissimis corporis solvendi poris, facilè ad aquæ introitum sese dilatantibus, immisæ particularum situm, motum & figuram mutant: Hujus verò particulæ instar parvorum cuneorum vel gladiolorum cuspidibus suis rigidis metalla solvunt.

Eodem modo à saliva & dentibus in ore, in ventriculo verò à liquore acido (fermento) dissolvitur cibus in sanguinem mutandus, quæ duo cum rectè se habent, totum in prima hac coctione absolvunt negotium, solo adhuc concurrente calore, non tanquam dissolvente

aut dirigente, sed tanquam movente. Si enim liquor ille acidus sui fiat juris, & laxatis habenis nimium & impetuosiùs moveatur, instar cultri forti manu altius adacti penetrat & mirandos edit in fame canina, pica &c. affectus: Hinc leo, struthiocamchus & tigris quæ sunt in continua quasi febri concoctu difficultima digerunt, solo hoc liquore acido, impetuosiùs à magno calore moto: unde patet ratio, quare plus comedamus hymene quam æstate, plus in regione septentrionali quam meridionali.

Chylus ventriculo egressus novam adhuc subit fermentationem, cui negotio manum imponunt duo diversi liquores, quorum unus amarus, alter acidus, hic succus pancreaticus, ille bilis vocatur: Amarus conservat sanguinis fluiditatem, acidus justam consistentiam, & in hac fermentatione fæces sequestrantur, reliquæ vero per poros vasorum mesenterii defertur in hepar & cor. Actio hæc Chylificatio dicitur, quæ clare & perspicue concipi potest, sine ulla specifica facultate, specifico temperamento vel igni animali, analogo τῷ τῷ ἀσπαργοχέι.

Nec defunct experimenta, quibus arte etiam confici potest chylus, de quo qui dubitat, adeat celeberrimum illum Anglum, Robertum Boyle, Virum Illustrum, aut consulat solertissimum Venetorum Chymicum Tachenium.

Tres illi liquores si à statu naturali deficit, ob particularum corrosivarum admixtionem, quæ sive in cibo & potu lateant, sive cum aëro deferantur in ventriculum & intestina, sive ob excessum aut defectum in somno & vigiliis, motu & quiete & animi passionib⁹ generentur,

tunc loco coctionis sit corruptio, variis
iisque acres & corrosivi oriuntur humo-
res, effervescunt & mucum intestinorum
abradunt, eorundem poros mutant se-
cando & pungendo, ipsamque excedant
tunicam & altius ipsam in massam san-
guineam penetrant, quæ infecta iisdem
particulis malum malo auger.

Quod si extra coctionis culpam cum
aere contagium immediate massæ san-
guineæ per cutis spiracula & arteriam
asperam communicetur, sive istud exspi-
rârint cadayera mortuorum, sive corpora
decumbentium, aut etiam ab eorundem
excrementis vel locis paludosis & putre-
dine infectis fuerit suscepimus, totius
massæ sanguineæ imutatur textura, par-
tium situs & figura, hinc acres particulae
impetuosiū riunt per vasa ad intestinalia,
venarum orificia aperiuntur, pori san-
guine infecto implentur, tunicae exulce-
rantur, unde maligna ulcera ipsaque dy-
senteria excitatur, non aliter ac in hyper-
catharsi aut aliorum venenorum assump-
tione id fieri solet.

Modus propagandi contagium erit
satis manifestus, si supponamus, ut reverā
sit, ex quibuscumque concretionibus ef-
fluere corpuscula quedam, quæ ab aere
excepta, hinc inde deferantur; Quæ cor-
puscula retinent naturam & indolem illa-
rum concretionum, è quibus exiere, ita,
ut virtutem & efficaciam quam antea in
mole cernebas, in exiguis particulis inve-
nias, quam energiam pro majori particu-
larum mobilitate & activitate exercent,
ut in Moscho, Ambra & Camphora vide-
re est. Hinc certum est, è morbo etiam
corpo quotidiè emitti vapores seu
morbosas expirationes & semina quedam

Hippocrati miasmata dicta, quæ similem
alio in corpore morbum excitat, valent,
non aliter ac exigua fermenti portio-
nula ingenti farinaceæ massæ admixta &
calore excitata totam facit fermentare
massam.

Quare autem non omnes tam facile
inficiantur, non querendum est in oc-
ulta aliqua & specifica crasis ac disposi-
tione, sed in partium fabrica, massæ san-
guineæ textura & vasorum exilitate aut
angustia.

Ad Causas Remotas inter alias sex res
non naturales referendi sunt fructus æsti-
vi & autumnales; Cerasa, dulcia, nuces
avellanae, cucumeres, pepones, cucurbitæ,
fructus mori, frumentum corruptum,
mustum, uvæ & aquæ impuræ: Ipse in-
super aër justa varia anni tempora inqui-
nari potest acribus effluviis, quæ corpo-
rum nostrorum poros subeunt, interiora
petunt & sanguinem iisdem inficiunt,
consentiente nostro Hippocrate 3. aph. 11.
Inter anni partes si hyems sicca & aquilo-
nia, si ver pluviosum & australe fuerit,
estate necesse est febres acutas fieri, &
ophthalmias, & dysenterias, mulieribus
præsertim & viris naturâ humidioribus.

Astra in hæc inferiora nonnunquam
venenosos inspirare halitus & morbos
malignos, excitare juxta Paracelsum, de
co merito dubitamus, acrius illud in
conflictu oppugnaturi.

CAPUT IV.

De Differentia.

Absoluta causâ tam proximâ quæ in
remotâ accedimus ad differentias,
easq;

easq; more recepto desumimus vel à subiecto vel à morbo, vel ab eisdem causis.

Morbum si consideremus, erit vel in principio, ubi leviter adhuc crassa sunt intestina, nihilque vel parum excernitur eroris: Vel in augmento, ubi malum profundius serpit, vasorum orificia aperiuntur, & ipsa tunica corroditur, unde plus sanguinis & puris excernitur: Vel in statu, ubi vera & manifesta ulcerum signa, dolor vehementissimus & virium extremus languor.

Alia est mitis, maligna quidem, sed non adeò contagiosa: Alia pestilens, gravissimis stipata symptomatis: Alia est cum febri, alia sine febre: Alia continua periodica alia.

Ratione subjecti alia originem trahit ex ventriculo, alia ex corde, alia in intestinis tenuibus residet, alia in crassis.

Pro Canarum diversitate alia est ab aere putrido, alia a vietu pravo, alia a bile flava, alia ab atra bile.

CAPUT V.

In Diagnosin deducit.

Si gna Diagnostica tum Dysenteriae tum malignitatis sunt Frequens alvi dejectio, eaque cruenta & purulenta, dolor ventris & tormenta: Excreta sunt muco-sa, purulenta & cruenta; Accedit febris, sitis, nausea, vigiliae, inquietudo, singultus, cardialgia, angina, delirium, motus spasmodici, & plures eodem tempore decumbunt.

Partis affecta signa hæc sunt: Si gracilia afficiantur intestina, dolores erunt circa umbilicum acerrimi, ibidemque æger-

sentient crudeles puncturas, quas non statim in sequitur alvi dejectio, sed paulò post excrementa varia cum sanguine commista excerauntur. Sin crassa sint exulcerata, dolor non est adeò vehemens, isque infra umbilicum, quem statim excipit alvi excretio.

Urina in hoc gravissimo morbo plurimumque in exigua excernitur copia, & aliquandiu servata innumeris exhibebit atomos seu corpuscula tartarea & particulas arenosas hinc inde in superficie & circa latera volitantes, quod à paucis forsan observatum, sed firmissimum argumentum, morbum hunc à particulis acribus, pungentibus & secantibus produci-

CAPUT VII.

Prognosin instituit.

Si gna prognostica docent morbi even-tum & ex morbi idea, parte affecta & causis morbifweis desumuntur.

Omnis Dysenteria maligna periculosa est. Periculosa, propter intestinorum exulcerationem, nam pars membranosa non facile coalescit: Periculosa etiam, quia partes nobiles cor & cerebrum afficiuntur.

Facilius curantur intestina crassa: Raro vel nunquam tenuia.

A sincera dejectione Dysenteria malum. Hippocr. 7. aph. 23.

Si ab arra bile incipiat Dysenteria, lethale. 4. Aph. 24.

Singultus, angina & motus convulsivi mortem denunciant.

Cibi fastidium & vomitus, malum, quia indicant materiae copiam.

ff 2. 3.

Si Dysenteria laboranti veluti carunculae dejiciantur, lethale est, *Aph. 26.*

Si ructus superveniant & flatus, bonum, *Hippos. 6. Aph. 1.*

Bonum, si alienolis aut maniacis superveniat.

Si purus excernatur sanguis periculum est.

Mulieres & infantes difficiliter curantur.

Si extrema frigent & interna uruntur, lethale est.

CAPUT VII.

Curationem docet.

Curatio duplex est, prophylactica & therapeutica.

Therapeutica suis nititutis indicationibus, quarum sunt quatuor.

I. *Intemperies maligna* indicat suicorrectionem per bezoardica & alexipharmacā, habito respectu humoris prædominantis, & tatis, temperamenti & sexus.

II. *Intestinorum ulcera* requirunt sui mundificationem & consolidationem.

III. *Dolor* urget sui mitigationem.

IV. *Vires languidae* sunt conservanda & restauranda.

I. Expugnator *malignitas*, serum per sudores eliminando, omissis purgantibus, nisi aliud quid illa indiceat. Observandum tamen, semper eligenda esse bezoardica temperatiora, ne febris augeatur & sanguis magis colliqueretur. Exempli loco sint sequentes formulæ:

R. Spec. de hyacinth.

Corn. Cerv. Oar.

Terr. sigillat.

Bol. Armen. aa. 3*B.*

Misc. f. pulvis pro aliquot dosibus.

R. Pulv. bezoard. senn. 3*B.*

Antimon. diaphoret. 3*B.*

Misc. f. pulv. S. stillend Pulver auff einmal.

R. Lap. Crystall. præp. gr. xv.

Unicorn. ver.

Lap. bezoar. oii. nt. aa. gr. vi.

M. f. pulv. f. ut antè.

R. Opiat. Bezoard. 3*j.*

S. Begoardische Latwerge auffeinmal.

Exulent *Purgantia*, ut antea dictum, ne fluxio fiat major: Prohibitum enim est per locum affectum evacuare, De *Vomitorius* simile esto judicium.

Improbamus *Vena&Elionem*, nisi ad sit manifesta sanguinis effervescentia & urgenterissima causa.

II. *Ulceræ mundificari* possunt sequenti *Clystere*:

R. Lact. vaccin. rec. 3*x.*

Mell. rosat.

Unguent. Cancer. aa. 3*B.*

Vitell. ovi, Misc. f. Enema.

Deinde consolidari hoc vel simili:

R. Brod. Gallin. cum pedib. vituli rad. symphyt. major. & tormentill. parat. lib. ij.

Succ. plantag. rec. expr. 3*iB.*

Alumin. ust. 3*B.* M. f. Enema.

In usu adstringentium cautè procedas, præprimis quæ per os sumuntur. Convenit ex *Cratone Conserva Rosarum cum theriaca*, quoderit instar omnium: Experto crede Roberto. Ab ipsis magnis compositionibus, lacte ustulato, & ceteris nugis abstinendum.

Placent celeberrimi cuiusdam practici verba: In tanto hoc mörbo vix pluribus quam tribus utor medicamentis, copiana enim vel potus vel ciborum vel medica-

menta.

mentorum vix unquam ferunt agri. *Dn.*
D. Faustus, *Archistar Heidelbergensis* p.
 m. sequentia in secretis habuit, quæ fi-
 deliter communico.

¶ Amygdal. dulc. Ambros. *ib.* ij.

Rhabar. elect. pulver. *3* iiij. vel *iv*.

Misc. & imponantur yutto, vitrum
 aquæ moderate calidæ, digerantur per
 horam, postea exprimantur more ordi-
 nario, sign. *Oleum Rhabarbari*.

¶ Pan. calid. ex furno cum tota substant.
 confract. infund. in aq. plantag.
 tormentill. bursæ pastor. aa. q. f.
 adde-

Corn. Cerv. ust. *3* ij.

Spodii *3* j.

Nucif. *3* vij.

Galang. *3* vj.

Sem. anthon.

Plantag. ana *3* ij.

myrtillor. *3* vij.

Cydon.

Mespilorum. ana *3* j.

Infusis per triduum addes flor. balaust. *3* j.

Succ. acac. *3* ij.

Rad. acor. *3* b.

destill. in M.B.

¶ Mic. panis fecalin. calent. *ib* iiij.

Nuc. moschat. ras. n. viij.

Succ. pyror. sylv. part. ij.

Vin. rubr. p. j.

*Infusa per 24. horas destill. ex vasis vi-
 treis.*

Sunt & *specifica* nonnulla, quæ hoc in
 affectu extolluntur: *Torna leporis*, *al-
 men crudum*, potui ordinario injecta:
Hepar serpent. liquor Terra sigill. *Priapus*
Cervi, *species diaplantag. diamartis*, *Myn-
 fichti*, ex quibus varia possunt concin-
 nari formula, si nostra non placeant.

III. *Dolor mitigatur Theriacâ rec. ad*
3 b. *exhibitâ Diaſcordio Fracastorii*, *Emul-
 tione ex ſeminibus 4. frigidis majoribus*
& papav. alb. *Theriacâ coeleſti* quæ Ha-
 novia proſtat, quam felici ſucceduſ ſe-
 pius exhibui, eā ſiquidem malignitas ex-
 pugnat, fluxus cohabetur & dolor leni-
 tur. Recommendamus itidem *Pilulas*
noſtras Antidyſentericas, qua um basis eſt
Theriacâ coeleſtis; ſi carundem tres vel
 quinque mané ac vefperi cum *aqua ci-
 namomi cydoniata* affumantur. Nec hic
 contemnenda eſt *Panacea ſolaris Wilden-
 gansfi*, *Lipſia* venalis, quam ſuā hoc
 in morbo laude defraudari nolumus:
 Quamvis ab Autore in virtutum enarra-
 tione nonnihil peccetur in excessu, ut
 oſtendi caſu *Collegio Natura Curiosorum*
 communicato, qui videri potest *Tors-
 tertio*.

Opium non audaci, ſed timida & pru-
 denti manu exhibitum hīc admiranda
 pŕeſtat; Verū, quæſo, chariſſime pru-
 denter age & respice finem, ut intrepide
 aliquando poſſis reddere rationem vili-
 cationis tuæ. Nōſſi proculdubio *Mi-
 nadoum*, *Doctorem Patavinum* obſer-
 vasse, omnes illos dysentericos, quibus
 consilio Medici opium exhibitum fuit,
 obiitſe.

Lenitur etiam dolor elysmate ex oleo
 hyperici & ſeo cervino parato, cum *3* j.
Philonii Romani.

Eadem intentione pŕaſcribi potest
 ſequens linimentum:

¶ Ol. Nuc. mosch. ex pr. *3* ij.

Theriac. rec. *3* b.

Sev. Cervin. *3* b.

Ol. cydon. q. f. f. *Unguent.*

Sign. Salbe zum Leib.

Præſcri-

Princeps Robertus parat unguentum ex Herba lunaria & oleo Momordicæ, quo si spina dorsi inungatur, momentaneum est contra dysenteriam auxilium, Borellus commendat anserinam, & experimento constare ait, si plantis pedum applicetur, intra 24. horas fisti profluvium: Potest etiam butyro frixa ventri applicari: Vel imponi potest *Emplastrum* ex unguento dysenterico, Theriaca, Terra sigillata & cera confectum. Laudatur *Emplastrum de bolo*, cuius hæc est descriptio:

#. Bol. Armen.

Cortic. mali corii.

Flo. Rosar. rubr. sicc. ana 3v.

Mirobal. Citrin.

Mastich.

Oliban. ana 3iiß.

Caryophyll. 3j. gr. v.

Ol. nuc. molch. expr. 3iiß.

Mastich. coct. 3v.

Cera 3iiß. F.L. A. Ceratum.

IV. Vires refocillari possunt pretioso hoc Cordiali, cuius 3j. sumatur ter de die cum aqua Naphæ:

&c. Rafur. ebor. 3ij.

Pulv. Marchion. 3iB.

Scob. auri in subtil. pollinem redact.
3j. gr. xv.

Bezoar. or. ver. 3j.

Unicorn. marin. 3ß.

M. f. pulv. S. kostliches Goldpulver.

Vel Rx. Tinctur. O. 3j.

Essent. laudan. opiat. 3ß.

M. S. Herzstärkende Gold- und Ruh-
tinctur.

Externè convenit Aqua pro epithemate cordis, Naphthæ, borraginis, cum balsamo vitæ & aceto bezoardico.

Curationes Magneticæ non sunt con-

temnendæ: Dejiciantur excrementa super caput mortuum vitrioli, quod est secretum Doctoris Cnöfeli. Tentavi hanc curam in juvene quodam cum alio Medico, Collega meo, sed successus voto non respondit.

CAPUT VIII.

Dietam prescribi.

AER declinet ad caliditatem, ut sit magis siccus quam humidus; Pori enim sunt servandi patentes, ut continuo maligni halitus à centro ad circumferentiam revocentur, motusque contrarius ipsis concilietur. Hinc corpus probè est tegendum, neverò sudores propter inquietudinem & continuas excretiones impedianter, sit in promptu vas, quod ægri etiam decubentis facies excipere possit; Cujus inventor fuit *Hildanus*.

Cibi sint boni succi & facilis digestio-
nis: Juscula ex hordeo, oryza & avena
cum succo cydoniorum, granatorum,
arantiorum, citri & vino parata: Caro
gallinarum, turturum, perdicum, conce-
denda est; Nocent pisces, lac, caro suilla &c.

Saccharata cane pejus fugienda, quia
augent humorum fermentationem &
quid corrosivi continent, saccharo à li-
xivio è calce viva communicati: Præter
hoc etiam facilè bilescunt. Memini le-
gisse me in arte structoria *Harsdörfferi*
perdices saccharo nutritas præbuuisse
carnes amarissimi saporis.

Potus, languente admodum facultate
vitali, & non impidente calore febrili,
sit vinum rubrum, vinum cydoniorum,
prunorum sylvestrium, Tinctura rosa-
rum, aqua foliorum quercus cum sirupo
acetato-

CAP. ULTIMUM.

De Curatione Prophylactica.

acetosit. citri, emulso amygdalarum cum decocto C. C. usq; & aqua cinamomi cydoniat. parata, Aqua camphorata, vel sequens Julepus:

R. Rizur. Corn. Cerv. 3*fl.*

Rad. Tormentill.

acetolæ ana 3*ij.*

aqua puriss. 1*fl.* v.

Coq. a*l* remanent. 1*fl.* iii*fl.*

In Colatura solye Vin. granat. 3*ij.*

Tinct. Rosar. 3*iv.*

Sirup. acetosit. Citri.

rubi id. ana 3*ij.*

Corall. 3*j.*

M. S. Ordinari Trunc.

Meo iudicio multum proderit cerevisia ex aqua Terra sigillata Laubacensis para-
ta, das Laubacher Terræ sigillatæ Bier.
Mihi hoc in frequenti fuit usu:

R. Conserv. Rosar. 3*ij.*

papay. err. 3*ij.*

Santal. rubr.

Rad. tormentill. ana 3*fl.*

Cort. arant. rec.

Limon. rec. ana 3*ij.*

Granor. mastich. ana 3*fl.*

Incisæ ac ollæ vitreatæ immisisæ su-
perfunde aquæ fervent. & ebullient. 1*fl.*
viiij. Vase bene cooperito refrigerari per-
mittito. Fiat post colatura sœpius repe-
rita pro potu.

Somno quovis modo indulgendum,
quia vigilæ plus irritant fluxum; Mo-
tus etiam nimius vitandus. Excrementa
non diu asservanda, sed statim remo-
venda in locum dissitum, in quorum in-
spectione valde periclitatur Medicus &
per quam facile infici potest: Confidat
itaque Deo suo, qui fidentem deseruisse
nescit.

Totum negotium consistit in legi-
timo aceti theriacalis usu tam in-
terno quam externo, nec datur præ-
stantius aut certius præservativum.
Quod si tamen hoc non placeat, sume
jejuno ventriculo & vesperi ante lecti
ingressum diacordium, magnitudine
nucis Indicæ.

Rotula etiam varia ex bezoardicis
præparari possunt.

Vinum hoc medicatum satisfaciens
expectationi.

R. Rad. Scorzoner.

Tormentill. ana 3*ij.*

Herb. absynth.

Carduiben. ana Miij.

Scordii Miij.

Menthæ Miij.

Nuc. Mosch. 3*fl.*

Zedoar. 3*ij.*

Macis 3*fl.*

Flaved. Cortic. Citr. rec. detract. 3*fl.*

Incisa grossè d. ad chart.

S.Species gum Præservativ. Wein/
alle Mahlzeit den ersten Trunc.
davon zuthun.

Ut & Balsamus Salutis:

R. Rhabarb. elect. 3*ij.* incis. indatur
Cucurbitæ vitreæ affund. Vin. ad emi-
nent. duorum digitorum, stent probe
tecta in digestione lenissimi caloris per
3. dies, quotidie bis vel ter agitando,
dein affund. ol. Olivar. recent. q. s. &
probè mixta exprimantur sub prelo:
Liquor expressus indatur Cucurbitæ
vitreæ & spiritus vini abstrahatur per

gg

destil-

destillat, in balneo: Sic remanet infundo oleum tincturæ Rhabarbari imprægnatum, Sign. præservativ. Oel alle Morgen einen Löffel voll in warm Bier eingenommen.

Alvus servetur aperta Pilulis Angelicis vel Polychrestis, quæ in minori dosi quam Angelicæ exhibentur, nec tantam post se relinquunt siccitatem.

Omnibus his palmam eripit Elixir Catholic. Dn. D. Geifusii, variorum Imperii Statuum Archiatri celeberrimi, quod alternis diebus sumptum alvum lubricitat & obstructions viscerum tollit, insimul etiam balsamicam conservat sanguinis consistentiam.

His favente Numine divino, multos & me ipsum in pestilentissima etiam Dysenteria, inter complieatos labores præservavi, substituens interdum loco Elixirii Tineturam Bezoard. Dn. D. Michaelis. Vitavi purgantia & venæfæctio-nes, Diætam pro cuiusvis consuetudine concessi liberam; Vinum jussi bibere ad hilaritatem, non ad ebrietatem, Deo vero susceptori & soli refugio omnia mente lœta & pia committere. Sic non timui à timore nocturno, à sagitta volante in die, super aspidem & basiliscum ambulavi, conculcavi leonem & draconem; Nam ille Deus longitudine diærum replebit omnes in ipsius sperantes & ipsis ostendet salutare suum. Huic fit laus & gloria sempiterna.

Sequuntur Observationes Præctica.

I.

Ilvenis viginti aliquot annorum corripiebatur dysenteria, tum temporis Hanoviæ Epidemia, cum tenesimo & syn-

ceri sanguinis excretione, plus quam certies surrexerat præcedente nocte, cum magna cordis anxietate, siti, vigiliis, & atrocissimis alvi doloribus. Vocatus clysterem præscripsi, quem Tenesimus non admittebat, cui tanquam urgentiori symptomati occurrebam suppositorio ex sevo cervino, sedato hoc paulisper singulis diebus usus est enemate ex decocto florum rosarum rubrarum cum succo plantaginis & saccharo rubro. Vigilias demulcebat emulsiō.

Bx. Amygd. d. exc. 3ij.

Sem. melon. exc. 3ij.

papav. alb. 3i. b. contusa cum

Aqu. pyrot. sylvestr.

Ulmār.

Tormentill.

contr. Febr. Malig. ana 3j. l. a.

Emulg.

add. lap. crystall. pp.

c. cerv. ust. pp. a. 3j.

Man. Christ. perlat. ad gratiam. S.

Stärkende und stillende Milch vor
etlich mal.

Dolorem mitigavere pilule nostræ antidysertericae numero quinq; sub tempus somni. Vires refocillavi sequentiæ Tinctura:

g. Tinct. rosar. aq. dysenter. extract. 3iv.
fir. papav. errat. 3ij.

Misc. S. stärkende Tinctur.

Sitim fallebat Aqua fol. quercus cum sirupo acetositatis citri, hunc bolum magni semper fecit.

g. Extract. Theriac.

Tormentill. aa. 3ß.

Ol. Nuc. destillat. gr. iij.

3ii diaphore. 3ß. c. conservaro-
furam, fiat bolus.

Evasit.

Evasit post vigesimum diem, quem charon jam cymba sua expectabat.

II.

Hodiernis non solum medicis, sed & antiquis patribus religio fuit, purgare gravidas, ob abortus metum, qui facile sequitur, recte *Hippocrates*: *Mulieri uterum gerenti si alvus multum fuerit, periculum est ne abortifaciat.* Hujus canonis veritatem expertus sum in uxore honesti civis, quæ dysenteria correpta quinto mense gravida, abortum quarto decubitus die patiebatur, subsequenti animi deliquio, fluxu continuo purulento, vomitu, extremonum frigore, & sexto die morte. Quod si legitimus instat parendi terminus, non tantum imminet periculum, quia superveniente partu plenumque cessat dysenteria. Uxor *Dn. N.* nata in Brasilia, honesta sanè & modesta matrona, dysenterica sed gravida & partui vicina, sumpto pulvere cordiali cum aqua cinamomi cydoniata, peperit tertio die filium, cum sanguinis copiosa excretione: paulo post omne substitut alvi profluviun, ego mane rediens diatana præscripsi puerperæ convenientem, cum admonitione, ne obstetrix nimium lochiorum urgeret fluxum, sicque valedixi cum gratulatione propter filium, parentis solatium & matris remedium.

III.

Primarius quidam Civis laborabat dysenteria maligna, quem paucis hilce sed methodice adhibitis remedii per Dei gratiam curavi.

&c. Pulp. bezoard. Sennert.

Dysent. Croll. ana 3j.

Pannon. rubr. 9ij.

ocul. 9. pp. 3B.
Unicorn. ver. 9j. sumatur 3B.
bis vel ter de die cum aqua pyrorum sylvestrium.

&c. Rad. Tormentill. 3ij.

Flor. rosar. rubr.

Chamom.

verbasc. ana MB.

sem. plantag. 3ij. incis. coq. c. lact.
colat. 3 x. add. sev. cervin. ol. Hyperic. solut. 3B.

succ. plantag. 3j. Misc. f. clyster.

Unicam sumpsit pilularum nostrarum anti dysenteriacarum dosin, sicque factæ sunt excretiones rariores & non adeo dolentes: Conyaluit circa diem octavum, qui erat homo expleniatus, si credere fas est, adeoque nullis obnoxius lieuis mortibus quo carebat, siquidem ante plures annos post gravissimum animi deliquium rejecerat molem quandam carnosam lumen non absimilem, quam duo Medici vocati una cum chirurgo pro vero habuere licet ipsius vase, tunicam & parenchymaticam substantiam demonstrantes, cum prognostico, brevi mortem subsestuturam. Verum duo illi Medici jam dudum hinc emigrarunt, vivente in hunc usque diem civi hōc fano & incolmis, praterquam quod contumaces semper patiatur alvi obstructiones: meo iudicio latuit massa hæc parenchymatica in ventriculi fundo, ex truore ibidem extravasato genita, sic memini legisse me in Ephemeridibus medicorum Germanorum, (nisi mea fallit memoria) quendam melancholicum per longum tempus de ventriculi morsu à rana, quam ibi nutriti persuasum habuit, conquestum

fuisse, in cuius ventriculo post mortem aperto inventus fuit quidam tumor carnosus raro non absimilis,

IV.

Vir 40. annorum diu gestarat ulcera pedis manantia, quæ (me dissuadente) sanaverat chirurgus eo tempore quo dysenteria maligna in plures Hanoviæ incolas savigeret, qua brevi post & hic affligebatur cum vehementissimis & lethabilibus symptomatis: Fateor & coram supremo respondebo judice, me generosa adhibuisse remedia, sed frustra, semper in deteriorius ruente malo, ex quo tandem obiit. Nonnemo ex amicis opinatus fuit, me non verat tentare artis præsidia, quod ut plurimum medicis contingit, si res pro voto non succedat. Respondi ego eum Jacobo: *Nam pro Dco ego sum:* Et cum rege Israelitarum, respondentem mulieri exclamanti ad eum, salva me Domine; *Te salvet Dominus: unde te possum salvare?* *De area vel de tortulari?* Et bono fui animo, qui, cum ille me accusaret fidelem operem, ego ejus ridebam, stultitiam & ingratitudinem. O miseram sortem medicam, inquit Thonnerus, vel in hac mea grandæva octogenaria ætate deplorandam. Cum tam fidelis opera diurna & nocturna cura ac solicitude sèpius hand pro meritis munieratur, ita non raro cum disgratia compensatur, præsertim si medela non succedat ex voto, absque ulla medici culpa, sed mere fatali ipsius morbi per vicacia, ut pœnitentia sit cum cordi & suppetias tulisse. Ast æquo animo fe-

renda, quæ inopinatò accidunt & sunt immutabilia.

V.

Magnam imaginationis vim esse etiam hoc in morbo maligno, ex sequenti patet casu: Pistoris filius duodecim annorum dysentericus, cum periculose admodum ægrotaret, media nocte petiti halecem, quem cum parentes obtulissent, totum comedit. Certum hoc esse infecitura mortis signum putabant mœsti parentes. Verum evenus longè aliud docuit, sedato enim appetitu cessavit fluxus cruentus, & æger præter omnium expectationem convuluit.

VI.

Malignitas sèpius totum inficit corpus, ut etiam post fluxus cruenti & doloris cessationem per longum tempus ægri adhuc conquerantur de artuum lassitudine, vertigine & totius corporis languore. Matrona fluxui hemorrhoidum alias obnoxia, à pericolosa pilulis nostris antidisentericis liberata dysenteria variis adhuc per semestre tentabatur insultibus, donec subortâ in mala dextra inflammatione & apostemate integræ restitueretur sanitati. In infauitibus vidi post dysenterie cessationem spinam ventosam, varia ulcera & cancrosa tubercula. Memini etiam, referre celeberrimum Horstium, post dysenteriam ortam fuisse ophthalmiam, arthritidem vagam & tandem in genu apostema. Possem producere varios istiusmodi casus, sed hi pro morbi hujus indole cognoscenda nunc sufficiant.

DISPU-

DISPUTATIO XXIV.

De

C O L I C A ,

R E S P O N D E N T E

JOHANNE HENRICO HAPPEL, Kirchhainâ Hasso.

OMNIA qui vivunt miserrimam peregrinantium conditionem esse, viator, sive per aperta camporum spatia, sive vastissimas æquoris aquas dulcem tendat in patriam, iniquæ & adversæ ubique coactus fortunæ acerbitates persentire, meritissimè conqueri potest, cum omnia ferè sub diò in ejus perniciem videantur conspirasse. Ipse æther ferventissimo mox exæstuans calore corpus ejus sudore diffluere facit: mox fævislîmo horrens frigore omnes ejus congelat vires: Aëris nimium humentis inclemens, jam nimia ferventis siccitate fauces ardore urente intempories variè affligit: Imo ipsa terra nunc montium asperrimorum & præruptorum, præcipitumque collum altitudine, sylvarum solitudinumque tristissima facie de felici in exoptatissimam patriam adventu desperationis metu, anxiā percœlit mentem: Et quorum maximam fævitiam verbis describere nequit, ventorum scil. horrendis procellis dirisq; turbinibus, toto eisdem itinere nihil tristius molestiusque accidere sibi, altis conqueritur suspiriis. Æquora enim si naviget, tantos ibi experitur Austri Boreæq; maria cœlumque rapide secum ferentium rugitus & murmura, ut ventis submersa puppis aquis obruta omnem vitæ spei abjicere jubeat. Nec si per latos campos incepsum emetiatur iter vento-

rum fævitia exemptus est, cominus & eminus cum illis & ab utroq; latere coluetari necesse habet. Tantis difficultatibus, tantis molestiis peregrinantium subjicitur vita! Vita nostra nonne tota peregrinatio est, ubi nemo mortalium adest beatus, qui non, eheu! fæpissimè adversis fortunæ reritis concutiat, & cum plurimi valetudinis sua hostibus configere in gratiis cogatur? Inter quos Colica sonoræ tempestatis instar intus furens tanta cum fævitia concutit viscera, ut vita navicula, anticipi periculo fluctuans, parum absit, quin evertatur & submergatur. Cujus tanta quandoq; crudelitas, ut afflicti centies morbo brevi jugulante dolor resque abrumptente decumbere malint, quam crudelissimæ hujus torturæ perpetuò tolerare fævitieni. Hujus naturam præsenti Disputatione describendam antequam aggrediamur Benignissimi Spiritus dœvoto pectore & ardentibus precibus invocamus auxilium.

THES. I.

Medicus ad ægrotum accessitus nec morbi nomen, neque nominis derivationem, nec aliud quicquam primariò attendit, solum ad symptomata ægrum infestantia cogitationes dirigit, ut exinde certam morbi speciem determinare possit. Hinc perfectam Colicæ cognitionem melius acquiri non posse existimo, quam si primò ejus phænomena &

apparentias consideremus, propter quas hominem Colica laborare dicimus, & post harum causas explicatas ad ipsam medendi methodum transeamus ; Ut igitur omnia ritè & decenter, sit

THES. II.

Tum demum & decumbentem Colica laborare dicimus, quando de dolore abdominis profundo & fixo cum terminibus & rugitibus, alvi astrictione, ut & urinæ parca excretione conqueritur. Vel quoties vehementem abdominis dolorem, eumque laceratium pungitivum & vagabundum cum umbilici jam prominentia & hypochondriorum inflatione, jam corundem subsidentia & umbilici versus inferiora retractatione percipit. Supervenit vomitus biliosus, acidus, pituitosus : vel saltem continuum vomendi desiderium & nausea angit: alvus interim est asticta, & urinæ excretio in totum suppressa.

THES. III.

Hæ apparentiæ ut clarius nonnihil explicari & intelligi possint, quædam extra ordinem ex œconomia animali præmitenda esse opera pretium censemus, haec aus in lectionibus publicis & privatis, ut & disputationibus à Domino Præside sa pius ventilata. Notissimum autem esse puto, cibum ori ingestum ibidem variè pro futura chylificatione in ventriculo præparari, dum à dentibus tanquam à molenda in minutiora conteritur & confringitur, quem saliva humectat, ut à lingua pistoris fungente officio commodius subigi possit, & ulterius in œsophagum protrudi, à quo, muscularis suis ita à naturâ fabrefactis, ut Spiritus animales certo &

convenienti modo influentes recipiant; ulterius offertur ventriculo, olla naturæ ad fermentationem (coctionem primam aliâ dictam) subeundam destinatæ. Hic liquor acidus ex media ventriculi tunice glandulis, in quibus ex sanguine arterioso & liquore animali generatur, per tubulos & poros in cavitatem ventriculi effusus, omnem cibum, cuiusque qualitatis saporis & odoris ille fuerit, adjuvante materia subtili, mixtione soluta in minutissimas confringit portiones & resolvit per modum quandam fermentationis, quæ tamdiu durat, donec omnis cibus in unam tandem coicerit massam. In hac fermentatione quoniam ex intimis fit resolutio, portiones cibi minimæ à se invicem recedentes majus occupant spatium, & ventriculum intumescere faciunt: peracta vero illa, cessanteque fermentantis massæ motu, ventriculus sua sponte subsidet & coeuntibus fibris chylus absque ulla facultate expultrice in intestinum duodenum prolabitur, ubi à duobus liquoribus, altero naturæ menstruo, ab utroque lateri scatuvientibus, in effervescentiam novam prioti longè citatiorem rapitur, in qua crassiores ejus partes ad inferiora intestina naturæ juxta leges præcipitantur, tenuiores vero & subtiliores versus intestinorum latera vibratae minutissimos partim vasorum lacteorum, in quibus lac emuluntur, partim venarum Mesaraicarum poros & meatus ingrediuntur, ut sanguis hic, in corde vero spiritus vitales exinde elaborentur. Quæ cum prolixius alibi fuerint proposta, in his quæ ad institutum nostrum facere videbantur acquiescimus: veritatis tamen avido eruditara de coctione in ventri-

ventriculo dissertationem Dn. D. Andreæ, Professoris in Academia Francofurtensi ad Oderam publici celeberrimi, commendamus.

THES. IV.

Observari deinde necesse erit, vitam nostram tamdiu durare, quoisque succus nutritius perenni distributione omnibus partibus communicatur, quod in corpore nostro præstat liquor vitalis sive anima vegetativa, & animalis sive anima sensitiva. Liquoris vitalis certudo tanta est, ut nemo unquam illam negaverit. Liquor vero animalis, quamvis ob naturam aëream & subtilissimam sensus fugiat, ex operationibus tamen quibus se manifestissime prodit, certissime probatur. Hic ex subtilissima & maximè activa sanguinis vitalis portione per solam cibrationem per angustos arteriarum carotidum ipsiusq; cerebri poros separatus à crassioribus sanguinis portionibus, per proprios ductus & canales in universas corporis partes, cum pro succo nutritio partibus apponendo, tum pro sensu & motu præstanto, continuè defertur & influit. Siquidem omnibus partibus sensu præditis natura fibras nerveas, alibi sanguine circumfusas, alibi verò exsangues concessit, à quarum motu spiritus animales nunc in hanc nunc in illam determinantur partem. Si enim fibræ illæ nervæ, spirituum animalium copiâ ubique refertæ & quasi distensæ, à tangibiliū iictibus feriantur, impulsu quælibet per nervorum ductus ad commune sensorium deserunt, non aliter ac fidium chorda in uno extremitate pulsata in momento in altera extremitate similem excitat motum. Quod si motus illæ fibrillarum nervarum fuerit

proportionatus juxta naturæ leges positosque limites, nulla in corporis œconomia advertitur æra: quamprimum verò impetuose moventur, convelluntur, corrugantur aut in suo situ turbantur, dolor pro diversitate objecti improportionati vel lacerati, convulsivus, pungitivus, distensivus aut gravativus. Iporum etiam spirituum animalium ordo non parum turbatur, cum in varias anomalias rapi videntur.

THES. V.

Sicut enim cæteri sensus externi, quamdiu organa ipsorum ab objectis proportionatis & mediocribus naturæ amicis afficiuntur, nullas exorbitantias committere solent, ita etiam hoc in sensu tactus observari solet, utpote qui cum reliquo in sensationis ratione formalis, motu scil. sive pulsatione, convenire videtur, ut non absq; ratione unicum saltem omnibus animalibus inesse sensum, nempe tactum, à nonnullis defendatur. Nam quoties radii luminares in retinam tunicam citra violentiam reflectuntur. Quoties percussus aët mediocriter auditus pulsat organa: quoties tenuia corporis tunicam interiorem narium fibrillasque linguae mediocriter afficiunt & movent, toties visus, auditus, gustus & odoratus citra ullam exercentur molestiam & animæ sensitivæ perturbationem. Verùm si non servatis limitibus incongruum quid & improportionatum insensoria irruit, statim molestia oritur, & vis spiritibus animalibus eorumque continentibus valis infertur, unde strepitus, terrores, scutores, tinnitus, machinæ concussio, vomitus, diarrhoeæ, animi deliquia, aliaque graviora mala. Tali modo etiam similes.

similes & r^{ar}g^{it} in sensu Tactus ejusdemq; organo facile ab objecto mediocritatem excedente excitari solent, de quibus nunc pluribus.

THES. VI.

Dolor ventris, quem pro primo affectu Colici Phænomeno posuimus, quandoque est profundus & interna viscera magis affligere videtur, & quamvis externè adeò exactè circumscribi nequeat, situm tamen intestinico non obscurè delineat. Alvis plerumq; segnis est cum flatuum retentione, qui cum boatis murmure & rugitu per intestinorum longitudinem explosi tunicas distendunt, cavitatem dilatant, fibrasque extendendo & quodammodo solvendo favos excitant dolores. Oriti malum tum dicimus à debitz fermentationis in ventriculo ut effervescentiae in duodeno defectu, quam inseparabiles comites, chyli frigida, pituitosa & viscida intemperies, aut nimia ejusdem aciditas subsequuntur. Chylus itaque sive ex ventriculi vito, sive bilis oleositate, aut succi pancreatici vitioso charactere acescat, facilimè fibras intestinorum pungendo & vellicando tales dolores excitare potest, præprimis in illis, qui hæreditario jure ad hoc malum sunt dispositi, quam dispositionem in hoc consistere statuimus, quod à prima infan-
tia fibras intestinorum valde debiles & tremulos natu sint, quæ etiam à levissimo obj. eto improportionato cum doloris sensu suffici possunt, hinc morbum hunc hæreditario jure à parentibus in liberos propagari sepiissimè observatur. Quod simucus ille qui interiorum intestinorum obducit crustam, quem arteriolis exsudare credimus, ob sanguinis dyscrasiam degeneret, & una cum bīte &

succo pancreatico, vel innoxisis adhuc, vel etiam corruptis, vitiōsè effectu cat, dolores colici in jejuniis etiam & quorum intestina ob longiorem inediā sunt exinanita, excitari possunt. Et cū flatus generari videamus, quoties salia volatilia oleosa incident in pituitam, statuimus volatilis bilis portiones in lympham crassam impingentes eam in subtile halitus & flatus resolvere, qui cellulas intestini coli distendentes fæces retardant, & anima sensitivæ debitum influxum degenerant, unde alvi tarditas vel omnimoda constipatio.

THES. VII.

Alterum quod notavimus phænomenon, erat parca urinæ excretio. Intestina enim à flatibus distensa majorem requirunt locum, unde vicina vasa emulgentia comprimitur, ut materia pro generanda urina ad renes deferri nequeat: vel salterū ureterum meatus per compressionem occludunt, ut nec segregatum serum à sanguine ad vesicam amandari possit, aut diutius in vesica asservari. Quæ vero excernitur biliosa est & valde tincta, quoniam bilis in propria vesicula ob distensionem colligi nequit, sed regurgitat & effunditur in massam sanguineam, ubi abundantius collecta urinam intensiori saturat colore.

THES. IX.

Interdum tamen observantur dolores ventris vehementiores lacerativi & lachrantes, qui ad tactum etiam exacerbari videntur. In lumbis crudelis percipitur dolor, umbilicus quandoq; prominet & elevatur, mox versus interiora retrahitur & subsidet cum hypochondriorum molestissima vellicatione. Hujus colicæ, quæ frequentius affligit, longe aliam causam

sunt subjectumque esse multa persuadent. Intestina enim quæ alias chyli fecumque receptaculum sunt, omni carere culpa statuimus, id quod & doloris ratio situs que solidissimè probant. Si enim materia peccans in intestino colon stabularetur, ab unius aut alterius cathartici exhibitione, quod in priori fieri videtur, facile cessaret dolor, à quorum propinatione tantù abest ut juvetur morbus, quia potius vehementius exacerbetur. Deinde cum dolor non sit adeo profundus sed vagabundus & laceratus, indubitatum nervosi generis affectionis testimonium exhibit. Cum ergò nec ex ventriculi nec intestinorum vitio dolorifica hujus contractionis & torturæ cœla sufficiens deduci possit, merito partem affectam statuimus esse mesenterium, commune illud variorum succorum receptaculum, in quo plurimorum nervorum est congeries: in cuius plexus nerveos cum liquor nervosus præternaturaliter constitutus deponat recrementa sua salina & scorbutica, illa ad orgasmum usque collecta suâ sponte effervescunt, & fibrillarum sensibilium contractiones dolorificas excitant, sæpius tamen ante plenitudinem aggravavitam à lymphæ sive sanguinis fibras alluentis, particulis diversæ nature ad effervescendum mota, plenitudine irritativa rotum contrahunt mesenterium, & vellicando umbilicum nunc prominere nunc subsidere faciunt, hypochondriis una cum abdomen nunc distensis nunc collapsis apparentibus. Tales particulæ sibi invicem occurrentes varia effervescentiæ species lucta sua producere, ex febribum differentiis, dolorum diversitate, aliisque evidenter demonstratur. Vedit illas adhuc tumultuan-

tes in urina (quod admirationem & attentionem meretur.) Dominus Doct. Croffelias, de quo in anno s. Ephemer. Medicorum Germanorum.

THES. IX.

Alvis est obstructa cum urinæ vel totali suppressione, vel saltēm stillicidio, propter intestina simul in diversis locis variè dducta aut retracta, fibrarumque motus perturbatos & inversos, Uretères etiam propter motus istos spasmodicos corrugantur & crispantur, quæ alias in admittendis istiusmodi corrugationibus non admodum difficiles sunt, ut in dolore acphriticō clarissimè observare licet.

THES. X.

Interdum bilis flavæ aut prassitæ ingens copia durante paroxysmo impetuoso vomitu rejicitur. Ex quo non statim sequitur, quod in ventriculo & intestinis hæc collecta morbum produxerit, nec quod in propria vesicula aut stomacho ad plenitudinem coacervata facultatem expultricem stimulaverit: quin potius vomitus ille est symptomaticus, excitaturque, quatenus bilis in cystide sua contenta propter viscerum spasmos inde exprimitur, & in ventriculi cavitatem defertur; vel quatenus ob consensum nerveum membranæ vesiculae felleæ & ventriculi emulgentur, quod & aliis hemotib⁹ in hypochondriis contentis contingit, hinc ipse succus pancreaticus, non raro per aciditatem suam sese prodens, sæpius per ærætagos eliminatur. Ubi vero causa non est sufficiens ad vomitum, ut pote qui est vehemens & valida ventriculi concusso, movendo, continuum tamen vomendi desiderium cum molestissima nausea inde excitari solet.

h h THES.

THES. XI.

Has putamus causas proximas & continentes esse apparentiarum, colicum affectum concomitantium. Reuertores possunt esse variæ: Temperamentum pueritiosum, biliosum, & melancholicum, ætas virilis & vitæ status sedentarius, quo & referenda nativa illa ad colicam in utero materno contracta dispositio, de qua supra, plurimum ad morbi hujus genesis conducunt, ut & sex res nonnaturales, ær nempe frigidus, calidus: cibi pingues, crassi, fœculenti, acidi: potus vapidus & sulphuratus: motus nimius; quies excedens, vigilæ, somnus, ira, mœror & tristitia, quæ omnia strenue suam, licet modo diverso, ad colicæ productionem conferunt operam. Huc etiam referimus causas præternaturales, quatenus morbi prægressi materiam ad intestina transfrunt, coctiones & fermentationes depravant, præprimis verò intemperies cerebri, sanguinis, lymphæ aut ipsius liquoris nervæ à longo tempore contractæ, efficaciter ad colicam inducendam currunt.

THES. XII.

Ex quibus omnibus varias possumus elicere differentias: dum alia est intestinalis, eaque iterum flatulenta, pituitosa & biliosa, alia verò Mesarica sive convulsa & scorbutica, eaque vel benigna vel maligna. Alia est recens, alia inveterata, simplex vel composita; alia periodica vel continua. Alia est vera, vel notha & spuria, ad quam dolores ventris, qui à fortioribus & acribus medicamentis, potu & cibis inassuetis oriuntur, ut & nephriticam, cum calculus quandoque pro colica & contra, ob affectuum ho-

rum difficultem à se invicem distinctiorem, judicetur: Tum etiam Hystericam, quatenus convulsiones & motus spasmodici in mulieribus suffocationibus uterinis obnoxii sèpissimè pro colica tractantur, referimus.

THES. XIII.

Verùm, cùm nihil majorem medico apud agrotos & adstâtes conciliare possit authoritatem, quam de futuris contingentibus certa quædam proferre præagiæ, ad prognosin progredimur, & colicam ex intestinorum distensione aut punctione, sive à bile, flatibus aut succo pancreatico proveniat, curatu non adeo difficilem pronunciamus, cum ab unicâ etiam purgante, carminatiyo, aut acidum saturativo compesci observatum fuerit. Majori autem periculo exposita est Mesarica illa convulsiva, quam gravissima nonnunquam excipiunt symptomata, passio iliaca, epilepsia, paralysia: Siquidem sanguis, ob fibrillarum corrugationes in suo motu impeditus & plus justo in tubularum intersticiis coacervatus inflammations parit, unde Misericordia & gangrena. Sèpius particule irritativæ motu retrogrado cerebrum occupant, & spiritus animales amplexe illos in varias anomalias secum rapiunt. Non raro nervorum orificia aut ipsam etiam spinalem medullam occupantes mox universalem mox particularem corporis & membrorum causant resolutionem. Est itaque gravissimus affectus, viresq; fortes & integras requirens, hinc gravidis, puerperis, senibus, aut aliis morbis, exhaustis viribus, superveniens plerumq; periculosissimus. Certissimum etiam mortis periculum denunciatur, si singultus, delirium, vigilæ, sudores,

Tudores frigidi & extremorum refrigeratio à morbi vehementia superveniant, tum enim vix ac nec vix quidem, xgrum evasurum pronunciare poteris.

THES. XIV.

Curationem primæ Colicæ speciei, cum levior sit, & ex scorbuticæ Therapæia facile erui & addisci posse, peculiäreriter pertractare supervacanei censemus laboris. In Mesaraica verò duplœ curationem, in & extra paroxysmum, ipsa suader ratio. In paroxysmo, monente Willisio, omnes suas curas Medicus ad duas has indicationes anxie dirigere debet: nempe 1. Quomodo materia illa morbifica plexibus mesenterii nerveis infixa refrænetur, & continui solutio tollatur. 2. Cum magnus adsit spirituum animalium servor, qui sèpius furore quasi concitati curationem ad se divertunt, quomodo illa exçandescentiadē ulceri & sedari possit. Prius obtineri poterit clysteribus leniter evacuantibus, artis scorbuticis, diureticis, discutientibus & resolventibus: Posteriorus præstabunt anodyna, placativa, & mitigativa, ut & opium, ad quod in casu extremo prudenti tamen circumspectione tanquam salutis anchoram quandoque confugere licebit.

THES. XVI.

Commodissime ut plurimum curationem à clysteribus aufpicamur, qui quod fotus externè abdomini applicati, hoc illi intus præstare videntur, dum diffusi in intestinis corundem porulos intrant, & corpuscula resolventia exspirant, quæ materiam morbificam aggressa temperando & attenuando eam corrigunt, ut vel fibrillæ illâ deliberentur, vel ad inte-

stinorum cavitatem deducantur. Ejusmodi clysteræ præparari possunt ex emollientibus, demulcentibus, & anodynis, v. g. ex radic. alth. liquir. lilio. alborum, herba malv. bismalv. althæ. parietar. branc. ursin. violar. flor. chamom. sambuc. melilot. hyperic. verbasc. sem. alth. carv. cumin. fenugræc. baccis lauri, juniper. Colaturæ addantur primo benigniora temperantia & resolventia successu verò temporis nonnihil fortiora ex hier. pier. Elect. diacarth. diacathol. dia-phoenic. cassia & aliis substituantur.

THES. XV.

Verum hæc & alia sèpius irrito exhibentur conatu, & à morbi violentia eliduntur, clysteribus non solum statim sine ullo levamine redditis, sed & omnibus purgantibus exhibitis in abdomen subdentibus. Siquidem intestinorum fibræ adeo sèpe sunt corrugatae, ut nec anima sensitiva excitari, nec illa in motum peristalticum cieri queant. Tunc necessario ad validiora configimus, quæ quidem etiam particulis subtilibus, rigidis tamen & durioribus, constant, ut fibras in debitum situm reducere queant. Videmus sanè motibus convulsivis & Epilepticis correptos, si implicata manus & contræcti digiti ab astantibus sensim & placide in rectum extendantur, citius à paroxysmo liberari: Eodem modo spiritus animales facilius munere suo fungi poterunt, fibris corrugatis à medicamentis firmiter illis adhærentibus, easque validius in partem contrariam vellificantibus, iterum debito modo extensis. Atque hinc est quod ab usu horum medicamentorum primo dolorem exacerbari observemus,

hh 2

qui

quitamen postea in totum remittit. Laudamus itaque clysteres antimoniales, quales apud Riverium, Sennertum aliosque reperiuntur, non semel urgente sic necessitate, felici cum successu exhibitos. Purgantium verò usum quod attinet, ea improbabamus potius, tum quod dolorem exasperent, tum etiam quod mortem accelerent, id quod Clariss. Wepferus celeberrimus Helveticorum Medicus in Ephemeridibus Naturæ Curiosorum confirmat.

THES. XVII.

In applicatione fomentorum, & impositione Topicorum summa cum cautela procedendum esse jubent practicorum experientiaz. Calida enim illa carminativa, & discutientia, quæ communiter imponuntur, ex tegulis calefactis, facculis, milio tosto, arena & sururibus herbisque resolventibus & intense calidis repletis, sapissime manifesto cum agri exitio adhibentur: Quia salina illa recrementa, magis magisque ab illis agitata, intensiore excitant calorem, immo inflammationem intestinorum & mesenterii producunt, tandem in abscessum desinentem, qualem in dissecto cadavere prælaudatus Wepferus observavit. Nobis ea maximè placent, quæ sedandi & præcipitandi vi pollent: v. g. Aqua arthritica ad extra. Spir. salis armon. Spir. lumbic. terrest. liquor nervinus Generalis Rabenhaupts, qui omnibus palmam eripit. Oleum Saponis, ranatum; quibus alia carminativa successu non contemendo. addi poterunt.

THES. XVIII.

Interea antiscorbutica & diuretica interne frequentius exhibeantur, quæ materiam morbificam fundant, secundq; ad vias urinarias deferant, qualia sunt: Aqua antiscorbutica calida, vel prout ratio morbi & temperamenti exiget, frigida Timæ à Guldenklée. Physogona, specifica Hertodi ex stercore columbino, quam cum interne tum externè commendat Præses. v. g.

Aqua specif. Hertodi contra Co-
lic, ʒj.

Spir. croc. compos. ejusd. gutt. viij.
Sal. succin. volat. g. v. M.

S. Wasser gegen das Reissen auf ein mal. Tinctura Tri vera. Spir. sal. armon. simplex & compositus. Mixtura de tribus reformata vel potius aucta, quam ita vocare lubet, ne contradictionem intermis committam, si illam mixturam simplicem eompositam vocavero. Interim credas, hanc simplici multo esse efficaciem, & in movendo sero celebrem. Spiritus Terebinthina, Sal volatile oleosum Sylvii, pulvis corticum Auraniarum, aliaque balsamica continui solutioni occurrentia, & vitiosum acidum emendantia, id quod Tinctura Proprietatis Mysichti itidem præstabit. Ego omnibus præfero Tincturam Antimonii a solerissimo Castellanorum Pharmacopæo & Chymico Jacobo von Dohren præparatam & elaboratam, quam apud Dn. Præsidem videre & degustare conutigit. Haec certe ut in aliis tum in sanguinis tum lymphæ vitis, ita & in hoc gravissimo abdominis morbo sham meretur laudem ad gutt. xxx. in Aqua.

Aqua lumbic. Magistrali frequenter exhibita. Ex his & aliis varia formulæ ab artis perito, cui soli medicamenta prescribere competit, pro ætatis & temperamenti ratione concinnari poterunt. Quod si verò fœundiorem materiæ Medicæ sylvam tam quoad simplicia quam composita desideres, tibi instar omnium Systema universæ materia Medicæ Giesweinii, nuper recens editum, commendamus.

THES. XIX.

Sæpe spirituum animalium excandescens, concessis morbo induciis, gravius portendit malum, & urgentioris symptomatis inducit rationem; huic nisi tempestivè occurritur, de ægri salute & vita erit conscientiam. Hinc, quoniam dictante Curtio, Tempor. præsentia & signes medicos & lenta remedia non expetunt, mitigativa & anodyna præ omnibus, seposita etiam paulisper ordinaria methodo medendi, exhibenda erunt. Ubi varii varia jactant: Ego in Theriaca coelesti nuper à prælaudato Dn. von Dohren Cassellis præparata acquirebo, utpote quæ hactenus omnium latifecit expectationi. Siquidem hanc in se efficacem reperit Venerans Senex, Vir longo rerum Medicarum usu, & innumerorum casuum tam in Apolliniis quam Mattis castris varietate, Experientissimus, Domianus Doctor Angelocrator, Archiater & Consiliarius Hassiacus gravissimus. Hanc in scrupulissimi nostri Præcipis, Domini nostri Clementissimi periculo intestinorum morbo, referente Domino Præside,

felicissimo cum successu saepius exhibuit. Nobilissimus & Experientissimus Dominus Doctor Holstein, Archiater Hassiacus & rerum chymicarum expertissimus. Quibus facile calculum addet Celeberrimus Cassellorum Practicus & Physicus ordinarius Dominus Doctor Röser, Archiater itidem Clarissimus, qui innumeris casibus Theriacæ coelestis encomia confirmare poterit. Inter anodyna referimus etiam aquam theriacalem, quæ vel per se vel cum aliis mixta exhiberi debet. Nec sequens pulvis, ad imitationem pulveris à Cœleberrimo Domino Doctore Etmüllerio, confirmatae eruditissimis Medico & Professore Lipsiensi publico, in infantum torminibus commendati imitationem præparatus, critice inefficax.

p. Ocul. Cranc. 3*&* v. i. q. d. c.
C. C. f. Δ. ppi. 3*j.*
Corall. rubr. præp. 3*f.* v. i.
Myrrh. rub. pr. v*j.*
Theriac. cœl. gr. iv.
Sal. vol. oleof. Sylv. gutt. v*j.* M. f.
- pulvis.

Quibus volupe est statim ad opium confugere, & aliorum monita alto despiciere supercilium, illi tam facile famæ suæ incurrit navor, quam facilè ægrotum ad plures abire jubebunt. De cuius abusu lege utilissimam Domini Præsidis de opiatis disputationem, in quantum abest, ut opiate reprehendat, ut potius locordiam in præparando, & plus quam barbarem nonnullorum in propinando audaciam, Censoria castiget & perstringat gravitate.

THES. XX.

Interim cordalia & confortantia quoque frequenter exhibenda erunt. v. g. Aqua chamomili hordeata: perlarm officiinis usitata: Nucis Moschat: è Typhis Cervorum, è toto citri, florum arantiarū, cordialis frigida & calida, Danica rubrica, Zedoariae anisata. Spiritus confortativus per se vel cardamomisatus, salis armoniaci anisatus, succinatus coralliatius, corticibus aurantiorum imprægnatus. Julepus gemmatus, confectio alkermes, de Hiacintho. Syrupus liberantis, è toto Citro, rubi idem, cariophyllorum. Pulvis Dia-chermes, cordialis pretiosus, Pannonicus ruber &c. quæ à prudentiori Medico in formulas facile redigi queunt.

THES. XXI.


Extra paroxysmum, jubente sic indicatione præservatoria, causa morbifica tollenda, sive illa in liquore nerveo sive arterioso hæreat, & purgantibus, vomitoriis, venæctione, expugnanda. Post apertiva chalybeata aliaque æstum succorum temperantia & alterantia in usum vocanda, qualia sunt etiam omnia testacea humorumque acrimoniam imbibentia exebore corall. oc. Matre perlari. C.C. &c. Primas tamen sibi hic vendicant acidulæ, quæ refrigerando, præcipitando & evacuando prolunt. Nec non serum lactis tamarindinatura, vel succis anti-

scorbuticis imprægnatum. Accurata victus ratio, servanda, fugiendo cibos flatulentos, crudos, viscidos, fumosos, sale muriatico conditos, aut fumo induratos. Potus nocet gelidus, præsertim si glacie aut nive sit infrigidatus, cerevisia recens, crassa, turbida, non bene cocta & defecata. Vina sulphurata, Francica, acida, Alsatica nonnulla, & Austria nonnulla calci affinia, & aliqua ex Necceranis, quæ non minus male in vulgari rythmo audiunt:

Francen-Wein
Rancker Wein/
Neccar-Wein
Schlechter Wein
Rhein-Wein
Fein Wein.

Econtra laudantur cibi boni succi & eu-pepti; aromaticis, salvia, rotemarino, thymo, croco, modicè conditis vel etiam hepaticis, spinachia, asparago, endivia, acetosa, cichoreo, capparibus aliisque alterati. Commendatur cerevisia clara, tenuis & diutetica. Vinum Rhenanum, Mosellananum, è mitioribus: Necceranum, Helveticum rubrum, & quod caput fere est, Hirschstadiense & Michelbacense, Moguntinæ ditionis prope Aschaffenburgum, quæ arcanum quodam contra Colicam, podagram & calculum possident. Tantum!

Deo soli laus & gloria in perpetuum.



DISPU-

DISPUTATIO XXV.

De

HYDROPE, Von der Wassersucht.

RESPONDENTE

MARTINO JOHANNE HÆSBAERT. Clivi-Clivensi.

THES. I.

Quod Germanis die Wassersucht/ Latinis *ὕδωρ* Hydrops à Græcorum *ὕδωρ* aqua & *άγων* oculus live vultus; vel etiam Ascites, quia abdomen instar *άγον* utris turget, dicitur. Verum cum hæc valde trita sint, insuper etiam grammaticæ denominatio plane nihil ad Medicam Hydropsis facit cognitionem, nolo in re inutili & Medico cordato indigna tempus terere, sed describam medicè hunc affectum, quod sit:

THES. II.

Tumor abdominis & plerumq; etiam pedum, à lymphâ in abdomen re- stagnante ortus.

THES. III.

Notari autem velim, dari in corpore humano peculia ria quædam vasæ ex pellucida ac tenuissima pellicula constantia, valvulis suis donata, & peculiarem liquorem lymphâ dictum à circumferentia & omnibus partibus totius corporis ad communem sanguinis fontem (cor) deferentia. Vasa hæc cum omnibus in partib; succum nutritium à nutritione residuum, ut paulo post dicetur, suscipere debeant, innumerabilia sunt, nec certo determinari possunt, quoniam eo ipso quo liquor quem continent vel exhalat vel effunditur penitus disparent, & ob suam tenuitatem & pelluciditatem à subjectis vasis &

membranis discerni nequeunt, ut loquitur *Celeberrimus Practicus & Anatomicus DIEMEBROCK in C.H. Anat. p.m. 98.*

THES. IV.

Cum n. singulis pulsibus eò ipsi quod arteriæ intumescunt per poros tunicarum quædam sanguinis particulæ & ad nutritionem aptæ in tubulos partium egrediantur, neq; tamen omnes nutritio ni uno momento impendi possint, quod reliquum est torrentis instar tubulo trahit & à phasis Lymphaticis suscep tum tandem diversis ostiis in sanguinis oce num, cum paulo ante chylo & sanguini fuerit mixtum, denuò effunditur. Ex quibus evidentissimè patet, lympham constare ex succo nutritio & spiritibus animalibus, qui delassati quasi & in rorem mutati idem iter cum succo nutritio emetiuntur, & in corde cum vivacioribus sanguinis corpusculis refecti iterum juxta motus leges cerebro advehuntur: neque enim possibile est propter obstantes valulas, quas in vasis lymphaticis è Neotericis elegantissimè demonstravit FRID. RUYSCHE, celeb. Haga-Comitis Anatomicus, ut alium lymphæ motum in statu naturali oeconomiae animalis admittere possimus. Quæ latius tum in collegio publico tum in privato ad Praxin TIMÆI à GULDENKLEE deduxit semper mihi Parentis instar calendus Dn.,

Dol.

Doct. WALDSCHMIED, Hospes & Spatio Anatomicorum oculos effugerint.
hactenus Preceptor incus fideliissimus.

THES. V.

Neverò nomen lymphæ Tibi imponnat, advertendum est, liquorē hunc propriè lympham dici & quam maximè differre à nonnullis aliis saccis fermentativis, qui ope glandularum conglomeratarum in corpore humano elaborantur, nec nisi impropriè nomine lymphæ venire debent. Sic primum illud vitale meastruum saliva in glandulis salivalibus, Fumosum illud ventriculi fermentum Microcosmæ Alcabes & Archæus in papillis miliaribus ventriculi, succus verò Pancreaticus à Clarissimo SYLVIO novis donatus elogis in pancrate generatur, de quibus plura hic non spectantia apud Celeberrimum BARTOLINUM ruderis posunt.

THES. VI.

Progradior his prælibatis ad causam proximam, quam lympham extravasatam vel restignantem esse contendo. Peccat enim lympha quatenus sit valde aeris, vel quatenus viscida & glutinosa redditur. Utroque modo facile tenellula vasa lymphatica dilacerare potest, ut quā datā porta in cavitatem abdominis exstillet, vel in musculo ejus effundatur: vide Thes. 8. Si enim viscidiōr reddatur, in motu suo perquam facile impeditur, & à tergo in sequenti obicem ponit, hinc aucta vasa ultra Sphæram suam extendi nescia, confringit, & extravasatur. Acrior verò redditio rodendo continuum solvendo foras sibi vi quasi aperit, claustra sua perrumpit, & abdomen intumescere facit ejusmodi vasorum dilacerationem facile fieri posse patet Thes. 8. cum valla illa adeò exilia sint, ut tot annorum

Nequi nescius sum Cl. SYLVIUM de vasis lacteis statnere, quod ego vasis lymphatici tribuo; Nihilominus facile amborum sententias conciliari posse persuasum habeo. Siquidem non eo inficias, chylum causam lociam quandoque existere & in abdominis cavitate una cum lymphæ, si non semper, saltē septies, colligi. A solo tamen chylo effuso in cavitatem abdominis Hydropeum semper fieri meritò dubito, cum nec ipse Cl. SYLVIUS hoc adeò acriter defendisse videatur, nec Humor distensionis abdominis causa in cavitate ejus semper reperiatur, sed in Tubulis muscularum, quandoque etiam in numeris in vesiculis teste experientia colligatur. Vide Thes. 8. Fieri equidem potest, ut chylus viscidior restagnans in vasis lacteis mesenterii lymphæ obicem ponat, quo minus alacriter iter suum emitiri possit, quæ impedita qua data porta eructatur. Quod si ob vasorum lymphaticorum distensionem vel etiam lymphæ alio fluentis defectum vasa lactea comprimantur, vel chylus incrassetur, pigrus incedendo fatiscit & ad plenitudinem collectus moleste sarcinæ instar in abdominis cavitatem ejicitur, lympham ibidem jam dudum existentem non parū augens.

THES. VIII.

Colligitur itaque lympha frequentissime in abdominis cavitate, eamque penitus occupat. Non nunquam in omento, peritoneo, Mesenterio vel etiam tunicam Hepatis inter & parenchyma reperitur & quasi propriis in vesiculis reservatur; quarum alias ovi columbini, alias etiæ ovi gallinacei, alias multo minoris magnitudinis in suspensi furis caya Hepatis parte, demon-

demonstravit *Guilhelmus Stratenus*. Calculum suum addit *Cl. Diemebrock*, inquiens: Ruptis hisce vasibus (lymphaticis) interdum etiam contingit lymphaticum liquorē non effundi in abdominis cavitatem, sed inter vicinas membranas effluere, atque tunc inde vesiculae producuntur hydatides appellatae, quibus Hepat interdum intus, sed frequentius foris non nunquam etiam mesenterium aliisque in abdomine partes scatere deprehenduntur. Quandoque tamen Historiis medicis id confirmantibus in muscularum abdominis spatiis effunditur, eosque ita distendit, ut abdomen ingentem in Tumorē excrescat, que *Hydropis* species, utut cognitus sit difficilior, curatu tamen facilior & minori cum periculo conjuncta videtur. Talem *Hydropis* sedem, *Hippocratem* obseruasse ex textu videtur elici posse, dum poros carnium & muscularum Spatia in sanis sanguine & spiritu repleti, in zbris sero & statu statuit. Vedit *Hydrope* muscularū Abdominis in celebri quondam Academiā hujus Theologo, multaque notatu dignissima de eo retulit *Vir Experientissimus D. D. Majus*, Professor Medicinæ celeberrimus & Praeceptor meus ætate devenerandus. Plerumque autem fluctuat lympha in cavitate intra abdomen, cum enim plura vasa lymphatica ex Hepate prodeant, & per mesenterium ramificentur, inque commune chyli receptaculum vel etiam ductum Thoracicū quotidie lympham depo- nant, non mirum est, si vasa hæc innu- mera sauciata lympham adeò largiter in abdominis cavitatem effundant.

THES. IX.

IN causarum remotarum ordine stant omnia illa quæ lympham incrassare vel

actiorem reddere possunt, præprimis accusamus sex res non naturales & præternaturales. Aer si non solus saltem cum aliis concurrentibus causis lympham coagulat vel etiam acriorem reddit, quatenus vel frigiditate sua tubulorum infert obstructionem, vel calidior partes tenuiores dissipando crassiores magis magisque inviscat. Sequuntur cibi crudiores viscidiores, qui coctionem primam turban-tes, post ubi vis nocere solent. Præ omnibus male audit potus copiosior calidior vel etiam frigidior: Spiritus ardentes & præser tim spiritus vini, si liberalius & frequenter sumantur pletumque Hydro- pem accelerant, rationem dat *Deckeras in notis ad Barbette*, neque insolens est, visceribus æstuantibus si copiosius frigidus potus ingurgitetur, Hydropem supervenire, quod messoribus aliquando accide- te solet, de quo *Carolus Piso & Senner- tus*. Cum enim tunc pori valde sint di- latati & transpiratio succorum æstuantium ex improviso denegetur sanguini, facile fieri potest, ut & chylus & lympha in mesenterio subito restagnent, & acriores facti avolantibus particulis acres temperantibus exitum vi quasi parent in abdominis cavitatem. Faciunt huc motus violenti, percussionses ventris, casus ab alto, à quibus causis facile rumpi possunt vasa lymphatica, vel lympha in motu præpediri. Dissecuimus, inquit *Dn. Is- brandus de Diemebrock*, in sua Anatome p. m. III. in nostro Nosocomio juven- culam 24. annorum, qua per sexdecim annos ascide detenta, indeque tandem mortua fuerat, in qua nullius visceris manifestam lœsiōnem invenire potui- mus: Sola aliqua vesicula lymphatica disrupta, mali diurni causa fuisse vi- ii deba-

debatur. Crudeliter enim à parentibus in pueritia fuerat tractata, & ictibus pedum manuumque sàpissimè excepta à quibus procul dubio aliqua vasa lymphatica dudum disrupta fuerant. Sanguinis per menses & hæmorrhoides purgationes si supprimantur, plerumque accersunt Hydropem, cum serum ferè ubique coaceretur & ad plenitudinem collectum vasa lymphatica dilaceret: sin verò in excessu peccetur & sanguis nimium evacuetur, brevi quoque temporis spatio sublequi solet Hydrops, propter exhaustas partes fermentativas & spirituum inopiam, hinc humores vel plane subsistunt, veltardius saltu moventur & spatii angusti pertuli tandem mole sua exigua vascula perrumpunt. Alii graviores morbi prægressi sàpius etiam à tergo sequentem inducunt Hydropem, ut Asthma, Febris quartana, Fibres ardentes, quo Renum imbecillitas, corundemque fermenti urinosis defectus vel corruptio referri quoque debent; non quasi cum *Helmontio* velim solis in renibus Hydropis querere causam, hoc enim & rationi & experientia repugnat, sed ut notetur, possit lympham ob remum vitium in toto corporis habitu ita quoque corrumpi, ut etiam hac ex causa nonnunquam calculosi & arthritici sunt Hydropici.

THES. X.

Pater hinc quam frigidè à Galenice frigida Hepatis intemperies accusatur, cum talis nungquam dari possit. Et à hac esset in causa, juvarent in curatione calida, sed tantum abest ut illa proficit, ut potius valde noceant. Dens

quantum velint calida, dicit *Dochifimus Hoffmannus* in *Methodo suam dendis pag. m. 340.* nihil sanè efficient, præter quod sitim augeant, vites frangant, & morbo alimentum præbeant. Eadem facilitate reliquì quoque errores excutuntur, quos apud *Cl. Sennertum & Riverium* videre licet, quasi Hepar cibos crudiores non attrahendo, vel lieni eos non digerendo Hydropis existent causæ, cum omnia fallantur Hypothesi & effectus cum suis causis confundantur. In hoc sane negotio multum præstitit cardatus *Sylvius*, ostendens, viscera in plurimis Hydropicis absque ulla reperi la be, quod *Thes. 9. Diemebrok.* confirmat. Et si forte putredinis aut corruptionis appareat vestigium, non pro causa, sed pro effectu lymphæ acrotis, cui viscera tamidù irritant, id habendum esse censem. Neque Deo sit laus, hoc seculo amplius anxii sumus de viis, per quas serum ex Hepate salva manente substantia in abdominis cavitatem effundatur, de quo alias valde sollicitus est *Cl. Riverius*, cum vasa ante descripta nobis legitimam Hydropis sedem & causam digito quasi indigitent, ut ipse *Diemebrok*, alias novitati non adeo favens, loco antea allegato fateri cogatur, quod vascula hæc vel erosa vel compressa & angustata, ut lymphaticum liquorem solito modo non deferant & exonerent, Hydropem inducere soleant.

THES. XI.

Devenio nunc ad signa. Diagnosim quod attinet, in principio hic morbus non semper adeo facile cognosci-

tur, quoniam graviditas, pinguedo, flatus & alia Medicum nonnunquam redundunt dubium. Solent tamen instantem Hydrope indicare signa Diagnostica à respiratione & pedum tumore defusma, si enim hæc mala diutius aliquem affligant, plerumque solent subsequi Hydrope. Uxor Pharmacopœi Hanoviensis valde obesa & plethorico corporis habitu praedita plures per menses à laevissimo etiam motu respirandi sentiebat difficultatem, tandem acutissimo hypochondrii dextri dolore corripiebatur cura febrem tamen & tussim, urina erat lixiviosa cum copiosissimo tartaro, parietes maxilæ obducente. Res in principio videbatur posita in angusto, Hepatis dolorem, flatibus forte malum augentibus, ipse locus affectus indicabat. Verum si hoc, quare nulla inflamatio, febris, & alia brevi sequabantur? Ne tamen quid intermittere, quod saluti conferre potuisset, seista fuit vena, potionē mannatā corpus expurgabatur, exhibebantur carminativa, aperitiva, & pro more Hepatica, nec externe Maritus sumptibus pepercit, omnes evolvens pyxides, ut misera succurreret conjugi: verum incassum! dolor enim quamvis parum remitteret, tamen nonnullum penitus cessavit. Prædictus statim Hydrope adstans Medicus, & dolorem ex continua solutione à lympha acriori vas lymphatica propè Hepar dilacerante oriri Marito explicavit, nec sefellit cum augurium, elapsis enim aliquot diebus urinæ quantitas consueta immittuebatur, tandem intumescebat abdomen & Hydrope satellites magis magisque prodibant, quibus omnibus elapsis quatuor mensibus finem fecit mors, quicquid

etiam Collegium Medicum ibidem in contrarium moliretur. Ut merito continui Hypochondriorum dolores periculi quid alant, neque locum habere possint querelæ usitatissime: *Der Milz sticht mich; Die Leber thut wehe.* Sicut etiam ipsi Medici cum vulgo interdum loquuntur: quia insōns est & Hepar, & lien, doloris autem vera causa potius in Peritoneo vicinisque vasis lymphaticis quaerenda. In Hydrope confirmato tanto artificio opus non est, ut malum cognoscatur, tunc enim præter abdōmen pedes timent, plus tamen interdiu quām noctu, hinc horis matutinis cessasse videtur tumor, brevi redicurus. Accedit Tussis, Sistis urget, Appetitus prosternitur, Labia livescunt. Facies & superior corporis pars marcescit: Tempora collabuntur, Urina ut ut pauca tamen valde saturata est rubro colore. Respirandi difficultas de die in diem augetur, ut tandem vix in sedili respire possint. Cum vero ex horum Phænomenon explicatione affectus nostri magnam sceneretur lucem, operæ pretium est, ut eorum veras & genuinas causas brevibus in scenam introducam.

THES. XII.

SAnguis chylo quotidie restaurandus & lymphâ diluendus et reficiendus, si suo pabulo defraudetur, quod equidem fit ob contumaces vasorum lymphaticorum & lacteorum in mesenterio vel aliis etiam in partibus obstructionem, in mixtione sua magis magisque larditur, hoc est, interperies viscidâ sanguinis augetur, ut tantam spirituum animalium copiam in cetero suppeditare nequeat, quantum humorum circulantium in circulum motus

ii 2 exigere

exigerē videtur, præsertim in partibus longè diffatis, quandoquidem in itinere maximam partem pauci illi spiritus avolant, hinc est, quod pedestumeant interdiu, quia succus nutritius per vasa lymphatica perpendiculariter contra gravitorum naturam ascendens majori impulsu opus habet, quam cum descendret, adeoque novum vigorē à spiritibus animalibus accipere debet, qui cum pauci sint, munere suo fungi nesciunt, unde humores restagnant, & calor valde imminuitur, donec motus eorum à calore straguli adjuvetur, tunc enim alacrius moventur viaq; magis expedita iterum circulantur, ut manē omnis ferè videatur disparuisse Tumor.

THES. XIII.

ET cū in abdomen à lymphā jam occupato d'aphragma libere moveri nequeat & ab aquarum mole prematur, respiratio erit valde laboriosa, ut Hydro-pici non nisi erecto corpore respirare, nec citra anxietatem & suffocationis me-tum supini jacere possint.

THES. XIV.

Inferim appetitus languet. Quemadmodum enim abdomen in parte concava ita obstruitur à lymphā ibidem restagnante, ut ferè omnis denegetur transpiratio, sic ipsa quoque viscera in eo recondita & inter hæc ventriculus lentore foris obducuntur, ut calor partium subjacentium ex una in aliā migrare nequeat, cum autem coctionem juvare debeat Hepatis & vicinarum partium calor sive corporis ex illis quotidie avolantia, & per poros ventriculi foris intus spectantes ingredientia, necesse est, ut his exclusis coctio depravetur, fermentum energetur & appetitus prosteratur.

THES. XV.

Porrò Tussis adest, quæ nunc secca est, nunc humida: partes enim lixiviosæ & acres organa respirationis titillantes & pungentes tussim sicciam inducunt, quod si aquosum humoris portio transudet in pulmones vel ipsis in pulmonibus pituita colligatur, Tussis erit humida.

THES. XVI.

AB iisdem salibus lixivialibus insatiabile foveatur bibendi desiderium, quo enim plus bibuntur, plus sitiuntur aquæ, quia ob defectum lymphæ in faucibus saliva illa dilui nesciunt, hinc fibrae non sine molestia continuo vellicatae similem motum non minus molestum quam insuetum glandulae pineali, cui Mens arctius juncta est, imprimunt, ut Mens ferè semper de siti fallenda cogiteret.

THES. XVII.

ET cum Hydropticis sepius alvi tarditate laborent, sciendum est, quod in statu naturali plurimum seri ex glandulis miliaribus intestinorum (vel per poros foris intus spectantes ex abdominis cavitate) veletiam ex arteriarum Mesentericarum extremitatibus in ipsa transudet intestina, & lubricitando alvum redditur fluidorem. Verum cum serum nunc alio divertatur, pori etiam sint obstructi, & parochyli celeri pede transeat & in abdomen effundatur, alvus redditur siccior. Quo facit quod Bilis crassior & iners redditum munere suo non fungatur, vel ob compressum ductum choledochum ad ipsa intestina pervenire nequeat.

THES. XVIII.

Urina nunc crassa est nunc tenuis, semper tamen pauca & ut plurimum valdetincta. Si enim in crebrioribus aliis cit-

His circulationibus paucum illud, quod sanguinis adhuc inest, serum salia lixivialia & Alcalica liberalius tuscipiat & avidius imbibat, urina valde tingitur, quod in liqui- vii præparatione niorunt mulierculæ. Et à salium copia penetrantissima graveolentia in Hydropicorum urinis sèpius obser- vatur, ut tali urinoso odore totum conta- minetur musæum. Deinde si salia illa è finu sanguinis non præcipitentur in reni- bus vel alio deferantur, urina erit tenuis, semper tamen pauca, quia urinæ materia in cavitatem abdominis largissimè effun- ditur.

THES. XIX.

Quod si humores circulantes redditam- tur acres, non tam nutriunt, quam corrodunt fibras carnosas, hinc est, quod partes superiores extenuentur, & ca- verosam induant faciē, muscūli subsident, collabuntur tempora, & restagnantibus in labiorum tabulis partibus sanguinis eruorū magis similes quam sanguini, labia livescunt, nonnunquam plute nigrescunt. Verbo, cayo vix ossibus hæret, & ubique mors sua pandit insignia.

THES. XX.

Quandoquidem autem Hydrops in muliebris sexu gravitatem nonnun- quam menitetur, distinctiva tradam signa, quibus ab hac discerni possit. Observabis autem (1) abdominis tumorem, qui in Hydope æqualis magis est, quam in gra- vidis, in quibus acuminatus est & ad pre- cordia sursum tendit. (2) symptomata, haec enim si elaplo uno vel altero mense remittant, impægnationem concludere fas est, quia Hydrops quò ulterius pro- greditur, eò majores procreat molestias. (3) Mamas, quæ in Hydope extenuan-

tur & flaccescunt, in gravidis intume- cunt. (4) faciei colorem & oculorum splendorem. Color Hydropicorum mor- bosus nonnunquam cadaverosus est, oculi vero tenebricosi & lividi, dum è contra factum gestantes vividam præse- runt faciem, & oculi splendorem & lu- men spargunt. (5) Hydropici inter verten- dum fluctuationem percipiunt: & deni- que (6) sitis eos plus vexat quam gravi- das, non jam de Urina aliisque dicam sig- nis, quæ apud Cl. Riverium cap. de Vteri Hydope colligi possunt.

THES. XXI.

Missis his ad prognosin me accingo. Palet autem ex antedictis quam- magnus morbus sit Hydrops, ut cum eu- ratu difficillimum & ut plutimum præser- tim in veteratum incurabilem esse meritè statuamus. Longo quidem affligit tem- pore, sed certa pernicie tarditatem com- pensat, eundo crescit, & crescendo fit de- terior: Quod si tamen labia apparent vi- vacia, respiratio non sit admodum diffici- lis, urina largiter adhuc fluat, ortusque fuerit à potu copiosiori, assatim æstuante sanguine totoque corpore fervente sumto, fractus tum ægrotantis tum medici ani- mus spe saluis erigi debet; sī vero febri ardentí superveniat, juxta Hippocratem lethalis erit, & post quartanam male cura- tam, item si contumaces sequantur mem- brum obstrunctiones, maximè periculosus & plerumque ægro funestus quoque cen- setur. Tandem à quincunque fiat causa, nisi ægrotantes fuerint ἐπηλαχχοι in cu- ratione laterem lavabis & vanam ludes operam. Prodromi instantis mortis sunt fluxus alii colliquativus, Halitus,

i i 3

cada-

cadaverosus, Tussis valde vehemens, in somno aquarum maximo cum murmur ad præcordia ascensus, & maculae lividae in pedibus erumpentes, quas brevi in sequitur gangrena. Authoritate stare si velis, reperies plures apud Hippocratem prædictiones, quas in ordinem rededit Cl. Riverius in sua praxi pag. m. 392. quem consule. Notatu dignissimum, quod Hydroptici plerumque circa novilunium pejus se habeant, eoque tempore moriantur, teste Rossino aliquique, forte propter aliam materiam subtilem tunc in hæc inferiora sparsam.

THES. XXII.

In curatione ante omniacerta medendi methodus firmo stet talo. Puto autem eutissimè tres posse ponи indicationes, quibus scopis obtentis omnis videtur superata difficultas. Nempe (1.) ut Lympha crassa incidatur, attenuetur, ejusque acrimonia quantum fieri potest mitigetur, quæ appertinentibus & præparantibus vulgo dictis perfici possunt. (2.) præparata convenienter per vias eliminetur, & tandem (3.) viscerum fermenta corroborentur, & totius sanguinis crasis restituatur.

THES. XXIII.

Desumuntur remedia indicationibus his satis facientia è triplici fonte, Chirurgico, Pharmaceutico & Diætetico; desingulis ordine. Venælectio quamvis generosum alias audiat remedium, hoc tamen in affectu plus damni inferre solet, quam commodi, nisi quod forte præservationis gratia in mensum vel Hæmor-

rroidum suppressione eam commendare possem. Alias consentientibus omnibus practicis repetitis intempestivè V.S. malum hoc plerumque acceleratur. Scarificationem quod attinet, eam pari puto cum Venælectione ambulare passu, nihil enim vel parum proderit, hacten gaudens immunitate, quod in principio hujus morbitutius administrari possit. Factum est, fateor, quod magna seri copia per exigua scarificatione in pedibus inflata vulnera, fuerit evacuata, verum enim verò novi etiam contraria exempla, in quibus instituta scarificatio non tantum exspectationi non satisfecit, sed ipsa vulnera brevi post Gangrena correpta fida instantis mortis fuere prænuncia. Hydropticus molestum quandam in cruribus sentiebat pruritum, sauciata unguibus cutis lympham valde acrem reddebat, medicus in consilium vocatus naturæ nutum & motum sequendum ratus, cucurbitulas cum scarificatione apponere jubet, eventu adeò felici, ut integra hebdomadâ scurum hæc per vulnuscula maximam partem fuerit evacuatum, respiratio etiam siebat liberior & abdomen ferè penitus detumescebat: Rediens aliquando Medicus circa vesperam audivit coqueri ægrotum de molestiâ quadam, quam ex lymphæ scaturigine, & quod continuò deplueret, totoque humectaret pedes, perciperet, nescio qua inconsiderantia turbatus, jubet noctu pedes fasciis arctissimè deligare, factum est, manè ablatis fasciis, reliquo pedum tumor evanuerat, color in lividum circa vulnerum labia degeneraverat, venter subito iterum intumuerat, respiratio siebat vicissim laboriola, eoque momento omnia ita

ita ingravescebant; ut patiis elapsis diebus æger diem suum obierit. Sic pluribus intentus etiam in Medicis non raro minor est ad singula scelus.

THES. XXIV.

E Fonte Pharmaceutico prodeunt præparantia, evacuantia & confortantia. Circa præparantium usum observari velim, eorum vim & efficaciam in primis statim infringi vii, nisi ita disponatur, ut integris penè virtutibus in malam sanguineam diffundi possint. Conducunt itaque lenitiva primasque vias eliminantia, clysteres lubricitantes & putruginem in intestinis delitescentem sine magna turbatione eliminantes. Post præparantibus & aperientibus diu insistendum, ita ramen ut repetitis vicibus interponant purgantia.

THES. XXV.

O Mibus palmarum videntur reddere dubiam ea, quæ ex **Qro** et **Te** parantur: verbi gratiâ spiritus **Tri** sassafras, sp. r. **oli** **Qsi** atus **D.D. Faus**, **Archis** **teri** **Palatini** & **Professoris in Academia** **Heidelbergensi** quondam **Celeberrimi**. **Ra** **ris** cum vino Malvatico vel succo pomorum parata. Decoctum chalibeatum, Syrupus chalibeatus. Flores **Si** ci chalybeati, **Prus** chalybeatus. Sal **Tri** Volatile, quem tamen pauci volatilisare sciunt, & meritò pro arcano habetur; Defudat in hoc arcano rimando Insignis **Cassellanorum Chymicus** & **Pharmaco** **pus DN. IACOBUS von Dohrn** apud quem sal illud videre mihi licuit. Simili imm medicamentorum farraginem reperties in dispensatoriis, præprimis in **Hodo** **go Medico**, è quibus sea quæ palato magis axident eligi possunt.

THES. XXVI.

H Is ut jam dictum aliquamdiu continuatis interposi possunt purgantia, semper à mitioribus & tutioribus incipiendo, neglectis fortioribus vi septicis, ut loquitur **Celeberrimus VVillissim**, præditis, præstat enim paulatim & tuto cum **Tralliano** evacuare quam festinanter una cum ægro morbum tollere. Asurgit hic enpyricorum turba, contrarium afflens, cum quandoque vehementiori aliquo cathartico plures aquarum libra fuerint eliminatae, verum quo successu? venter qui paulatim detumescere visus est, breviterum in tumorem multo majorem excrivit, omniaque symptomata apparuerunt pejora: unde eleganter de his Temerariis scribit Triginta annorum Practicus **TIMÆLIS à Guldenekee**, quod sol quandoque prosperos eorum successus adipisciat, adversos autem terra tegat, & perpetuum injungat silentium. Salvare itaque exosculatur **Excellentissimi Senneri Consilium**, suadens ut aperientibus potius, vitatis vehementioribus purgantibus, utamur quibus plus effici possit. Astipulatur ipsa ratio, quia vehementius commoti humores citius per dilatata vas a lymphatica effunduntur, molemque aquarum augebunt, quam ut per alvum eliminantur. Neque hæc ita intelligi debent, quasi omnem catharticorum usum tollere velim, siquidem si observer medicus ægum bene ferre purgantia, tallo eriam excerni, qualia excerni debent, ventrem detumescere, nec situm augeri, utique purgantibus dignus inhærendum, unumque vel alterum granum stimuli loco de fortioribus iis addendum esse censio. Sin vero, quod religiosè ob-

servari-

servandam, videat, quod expectationi non satis faciant, mature ab iis abstinentiam est, nemorbum purgantibus reddat deteriorem, immo planè incurabilem, ut vel inde prognosin hauriat sepius laudatus *VVillius*. Si quando, dicit, à cathartico exhibito aquæ copiosè cum iugis per sedem vacuantur, indeque abdominis intumescens quidpiam minuitur, de curatione non desperandum erit, si vero purgantia parum aut nihil seri vel lymphæ educant, indeque ob fibras nervosas irritatas, inque extensiones, sive inflationes viscerum & membranarum (uti crebro assoler) adactus venter plus intumescent & velut lymphaticus evadet, morbi eventum non nisi funestum expectare licebit. Et paulò post expresse dicit, non succedens purgantia, si quando lymphæ intra abdominalis cavitatem fluctuet, & si fortiora sint, malum potius exasperari eangeri. Neque dissentit *Riverius* alias in prescribendis Catharticis valde liberalis & audax. Verba ejus ita se habent, in omni purgantium administratione observandum est, purgantia saltem validiora non esse frequentius usurpanda, quia corporis debilitant, ut postea major aquarum proveniens sequatur. Ideo roborantia & aperientia frequentius quam purgantia erunt prescribenda. Sunt autem purgantia utiliora & Hydragoga celebria, fol. senæ, Jalappa, Rhabarbarum, Melchoacanæ, succo. Ireos nostri. Gum. Guttæ. Extract. Esula, quod in frequentissimo fuit usus D.D. Michaeli, Ragum, guttae *VVili* et *Ra* Esula ejusdem: Pillæ Hydragoge Bontii apud Schroderam descriptæ. Pillæ lunakes Illustris Boyle, quas in philosophia

experimentalí tradit. Elect. Hydragogum *Sylvii* pro Nolocomio, *VVilli* ex resina Jalappa & extract. Esula, de Spina Cervina Zwölfferi, ex quibus variz formula concinnari possunt, pulvres, Tincturæ, potiones, pilulæ, decocta varia, vina medicata aliaque, quod arbitrio & prudentia Medici tenebuntur. Quandoque purgantia miscentur præparantibus & aperientibus, ut unâ fideliâ duo dealbentur parietes. Hinc tot Syrupi Magistrales, tot claretæ, decocta & alia apud Practicos superbiunt. Novi à *Dominio Valdöschmidio* magni cujusdam Theologi conjugi, Hydrope Scorbutico plures per annos graviter afflîcti, vinum Medicatum admirando cum successu fissile præscriptum, cuius descriptionem apponere nunc brevitatè studens supercedeo.

THES. XXVII.

Qui hoc in affectu Emetica exhibent, videntur contra omnem agere rationem ipsique naturæ vim inferre, siue quam per hanc viam serum evacuant. Admirationem profectò meretur, quod fortiora etiam purgantia rarissime vomitum excitare soleant, sed ut plurimum per secessum aquas Hydropicorum educant. Ipse *Quintus* vita potentissimum alias Emeticum contrarium edit effectum annotante id *Celeberrimo Sennerto*. Causam qua rursum aliqui in salibus lixivialibus vim emeticam precipitantibus. Alii tonum ventriculi flacidum irritationi spasmodicæ non auscultantem accusant. Cum autem nihil adeo purgantium efficacia in remoretur, quam acidum vilcidum, hoc forte ob sidens lanuginem villosam ventriculi impedit, quo minus Tinctura Emetica se insinuare possit.

THES.

THES. XXXVIII.

Priusquam deveniam ad alia notari adhuc debet, quod omnibus Hydragogis Mercurius dulcis summo cum successu addatur, egregie enim inveteratas referat obstrunctiones, & lympham glutinosam attenuat, tubulosque profundiores felicissimè deobstruit, ut in inveteratis & aliàs curatu difficultimis capitis doloribus eum propter hanc vim aperitivam valde commendet felicissimus & Doctissimus Dn. D. Etmüller, Practicus Lipiensis famigeratus in literis ad Dn. Waldschmidium nuper primè datus.

THES. XXIX.

Clysteres quoq; huc referri debent, quia irritando fibras intestinales extrahunt humores, in glandulis residentes. Deinde poros intestinalium reddunt patulos, ut fluctuans in abdomen serum in ipsorum cavitatem penetrate possit, in hunc finem ex urina parantur, quia partes salinæ rigiditate suâ obstatula faciliter removent, nec ad occursum aliorum corporum tam facile flectuntur, insuper ob figurâ similitudinem tubulos & exiguo mæandros inoffenso pede perreptât. Sequens Enema non erit inefficax.

¶. Urinæ Hominis sani vinum bibentis libj.

Liquor. Diuret. ex nucleis 3 fl.

Terebinth. S. A. solut. 3ij.

Lap. Prunell. 3ij.

MF. Enema.

Singulis vel alternis diebus adhibendum. Conveniunt etiam Clysteres Antimonials, quorum descriptiones ex Riverio mutuari possunt.

THES. XXX.

Unica ferè reconvalescentia spes tandem in diureticorum legitima sita est usū, quapropter cum judicio & non indifferenter erunt exhibenda, quamvis nemo fortè sit, qui non diureticum aliud veram Hydropicorum antidotum jactet. Consistit autem vis diuretica vel in sale volatili vel in fixo, vel in aquositate salia diluente, vel in acido aliquo præcipitante. Compages sanguinis si nimis stricta est & ex urina rubicunda & pauca constet prædominium salium lixivialium in sanguine, juxta Cl. Willisi monitum abstinentum est à salibus fixis, lixiviis & ipsis quoque Spiritibus acidis mineralibus, & illa potius exhibenda quæ sale volatili prædicta sunt, ut succus plantaginis, chærefolii, Beccabungæ, Nasturtii Aquatici, Raphani, Lumbricorum terestr. Quod si urina non sit adeò tincta & laxior sit sanguinis compages, sal stipitum fabarum, Genistaræ, nec non lixivia è cineribus diureticis Mynsichti, vel e modo parata, quem ex Celeberrimo Hoysto tradit Heserus in suo Hercule Medico, apprimè convenient. Præter hæc elegantes Tincturæ & aquæ ex Rob Sambuci, Juniperi, Ebuli, ex Sale Tartari, succini, è baccis Sambuci & ipsis cantharidibus parantur, plura videantur apud Practicos.

THES. XXXI.

Tandem de sudoriferis pauca dicenda restant, quæ ob Atrophiarum metu suspecta sunt, ut vix tutò usurpari possint, tanti enim abest, ut serum evacuent, quin potius exagitando massam sanguinem calorem, & sitim augeant, corporusque magis extenuent; hinc Balnea

kk

cautæ

cautè consilenda sunt, nam præter febricationem, Cephalalgiam, vertiginem, Spirituum deliquia aliaque cerebri & cordis mala symptomata ita sepiissimè excitata, etiam venter (: Verba sunt Cl. VII libris) exinde plus intumescit. Balnei vaporosi usum à Pastore Chymico. Commissæ adhibitum male cessisse nōvimus. Nihilominus certis positis conditionibus nonnunquam Thermae salutares esse queunt, hinc Rofincius Thermae Carolinas commendat! his in locis celebres sunt Wisbadenses & Embdenses; modò viscera ita adhuc int disposita, ut eorum usum ferre possint, sic Wisbadensibus Thermis curatus fuit desperatus Hydropticus omnium cum stupore & admiratione ab Experientissimo & nunquam sine Honoris p̄fatione Nominando Dn. Dr. Geißfuß Archiatro Casseliano aliorumque Imperii statuum Medico Gravissimo.

THES. XXXII.

Eadem intentione Externa etiam præscribenda, ut nempe obstrunctiones tubularum referentur, pori apertantur, & lympha glutinosa attenuetur: ubi caput inter alia extollunt spirituosa, aqua Juniperi, vitæ vulgo dicta, & aliæ, vide observ. Plateri. Nec possum quin hic cataplasma commendem olim celebri Archiatro Regis Poloniae Cnoffello in usu, quod nuper è corpore Hydroptico ingenitem aquarum copiam per vias urinarias eduxit. Ab aliis emplastrum Hydropticum Augustanorum, de minio, Diasaponis aliaque commendari solent.

THES. XXXIII.

Quæreri hic solet quid faciendum sit Medico, si vigilj surgeant? Firma

stat sententia Medicorum saniorum. Narcoтика canē pejus fugienda esse; binc cave ne accidat Tibi, quod Medicō alias felicissimo Erfurti contigit, is enim Hydroptico unum vel alterum granum opii exhibuit, à quo æger insomaum incidens nunquam post evigilavit, neque ullā arte excitari potuit, quod reuerset Dn. Doctor Mollenbroe in doctissimo suo de scorbuto libro. Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Itaque ut huic nodo inveniamus cuncum, observare te velim, tali in difficultate Theriacam recentem, vel quæ erit instar omnium, Theriacam celestem, ante annū ab Honoratissimo meo affine Domino von Dahm Casselis præparatam, tutò (loquente tot) Felicissimorum Medicorum Experientia) dari posse. Et ipsa guidem Theriaca recens male audit Cl. Hoffmanno, quam tamen exigua in dolī urgente necessitate adhuc concedi posse persuasum habeo. Neque profecto metus ille vanus est, quem ab Opiatis Medici conceperunt, cum enim ex sanguine crasso & vappido paneci Spiritus animales in Hydrope generentur, facile fieri potest, ut illi penitus ab Opiatis extinguantur & lethalis veterus accersatur.

THES. XXXIV.

Sequitur nunc Dixta, quæ si in ullo alio morbo in hoc certè accuratissimè servanda. Quò magis à potu abstinetur, eò melius interim, si potus non penitus denegari possit, condiendus erit Enula, Salvia, rosmarino, absinthio agrimon. Cibis non sint viscidæ nec humidi, Panis semine canisi fœniculi vel carvi conditatur, carnes assatae potius quam elixa affumantur: condimenti loco sint asparagus,

sum-

summitates lupuli, Cochlearia, Nasturtium Hortense, Aquaticum, Sinapi, Genistæ, Cappares, pistacea, pineæ de quibus vide *Sennertum*.

THES. XXXV.

Verum enim verò, non est in Medico semper relevetur ut æger, & solet non unquam hic affectus radices adeò altas agere, ut meritò opprobrium Medicorum audiat. Hinc urgente necessitate tale excogitavit remedium Humana curiositas, ut serum manu chirurgicâ per paracentesin ex abdomen educatur, remedium jam dudum veteribus notum, anceps tamen, ut loquitur *Nobilissimus Tulpus*, & periculi undique plenum, raro utile, & saepius noxiū. Operandi modus describitur à *Tulpio* pag. m. 345. observ. 43. ubi instrumenta etiam depinguntur. Tradit quoque modum secandi & locum cum instrumentis *Sculptus* in suo *Armamentario*. Verum eventus saepius fuit funestus, quod foramen vix ita arctè muniti potuit, ut lymphā non continuò penetraret, & æger unà cum lymphā animam efflaret. Quod si arctior compressio si instituta, secuta est Gangrena in loco vulnerato, pari, si non majori, periculo conjuncta. His incommodis ut obviam iretur, *Jacobus Blockius* ex Italia novum attulit instrumentum cum modo secandi, quem accuratè describit *Barbette* in sua chyrurgia. Instituitur itaque Paracenthesis vel in umbilico, si valde promineat & serum vè quasi exitum per hunc querat, vel tribus transversis digitis infra umbilicum. Ubi observandum (1.) Eam mature esse institu-

endam, priusquam viscera lymphæ innantia putredinalem contraxerint charæterem, alias evacuatâ lymphâ febris ardens supervenit, & vitæ filum abrumpit. ut videre est apud *Tulpiū* observ. 8. Ethoc fortè in causa est quod rarius expectatio chirurgica hæc operatio respondeat, solent enim ægrotantes ad ultimum halatum usque hoc differre remedii genus. quod in principio morbi adhibendum eset. (2.) magna cum spe salutaris eventus institui, quando æger est *ius et aliay*. hoc est si bene spiret, non febricitet, non tussiatur, nulla scyrrhosa viscerum durities observetur. (3.) lympham saltem ad aliquot libras una vice depromendam esse. (4.) viribus quantum possibile, eo tempore cardiacis medicamentis esse succurrendum. (5.) Interim vita ancipiti committitur aleæ, in quâ tam fortuitum est vincere quam necesse perdere. Plura qui desiderat, autores citatos, è quibus etiam hæc quæ de immanissimò hoc effectu diximus, pro pagellarum angustiâ delibasse ingenuæ fateor, evolvat.

Quod potius, facis; superis sunt cetera curia.

DEUS omnipotens ægrotantibus largiter assistat & Medicorum dirigat cogitationes, ut pròdæsse semper studeant, cui sit Laus & gloria in sempiternum, Amen.

DISPUTATIO XXVI.
DE
C A L C U L O R E N U M,
R E S P O N D E N T E
J O H A N N E W E R N E R O G I L L E N I O,
Allendorphensi ad Salinas Hasso.

I.
UT eò felicius me expediam in generationis calculi in renibus, & in sequentium omnium explicacione, non abs re erit, pauca in anteceßum, ex *Anatomia de prompta de renum admiranda structura & usu* dicere. Neminem autem, quod credo, nisi anatomica artis planè ignarum, fugit, duos esse Renes utrinque ad spinam dorsi sub hepate & liene, ita ut ultra ultimam costam vix pollicis latitudinem descendant, fitos, ubi lumborum musculis psoas distis, ea in parte ubi nervus muscularum intrat incumbunt, ventriculo autem & intestinis pulvinaris instar succumbunt.

II.

DE Renum magnitudine superficie & figura, utpote quæ neque ad generationis calculi, neque symptomatum explicacionem aliquid luminis afferre possunt, nihil hic dicam. Paucis vero connectionem cum aliis partibus delineabo, ut deinceps eò melius symptomata Nephriticis supervenientia explicari possint. Connectuntur autem Renes primario

ope membranæ externæ, quæ peritoneo originem debet, & primò quidem uterque lumbis & diaphragmati, dexter autem intestino cæco, & sinistri lieni & colo, quod ultimum etiam in causa est, quare dolor Nephriticorum exacerbetur, si intestina flatibus sint distensa, quæ connectiones omnes probe notandas sunt, ne curationem in partes illas quæ saltē per consensum afficiuntur, primario dirigamus.

III.

Rex ter membranam illam externam, cuius in thesi precedenti facta fuit mention, Renes aliam adhuc habent membranam ipsis propriam, subtilem valde & acutis sensus, quæ ipsorum substantiam (quam aliud fere nihil esse, quam innumeras vasorum ramifications & tubularum membranaceorum congeries, quorum extremitatibus oppositæ sunt glandulae minores seu acini cum Recentioribus statuo,) ne exorbitet & inordinatum situm & figuram acquirat, arctè circumdat.

IV.

Dixi substantiam Renum aliud fere nihil esse, quam iunumeras vasorum rami-

ramificationes: Hoc autem dixisse non sufficiet, nisi simul indigitaverim, quænam in specie sint ista vasæ, quæ cum aciniis appositis totam renum substantiam componunt: Quatuor igitur vasorum genera ipsis adscribo, Nervos, arterias, vasæ excretoria Renibus propria, & Venas, de quibus nunc ordine dicam.

V.

Nervos uterque Ren duos habet, unum à paris yagi ramo stomachico, qui per membrasam propriam dispersus, hincque ad Ureteres porrectus, acutum valde sensum illis præbet: Alterum verò à nervo mesenterico, paris intercostalis ramo, qui ante ingressum Vasæ emulgentia varie circumligans, per totam substantiam cum iis dispergitur, non obstante, quod autores dicant, paucos nervos substantiam Renum intrare, & hinc obtusum eorum sensum derivent, quem ego non tam ex defectu & paucitate nervorum, quam ex omnium ad sensum exquisitum requisitorum defectu, deducendum existimo.

VI.

Arteriam quilibet Renum unam habet à trunco Arteriæ aortæ descendente, quæ simili partem accedens, in plures & semper minores ramos dividitur, donec tandem in innumera & infinita capillaria vascula definat. Hæc copiosa, & longè majori sanguinis quantitate: quam ad nutritionem requiritur, Renes perfundit, unde in iis, vel coctionem aliquam vel segregationem fieri, colligere licebit: Nullam autem in iis fieri posse coctionem, facile cuilibet ad requisita ad coctionem quandam perficiendam necessaria attendenti, palam ficit. Conclu-

dendum igitur est separationem alicujus materiae imbi fieri: Quæ autem materia illa sit & quomodo separatio illa fiat, paucis nunc, antequam ad duo reliqua vasorum genera progredior, explicabo.

VII.

Materia illa, quæ in Renibus à sanguine separatur, est humor aquosus & serosus, admixtis multis particulis salinis, & terrestribus, qui postmodum fermento Renum Stercorœ imbutus, & ad vesicam delatus, urinæ nomine venit. Hæc autem separatio humoris serosi à sanguine fit ope fermenti alicujus, glandulis sive acinis, quos extremitatibus vasorum antea appenos dixi, inhærentis per modum præcipitationis, qui familiaris valde est illis, qui Chimia operantur. Totum tamen negotium non soli fermento acceptum ferendum, quin etiam multum contribuit horum acinarum ut & vasorum in eos hiantium configuratio.

VIII.

Precipitatus itaque nunc humor serosus in acinis, de quibus in prædentibus dictum, speciatim, per tubulos membranaceos, sive vascula renibus propria, tanquam tertium vasorum genus ad carunculas papillares defertur, ex quibus mox in pelvem destillans, ulterius per ureteres ad vesicam progreditur: Non autem concipiendum hic est, ac si per carunculas papillares diversum quid à vas. Renū excretoriis sive tubulis membranaceis intelligerem, sed differentia in hoc saltem constistit, quod vascula illa, quæ prius per substantiam erant dispersa, hæc magis sunt unita, ut sic carunculae ha-

kk 3 nihil

nihil aliud sint quā multorum deme-
culturum aggeries.

IX.

SAnguis per arterias advectus jam à redundantē & superfluo suo sero liberatus, per quartum vasorum genus, venarum radices, que extra renes unicum truncum, venam emulgentem dictum, constituunt, venae cavae infunditur, ut hinc cum reliquo sanguine per circulationis leges fontem iterum accedat.

X.

Visis itaque nunc hisce, proximum erit, ut me ad calculi Renū examē accingam, & modum siendi explicem, de quo variè inter Autores controvētitur: Alii enim per calorem, alii per frigus arduum hoc explicant negotium. Quidam arenosam renū constitutionem accusant: Alii à succo lapidescente lapidescentiam derivant. Alii aliter rem explicant: Sed quam longe hi omnes à veritate aberrent, & quā parum explicent, jam non disquiram, paucis meam saltē sententiam in seenam introducturus.

XI.

URinam habere rationem causæ materialis, nullus dubito, quin omnes habeam consentientes, qui non gravantur, tam calculos quā urinam igni subjicere, & ex eorum destillatione addiscrere, quod idem oleum idemque sal volatile ex iis eliciatur, & præterea etiam simile caput mortuum relinquat in fundo, ex quo omnia, que in calculo repetiuntur, urinæ materialiter inesse videamus. Destillatio sic instituta refutat eos, eorumque errorem detegit, qui arenulas & terreas fordes, cum cibo & potu assumptas, pro causa materiali obtru-

dere conantur, dum fabulum à lapidibus molaribus pani communicatum accusant, cum tamen ex hoc fabulo sive arenulis hisce nihil unquam salis volatilis- lici potuerit, etiamli totus lapis molaris destillationi subjiciatur, quod tamē tam copiosum calculo inesse, ut etiam tertia vel ad minimum quartam ejus partem constituat, mihi non semel apud Celererrimum Dn. de Maets Professorē Leidensem videre contigit.

XII.

Quidnam autem illud sit, quod urinæ particulas, quas Calculi causas materialis diximus, in lapideam talem duritatem coagulet, majore difficultate conjunctum videtur. Siquidem, ut in thesi decima jam dictum, Autores in eo valde dissentient. Acidum volatile non sine ratione accusat Ten Rhyne, cùm enim videamus, quam facile acida quævis, alteri corpori proportionato, tali nempe quod reagendo acidorū spicula infringit, affusa, in coagulum abeant, & simul conferamus, quæ Autores Practici de Calculosis observant, quod s̄pissimè acidum vitiosum in iis peccet, meritò nobis cùm eo acida suspecta esse debent. Dn. Ehrenfried Hagendorf de Nephritico notat, quod ejus urina, excrementa alvina, saliva & anhelitus acidissimum spiraverint odorem. Vid. obs. 243. In an. 2. Ephemeridum Med. Physic. Germ. Huc etiam facit observatio Helmontii in tract. de Lithiasi p. m. 676. ubi dicit: Non raro namque observavi, calculos aliquem, postea ictero afflitum, à calculo immunem fuisse, quam diu icterus imperaverat. Ex qua videmus, acidum ob sopitam ante bilem coagulationis causam fuisse, quod à

præ-

prædominante postea bile saturatum ulterioris coagulationis factum fuit inido-neum. His adde, quod Nephritici ut pluri-mū simul sint Hypochondriæ, in quib-
us acidum manifestò peccare nemo du-bitat; & similia qui probe perpenderit, non immeritò acidum calculi & omnium coagulationum Autorem dicet.

XIII.

Quod autem non omnes, in quibus acidum prædominatur, calculo la-borent, indicat, præter acidum aliud quid esse, quod concurrat ad generationem Duelech. Accusamus autem hic fermentum Renum Stercoreum, quod in præ-dentibus serum à sanguine præcipitare diximus, de cuius præsentia quemlibet esse certum, cui vel semel inter cibandum renes gustare contigit, hand dubi-bito, siquidem tunc odor & sapor ranci-dus & ingratus illud satis manifestant. Fermentum hoc degenerans & putrefac-surina mixtionem turbat, ejusque partes à se invicem separat, unde fit, ut partes Urinæ volatiles ab acido, cum massa san-ginea affluente, subigantur, & interce-dentibus particulis terrestribus, quæ ob si-gurarum irregularitatem cum aliis facilè cohærent, in verum Duelech conden-sentur: Ut rectè Helmontius tract. de Lithiasi pagina 68. dicat: *Ren putrescen-te fermento ditior, in fabricam Calculi pro-nior.*

XIV.

Examinatis itaque & stabilitis causis proximis, facile nunc erit determi-nare, quæ causarum remotarum nomine venire possunt: Illa nempe omnia, quæ acidum in massa sanguinea cumulare, & particulas terrestres cuncte acido facile

coagulabiles producere possunt. Quo spectant 6. res non naturales, & præpri-mis Cibus & potu, qui indifferenter as-sumpti abunde materiā calculo suppedi-tant; Suaderemus itaque ut Calculosi absti-neant ab omnibus alimentis crassis, visco-sis & sale imbutis; Ut sunt pisces saliti, carnes-bubulae, porcinæ & aliae sale con-ditæ & fumo induratæ, ut fugiant caseum, omniaque lacticinia, fructus horreos fa-ciliè fermentescibiles, vinum crassum, au-sterum, ut & noyum & nonnum defac-tum. Hæc & alia quomodo in specie Calculosis noceant, jam brevitatis gra-tiâ fileo.

XV.

Duelech hoc modo generatum, & in substantia sive tubulis membrana-ceis hærens, vel hinc ad pelvim sive urete-res propulsum varia eaque gravia sym-potoma excitare consuevit. Ex præcipuis autem sunt, Dolor circa spinam dorsi in lumbari regione fixus, Inflammatio, Stu-por pedum & Vomitus. Dolor iste pro diversa Calculi situatione vel est gravatus vel pungitivus: Cum enim calculus in substantia Reaum situm suum acquisiverit, Crassitie & pondere suo membranas Renes proxime investientes distendit & premit, hinc quia plures nervi simul affi-ciantur, obtusus & gravatus sensus ad cerebrum defortat; ad pelvim autem sive ureteres delapsus, ibique ulterius perge-re nesciens, acutis suis prominentiis, si qua illis præditus fuerit, partes illas ut po-te acutioris sensus, rodens, acutum satis & pungitivum doloris sensum excitat.

XVI.

Dum autem mecum reputo, dolores Nephriticos esse intermittentes,

cūm

cum tamen Calculi non desinat esse acutis: Et præterea etiam atrocissimos sexpè observatos fuisse dolores, ubi calculi, nullis prominentiis prædicti, post obitum reperti fuerunt, perpendo: Et denique, si Helmontio fides, quod minutulus calculus, primis vicibus è Rene labens, immanis doleat, quam postmodum grandior, qui tamen suo attritu ureteres magis torqueret, Vid. cap. IX. de Lithiasi Itatim in initio. Haud difficulter moveor, ut credam, aliam doloris causam subesse, hancque non sine ratione ab acido deduco, utpote cuius particulae gladiolorum in star ab utraque parte scindentium & pungentium membranarum à Calculo já lesarum fibrillas continuò lancingant, & magis magisque discindunt, & sic immam istum & acutum doloris sensum excitant.

XVII.

CAlculus in substantia Renum hærens, facile vasa vicina premendo obstructionem cauare potest, quæ si fiat in vasculis sanguineis, sanguis in motu suo impeditus in vasis suis stagnat, sive avolantibus particulis subtilioribus crassiores remanent, quo fit, ut, quæ diversæ postmodum in sanguine sunt indoliscoeant, aliæque alterius poros intrent, & inter se pugnant, unde inflammatio oritur. Cum enim particulae aliæ alterius poros intrant, fit ut interstitia quædam relinquantur, quæ necessariò, quoniam dari vacuum repugnat, à materia subtilissima & fluidissima, utpote nullibi inclusa, nullibique exclusa, repleti debent, de qua Philosophorum facile princeps Cartesius legi meretur. Si igitur interstitia ista sive poruli relictæ sint tam copiosi & ita an-

gustati, ut præter copiosam materiam subtilem nihil, & hanc cum difficultate, admittant, sensus ardoris, quem inflammationem vocamus, excitatur. Inflammatione autem tandem sedata, sanguis in vasis suis stagnans in pus abit, quod etiam tunc cum urina excerni observamus. Cum autem calculus sittam grandis, ut premendo Renes simul comprimat nervos, per musculos lumbares plas dictos quibus Renes incumbunt, ad crura decurrentes, Stupor pedum, propter inhibitum spirituum animalium influxum, exoritur: Cum enim nervi spiritibus non sunt irradiati, flaccescunt, & hinc sensus ad cerebrum deferri nequit.

XVIII.

VOmitus, quem etiam inter symptoma recentissimus, quare Nephritis adeo familiaris esse soleat, ratio facilis erit, si hoc revocemus, quæ thesi 5. dicta fuere, quod Renes nervos suos habeant à ramo stomachico, per quos consensus iste facile explicari potest. Cum enim particulae acres nervulos Renum vellicant, & doloris sensum ad cerebrum deferunt, in media via vellicatio ista nervis stomachicis, quia cum illis communis tunica includuntur, communicatur, & sic poros in cerebro solidò magis apertunt, quam apertione copiosus spirituum animalium influxus consequitur, qui copiosè influentes in tunicam mediā ventriculi, ejusque tubulos inflantes, ventriculum contrahunt, ut quæ intus sunt, quæ data portâ ejiciantur; quod autem hoc fiat per superiora, exinde est, quia contractio sive spasmus in fibris istis, quæ respectu illarum, quæ ventriculi fun-

fundum versus superiora adducunt, transversæ sunt, incipit ab Orificio versus pylorum, unde hic ad illud accedens contenta eò versus propellit.

XIX.

Recensita symptomata, utpote principalia, si adesse videmus, certò concludere possumus, hominem illum laborare Calculo: Quoniam verò Medicis in eo sepe decepti fuerunt, quod dolorem Colicum habuerint pro Nephritico vel contra, probè cavendum erit, ne etiam nos in talem errorem incidamus. Itaque advertendum est, an dolor in spina dorsi sit fixus, in eo enim ut plurimum discrepat dolor Nephriticus à Colico, quòd hic ferè semper soleat esse vagus. Præterea autem in auxilium vocanda sunt signa illa ex urinadefumpta, quæ etiā solade calculi præsentia nos certos reddere nequeant, tamen aliis juncta multū luminis efferre possunt: Urina enim tenuis aquosa & pauca indicat calculum esse in fieri, illa vero plus minus sanguine tincta inflammationis signum est quæ si parvula vel vibrosis ramentis prægnans observetur, de calculo confirmato certi esse possumus.

XX.

Modò propter symptomatum vehementiam, siquidem ei obnoxiam atrociis doloribus, dirisque cruciatibus sepe saepius vexantur, ut in delirium aliquaque graviora mala incident: Verum etiam quia ejus curatio ita difficultatis caligine obducta, ut à multis pro incurabili habeatur, dum putant, impossibile esse, dare medium aliquid diffingens calculū:

partim quoniam medicamentum ore assumptum & adventriculum delatum, antequam ad Renes deveniret, vim suam amitteret: Et deinde, quia hoc medicamentum Calculum diffingens, citius ventriculum aut aliam partem quam Caleulum, utpote durioris compagis, diffingeret. Sed recte ad hæc respondet Helmontius, qui potest videri cap. VII. de Lithiasi. Hic plane contraria est sententia, dicens nullum in specie morbum esse incurabilem: Regerentibus autem, quare tam pauci ab hoc malo liberentur, responsio facilis est, quod nempe plurimis vera calculi causa ignota sit, quia, decantatis istis quatuor humoribus nimium addicti, omnes morbos frustraneo conatu ex iis deducere al-laborant, unde non mirum, quod ignorata causa, etiam in curatione, dum saltē ad humores respiciunt, à scopo aberrent: Quod ipsum etiam Helmontius citato jā capite observat, quando dicit: *Hoc unicū palam atq; liberē profiteor: Difficilium nempe morborum victorias postulare alios Medicos quam Humoristas, & alii longè remedia, quam qua venditat Seplasia.* Statuimus itaq; quod Calculi curatio quidem sit possibilis, sed tamē, prout vel parvus & adhuc in fieri, vel magnus & confirmatus, nunc magis nunc minus difficilis.

XXI.

Accedens itaque nunc ad curationem, multis remediorum formulis esse deberem, si eam ex professo pertractare animus esset, verum instituti mei memor, de quo in præfatione, paucis saltē quomodo ejus cura dirigenda, edocebo. Duplicem autem ejus curationem facio, in, & extra paroxysmum:

II

In

In paroxysmo enim non tam Calculi, quam symptomatum urgentium & præ-
primis doloris, habenda est ratio, quod
probe notandum, ne tum lithontriptica
exhibeamus, sicque dolorem augeamus.
Conveniunt autem tunc illa potius quæ
dolores Spasmodicos sistunt, ex quorum
censu sunt rad. & herb. malv. alth. violar.
parietar. mercurial. flor. sambuc. chamō.
melilot. lil. alb. &c. Ex oleis sunt, ♂
amygd. dulc. quodcum therebint. intus
exhibitum egregiè dolores Colicos sistit.
♂ chamom. melilot. bacc. junip. Scor-
pion. cera still. succini, balsamus ♂ris
succinatus, Ung. anodyn. Mynficht.
dialth. &c. Ex his & similibus quilibet
artis peritus varias formulas ut clysteres,
fomenta, balnea, linimenta aliaque
componere poterit, quæ omnia demul-
cendo egregiè dolores ienient & spasmos
tollunt. His verò omnibus in casum
adhibitis, ad opiate consurgere oportet,
ubi egregie convenit tinctura opii, cum
oleo ♀ri per deliq. parata, quæ ad 3j. &
ultra exhiberi potest.

XXII.

Post paroxysmum curatio rursus du-
plex est, una præservatoria, quæ ulte-
riorem calculi generationem impedit,
altera vero curatoria, quæ calculum jam
generatum expellit. Quoad primam, sua-
denda est bona diæta in *Sex rebus non na-
turalibus*, ut nempe abstineant ab omnibus,
quæ Calculo materiam suppeditare
possunt. Ante omnia verò vitiatum Re-
num fermentum est corrindum, & à
corruptione liberandum, quod præstare
possimus alibus volatilibus quibusvis, ex
his autem eminet ♂ volatile aromaticum
Sylvi, quod quotidie legitima dosi ex-

hibitum fermentum Renum corruptum
pristino vigori restituit. *Helmontius* hoc
in casu extollit arophi Paracelsi, quod ex
spiritu Secalino efficaciam suam habere
existimat *ren Rhyne*. Commendatur e-
tiam semen dauci, à cuius usu Calculo-
sum quendam postea à calculo immunem
manisse testatur *Helmontius*.

XXIII.

Iam altera curationis pars, quam cura-
toriam diximus, sese offert, Calculi ex-
pulsionem indicans, quæ diureticis pera-
gitur: Quoniam autem illa multis suspe-
cta sunt, propterea, quia calculi ex Re-
nibus ad Uteros propulsi dolores magis
intendunt. Itaque cum Helmontio ob-
servandum, quemlibet Calculum vel esse
majorem suo uretere, vel minorem, sive
æqualem, duos igitur posteriores ope-
diureticorum comode expellere possu-
mus, hac tamen cuna cautela, quod sola
expellentia nunquam exhiberi debeant,
sed cum ejusmodi medicamentis, quæ do-
loris & inde ortæ contracturæ & convul-
sionis sunt inhibitiva: ut recte loquitur
Helmontius, quorum omnium ingens
apud Autores Præcticos extat *Catiloga-
gus*, ideo multa hic addere supervacane-
um arbitror.

XXIV.

CAlculus autem uretere suo major fru-
stra expellentibus, antequam com-
minutus fuerit, sollicitatur. Quapropter
ejusmodi remedia quæ cum comminuant
aut diffingunt quærenda sunt, de qui-
bus multos dubitare in thes. 20. jam vi-
dimus, quoniam dicunt impossibile esse,
quod ejusmodi corrosiva absque noxa
assumi possint. Sed hoc argumento ni-
hil præstant, quæam quod ignorantiam
suam

ſuam in rebus chymicis Orbi eruditio exponant: Si enim Chymiae incubuiffent, non omnem communitionem ſive ſolutionem à corrifivis peragi, ſed interdum etiam duriflim corpora à menſtruis plane inſipidis omnisque corrosionis expertibus ſolvi didiſſent. In hunc finem

varia commendantur remedia, quaꝝ hic brevitatis cauſa reticeo finemque calamo impono. DEO O. M. pro concessa sua gratia ſit laus & gloria in ſempiternum.

3

DISPUTATIO XXVII.

De

U S U L I E N I S;

R E S P O N D E N T E

JOHANNE WILHELMO EBEL,
Bobenhausano Hasso.

THE S. I.

Quoniam de visceris alicujus uſu judicium forens, inter alia maximè necesse habet ut ſtructuram eius accuratissimè perſpectam habeat, non ab re quoq; erit, prius quam de munere, cui LIEN vacat, quid proponam, ut de ejus ſtructura pauca ex anatomia ad ſcopum facientia hancin paginam derivem, quare cultrum ſequens anatomicum lienem breviter ſic deſcribo.

THE S. II.

Situm ſuum habet in inferiori ventre è regione hepatis in hypochondrio ſinistro inter ventriculum & costas: Annexatur peritonæo, omento, reni ſinistro & juxta Bartholinum aliquando etiam dia-phragmati: Duplex membrana, ut Mal-pighius vult, ambit lienem, exterior est va-

lida, interior autem mirabili fibrarum implicatione contexta totum viscus in-vestit. Priorem à peritonæo, akeram ab omento proficiſci putant; vide ſis Ma-bii fundamenta physiologica p. 376.

THE S. III.

Substantia parenchymatica non vide-tur, potius cum Malpighio affero, lienem propter elegantem fibrarum implicatio-nem, nihil aliud eſſe quam indefinito-rum filamentorum nerveorum congeri-ēm, cui nihil obest, quod lien diſiectus concretum præſeruat ſanguinem levia-tritione in fluorem resolubilem, novi-mus enim ita excorticare lienem om-nemque cruorem diſſolvere, ut nil niſi plexus quidam villosus remaneat, quod aliquoties apud Dn. praefidens videre mihi licuit.

II 2 THE S.

THES. IV.

Donatus quoque est lien suis vasis arteriis, venis, nervis & vasis lymphaticis: Arteriae ad lienem tendentes a ramo Cœliaco oriuntur & tribus vel quatuor ramis non raro etiam pluribus ejus substantiam subintrant, qui postea innumeros nanciscantur surculos, & instar foliorum filicis diramificantur: venam quam obtinet, illa est ramus insignis vene porta splenicus appellatus, qui totus in lienis substantiam excurrit præter duos ramos, vas breve nimis, quod ad ventriculum & venam hemorrhoidalem internam quæ versus anum exurrit: Nervi sunt sexti paris propagines.

THES. V.

Præmissa sic anatomica descriptio ne, opera pretium erit, ut ad genuinum lienis usum in statim convertam, neminem autem latere arbitror, quod sanguis brevi illa mora, quam in cordis thalamis trahit, in tantum exaltari & volatilizare queat, quin non multas partculas, terrestres, salia fixa, & alias fœculentias in sinu retineat, illæ autem cum ad coagulationem valde prona sint sanguinem, si ipsi sub tali facie immixta manerent, non modo incrassarent, quin etiam vias obstruendo impedirent, quod minus succi in reliquis vilceribus e massa sanguinea segregari possint: summè igitur necessarium erat, utœconomia animalis, ad coagulationem impediendam, nimiamq; fixationem avertendam, viscerale aliquo donaretur, quod imprimis sanguinis volatilisationi esset destinatum, quod lienis esse cum Velthuso in tr. de liene statuimus, requiritur autem ut illud primò copiosissimis secat arteriis, postea uberi fibrarum nervarum pollent pro-

ventu. Quare autem sanguis crassior & coagulationi proximior ad Lienem potius deferatur quam ad aliam partem, hoc certa materiæ subtilis effectum esse in cathedra prolixius demonstrabimus.

THES. VI.

Enumeratas conditiones LIENEM implere ex ejus superius tradita anatomia eluet, adeoq; nutic genuinum ejus USUM esse statuo sanguinem salia fixa volatilizando à coagulatione preservare, & à partium excrementiarum infarctu in tantum saltum liberare, ut succi alii in via sceribus eo melius à sanguine separari eorum fermenta magis exaltari possint, adeo ut verum maneat, quod in trito dicitur versiculo:

Cor ardet: pulmo loquitur: Fel commovet iras;

Splen ridere facit: cogit amare jecur.

THES. VII.

USUM hunc LIENIS status præternaturalis ulterius corroborat, nam quando materia quadam crassa, viscida & glutinosa infarctitur tota massa sanguinea ob partes terrestres & fœculentias a LIENIS officia exclusas, contrahit intemperiem crassam & melancholicam, quam tunc erumpentia Symptomata satis superq; indicant, imo ipsa quoq; medicamenta splenica vulgo dicta, quæ omnia vel volatilia sunt, vel acidum vitiosum tamen compescunt designatum lienis usum magis propugnant.

THES. VIII.

Exerceat autem LIEN functionem illum sanguinem attenuando, incidendo & volatilizando ope fermenti proprii, cuius maximam partem spiritus animalcs constituant: nequæ est, quod quis de hoc fermento

fermento dubitet cum lien in aqua maceratus vim illam fermentativam cuivis suppeditet, videatur *Dn. Praesidis Collégium publicum cap. de fermentis viscerum.*

THES. IX.

Verum enim verò etiam nullum aliud munus LIENI attribui posse videatur, in variis tamen opinionum diversicula authores deflectere videmus, quorum pro instituti ratione præcipua saltem in scenam sum introducturus: Veterum placitum fuit sanguinem ad LIENEM amandari ut ibidem deponat humorem melancholicum, cum autem nullum in LIENE ostendi possit receptaculum, quod humorem talem recipiat, sponte corruit opinio; plures rationes nunc reticeo.

THES. X.

Helmontii ejusq; assecularum sententia infirmo quoq; stat tali assertum LIENEM per vas breve fermentum acidum pro promovenda & perficienda ciborum coctione ventriculo inspirare, cum sanguinis motus longè aliud ostendat & hoc placitum evidenter refutet, vas enim illud ligatum versus ventriculum intumescit, versus LIENEM autem detumescit, manifestò indicio nihil à LIENE ad ventriculum transmitti: Et quid fieret de ventriculo, si LIEN excindatur, nonne fermentatio ejus tali modo penitus aboleri deberet, cùm tamen teste experientia canis post ejus excisionem multò voraciore evadant?

THES. XI.

Non desunt, qui LIENEM pro sanguinis officina venditant, pro quo usu sequentibus argumentis militant: *Ad quod viscus plurimum chyli desertur, illud potissimum est sanguificationis organum.* Atque ad lienem &c. Ergo Resp. Distinguendò: Adquod viscus plurimum chyli sub forma chyli & nondum cum sanguine confusi defertur, illud est potissimum organum sanguificationis. Atqui Erg. Largiori majorem, Min. verò nego, quoniam clarissima ex anatomia habemus testimonia omnem chylum per manifestos ductus deferri ad Cor, cui propterea primarium sanguificationis munus, non autem lien i est adscribendum proin valde odiosum redditur vocabulum plurimum, quasi pars chyli ad cor, pars ad hepar, pars ad lienem deferatur.

THES. XII.

Exciplunt, quod teste *Helmont*, quadrangenis arteriarum ramis gaudeat LIEN, adeoq; mediante illo sanguine arterioso chylum copiosius ad lienem, quam ad reliqua viscera deferri: Verum facile responsio dari potest, primò enim ille chylus non amplius est verus chylus, sed in corde in sanguinem conversus, secundò si hoc verum esset, sequeretur, quod omnia viscera sanguificaret, quamvis enim hoc quoad priorem responsionem negare nolim, multo chyli sanguinem, postquam cor est egressus, adhuc abundare, qui in itinere exactius adhuc cum illo permiscetur, inconcussum tamen manet primarium sanguinis officinam esse cor.

THES. XIII.

Altum argumentum, quod pro sententiâ hâc roboranda afferunt, tale est: *Si sp. ritus animalis sunt causa efficiens principialis sanguificationis, sequitur quod lien sit primarium organum sanguificationis.* Prius est virum. Ergo post Resp: negando min: Quoniam sanguificatio primaria

absolvitur à cordis fermento, quod nihil aliud est, quam portio sanguinis singulis pulsibus in cordis ventriculorum rūnis relicta, cui se adjungit succus quidam valde agitatus & commotus ex arteriis coronariis in cordis parenchyma transfundans, unde sanguinis rarefactio concorrentibus adhuc aliis quibusdam causis sociis, de quibus alibi, dependet.

THES. XIV.

Recepui nunc cancerem, nisi vexata illa tam apud Veteres quam Neotericos quæstio me paululum adhuc subsistere juberet, ubi contendunt, *Num LIEN absque vita & sanitatis diffendio posse excindi?* Fateor magnam inter homines coli superstitionem, quasi cursoribus LIEN sit exemptus; Sicut enim vix datur religio quæ non suas etiam patiatur superstitiones, sic in Medicina illis f're abundamus. Verum enim verò in homine talem operationem procedere posse non videtur, cum levectiam licet vitium

in varias eternas econsumam animalem det præcipitem, nihil iudicam, si totus auferatur. In canibus autem operationem hanc exp. Etationi non punctum satisfacere inficias i.e. nequo, cum ipse haud ita pridem ejusmodi processu in canicidio interfuerim; An tamen illi post LIENIS privationem exacta vales tundine gaudeant, dubito, quia teste experientia ultra triennium rarius vitam protrahunt, mingunt sepius aliaque patientur incommoda. Ratio autem, quare in canibus hæc operatio aliquo modo, in homine autem planè non institui possit, hæc forsitan est, quia in canibus sanguis multò calidior & tenuior est, quam in homine, cuius sanguis ne ad momentum quidem volatili latrone privari potest, quin non statim incrassescat & melancholiæ infarciatur. Plura hac de qua stione vide apud Cl. Mæbius & Diemebrockium. Tantum.

• 050 90 •

DISPUTATIO XXVIII.

DE

GLANDULÆ PINEALIS

Statu Naturali & Præternaturali,

RESPONDENTE

JOANNE WILHELMO BEUTLERO,

Reiskirchâ-Nassovio.

I. N. J.

§. I.

I Ngeniosum Antiquitatis commentum

de cerebro parturiente & ab hoc, obstericantibus Vulcani ferramentis, nata Minervâ altioris videtur esse indaginis, pro-

profundioremque hieroglyphico sub velo occultare sapientiam, quō detractō nullus dubito, quin Magni laboris opus Nosce Te ipsum, hoc est Functionum in Nobis non tantum animalium sed aliarum longē nobilium Radix, Fundamentum & veritas facile in apricum duci queant. Quid calcar admoveit cultro & calamo, ut apertis hisce diebus variorum animalium craniis, & dissectis adstantibus aliquot Studiosis & Amicis proximā privatā informatione cerebris ad imitationem recentiorum Anatomicorum, Bartholinus volo, Stenonium, Willifum, de la Forge &c. de glandula pinealis, (quam locus, partes à latere stantes, Vasa, aliaq; circumstantiae p̄e aliis in cerebro commendare, & Regiam quandam majestatem stupendaquæ p̄e aliis prærogativam vel tacite inculcare videbantur) Statu, functione & morbosā quam non raro patitur dispositione, impræsentiarum verba facere animum induxerim. Quod ut non aliter quam veritatis indagandæ conatum & studium interpretari velit is, cuius ad manus pagellæ sequentes pervenient, obnoxie rogitto. Sin vero ob præjudicium, ut plurimum alteri parti p̄ocludens aditum, vel superstitionem quandam Antiquitatis Reverentiam & Temperamentum ad quemvis Novitatis terminum exhorrescens impetrare id nequeam, hoc saltē contendō, ut meam tām diu sinas stare talo suo opinionem, donec Tu contraria alteri lanci imposueris, sic enim eventus brevi docebit, cuius causæ in re tām abstrusa dubia hæc faveat alea.

§. 2. Et magna profectō statim in lamine se offert difficultas crucem figens

calamo: habent enim quod objiciant quibus nova nō placent, prætendentes: hanc de Vilioris hujus corpusculi opinionem otiosi & luxuriantis ingenii fastum esse, neque unquam inde quid expectari posse, quod Medicum in praxi vel doctiorem vel feliciorem reddat, hinc ut plurimum fieri, ut ex curiosis his nil nisi spinæ & quisquiliæ colligantur. Adeoque quovis modo impedire potius satagunt, quo minus Tyrones animum ad altiora hæc applicent per tot retrò secula: ipsis etiam Veteribus ignota, quorum tamen famam & medendi peritiam ipsi admirari soleant Neoterici. Imo ab ipsis Tyronibus (facile enim dulce instillatur otium) ejusmodi querelæ non raro audiuntur, quod nempe difficilia hæc ad praxin nihil conferant, majorique cum commode ea addisci, quæ saltē futuro Practico sint utilia & necessaria.

§. 3. Verū enim verò non magno molimine opus est ad avertenda & infingenda plumbea hæc tela. Fateor equidem multa in Medicina dari sterilia, quorum Catalogum facile videre licebit, si Vulgares Medicorum Institutiones & his inædificata Candidatorum Examina, si etiam Scholasticas quæstiones in Cathedris agitari solitas sub incudem vocare velis, quæ eleganti ordine ad invidiā usq; maximam partem recensuit Cordatus Ammanus: His ut dicta scribatur, utq; ex foro Medico exterrimentur, nunquam contrariabor, quin potius quantum in me erit laudabile hos juvabo cogatus; Talia enim sunt, ut quocunque etiam modo coquantur, re-coquantur, & nescio quibus macerationibus, extractionibus & destillationibus

bus

bus vexentur, vix tamen ac ne vix quidem aliquid suppeditent, à quo lumen scenerari posse Praxis & vera scientia Medica.

§. 4. Deinde præter hæc adhuc alia sunt scitu quidem necessaria, quibus negligitis plurima phænomena medica nunquam ipsa Experiens teste explicari possunt, quæ pertinent inter alia globuli ætherei, Materia subtilis, leges Motus & sexcenta alia ipsi etiam sanguini inexistentia, quorum tamen dignitati, necessitatì & veritati nequaquam quid decedit, si forte etiam à Medicis fuerint neglecta vel adhuc negligantur, qui nihilominus in ipsa Praxi magnam acquisiverunt famam. Ipse Paracelsus plurima ignoravit, quæ Medicus scire debet, curavit tamen morbos ab aliis pro desperatis habitos, quod Exemplum in doctrina de Elementis producit Dn. Boyle. Jam si quis inde Scientiæ & Eruditionis Medicæ vanitatem & plurimum rerum tum chyinicarum tum Anatomicarum inutilitatem inferre vellet, is iniquus esset in tot egregia Neotericorum inventa, imò injurijs in ipsam Naturam. Ipsius sanguinis in orbem redditus non parum concuteretur, vacillaret veritas & dignitas vasorum lacteorum, corrueret doctrinæ de vasis lymphaticis spirituum animalium & succin nutritii circulatione, &c. Quæ omnia tanquam temporum fures accusari & uno ictu non sine summae ingratitudinis & supinx oscitantia Nota profligari possent. Et quæ non incommoda, pericula aliaque absurdæ & indecora solis Agyrtis impudica fronte & temeraria manu in Medicinam involantibus digna exinde nasce-

rentur? Ut nunquam satis mirari possim illorum ingenia, qui animos veritatis cupidos ab his alisque ad oeconomicæ animalis cognitionem pertinentibus avocare solent, & omnibus viribus eò contendunt, quæ Theoretica ista, ut loquuntur, suppressantur.

§. 5. His enim non obstantibus invictissimum manet argumentum, quod omnia illa, quæ ad cognitionem fabricæ & Machinæ corporis nostri, quæ ad descriptionem functionum partium, quæ ad causarum Morbificarum meliorem explicationem, & quæ ad subjecti morbi veræque sedis indagationem & déclarationem faciunt, nequaquam Medicum dedeant, neque oscitanter tractanda sint, cum inde in ipsam praxin egregii nunquam sine magna voluptate degulandi fructus redundant. Quæ cum nunc glandula pineali quoque convenient, doctrinam hanc vel propterea mereri confido, quæ orbi eruditio exponatur, quæque caput inter reliquas corporis partes extollat, quantum interlenta solent viburna Cupressi, cuius rei veritatem sequentes theses abunde satis testabuntur.

§. 6. Quod itaque ejus locum natalem five stupendum situm & admirandam fabricam attinet, optarem, ut qui hæc legit, cerebri dissectionem vidisset ad eum modum, quem nobis commendat de la Forge, qui adeò facilis est, ut velsolis digitis explicari possit, cum alias si veterum & ordinariam methodum sequi velimus, saepius fallamur, & necno quod glaucoma oculis objiciatur. Offert se illico insignis quedam in ipso meditullio cavitas aliquot hinc inde pro-

protuberantiis donata, quas corpora striata, Nates & testes vocant: duos insuper habet processus, quorum pri-
mum *Vestigium*, quo jure nescio. Vul-
vam appellat; Alter vero Anus dicitur,
ad cuius foramen, quod ostium est
nobilis ventriculi, glandula pinealis à
figura sic dicta apposita est (quæ aliis co-
narium vocatur) vasorum quodam con-
textu plexus choroides dicto undique
cincta, ut ipsis spiritibus animalibus in-
natare videatur, qui hoc in promptuario
velut in Alveo reservantur, ut infra de-
cabitur.

§. 7. Est autem plane libera in apice,
est in basi fibris motricibus laxari atque
contrahi aptis, quas alii funiculos vo-
cant, cerebro ita alligatur, ut neque ni-
mium evagari possit, neque verius illas
adminimum partes reclinari posse desi-
nat, quæ respiciunt istas Ventriculorum
cerebri regiones, quibus nervorum oc-
currunt initia. Hæ fibræ, si cultello pa-
rum saucientur, insignem toni relaxa-
zionem statim deprehendes, quale quid
in Mania incurabili sepius fieri con-
cio: Notatu enim dignissimum est, quod
fibrillæ motrices in ea Basis glandulæ
puncta inferantur, ut eam semper in to-
no vel situ naturali servent, qui sursum
spectat, vel potius antrorsum, hinc enim
fit, ut quocunque modo inclinetur, sem-
per tamen ad naturalem sibi statum redi-
re conetur, quod facile observari poter-
it, si stylo leviter saltem concutiat, &
quaquaversum torqueatur.

§. 8. Substantiam si consideremus glâ-
dulosam esse dicimus, mollior enim est
carne, sed cerebri medullâ durior, & pe-
culiari sua involvit membrana, quô

tamen non obstante citò flaccescit, ut
etiam in cadaveribus inveteratis raro ap-
pare soleat.

§. 9. Colorem quoque diversum à re-
liquis cerebri partibus nacta est, qui ma-
gis obscurus videtur & subluteus, forte à
spirituum animalium copia post mortem
in torem abeuntium, quia vasa lymphati-
ca simili ferè prædicta sunt colore, si li-
quorem quem vehunt adhuc contineant.

§. 9. Magnitudinem tam accuratè de-
terminare nequeo, quia pro subjecto-
rum varietate & ipsa variare solet; In
hominibus tamen vix nisi superat magni-
tudinem, quæ major appareret, si cere-
bro adhuc existente caldo eam investi-
gare licet. Major est in cerebro vitu-
lino & ovillo, maxima in bovino.

§. 10. Figuram habet piniformem,
hoc est pīoi frūctū similitudine quā-
dam representantem, quæ ex sphærica &
oblonga componitur, unde sphæroides
vocatur: hæc enim figura sola apta erat
acciendi & determinandi tot diversis
motibus, nec poterat alia arduo huic ne-
gotio tantopere accommodari, quod so-
lidissimis probat rationibus *Craan in di-
putat. tertia de Catalepsi.*

§. 11. Præmissâ sic anatomicâ descri-
ptione, operæ erit pretium, ut de genui-
no usu glandule pinealis pauca addamus,
& quō præcipue munere in œconomia
animali fungatur, doceamus: Neminen
equidem negaturum persuasum habeo,
ipsam sensationem in cerebro fieri, nec
posse ab ullo objecto ipsam produci nisi
impressio ab objecto facta ad cerebrum
usque deferatur, id quod Nervorum ob-
structiones, ligature, & cerebri vulnera
evidenter comprobant.

§. 12. Neque tamen dici potest, totam cerebri substantiam ad producendum sensum & motum requiri, cum utrōque salvo manente portio cerebri tolli possit, quod præter Exempla ab *Hildano, Schenckio, & Marchettis* annotata confirmat functus *Casus à Diemerbrockio* sedulò descriptus in *Anatomia C. H. L. 3. p. m. 580.* Ergo nonnullis saltē ejus partibus hōc officium tribui debet. Verū nullæ enumerari posunt, quæ impressionem in nervos factam ultimò recipient, quæque spiritus animales determinent ut huc potius excurrant quam illuc, solā exceptā glandulā pineali. Quamvis enim qui contrarium sentiunt diversis in cerebri partibus sensus internos locare soleant, non tamen audent partes illas distinctè describere, de quo antea allegatus *Diemerbrockius* confuli potest.

§. 13. Facilē etiam evincitur, ad motum & sensum præstandum necesse esse, ut spiritus animales per certos tubulos & meatus ē cerebro excurrant, quæ excusio placidē & tranquillē fieri nequit, nisi à certa cerebri parte moderetur, ipsique spiritus ita determinentur, ut potius hos aperiant poros quam alios. E quibus nunc colligo quod illa cerebri pars huic muneri consecrata debeat esse 1. Mobilis. 2. Spiritibus animalibus undiqueaque cincta. 3. In æquilibrio posita vel saltō in Conatu movendi, quemadmodum Corpus sphæricum in fontibus artificalibus sæpius ab aqua saliente in æquilibrio servatur, Vide *Brecknyser Oeconomiam animalium*. 4. Unica, ne unum objectum duplex appareat, quod requisitum proli-

xius traditur apud *des Cartes, de la Forge, Craanen & alios.*

§. 14. Præterea insignis quædam requiritur cavitas, in qua tanquam in promptuario & receptaculo Spiritus animales detineantur positi in indifferentia, quod levī noctā occasione eo versus potius fluant, quam versus aliud: Tale autem ipsis assignandum est receptaculum, ad quod nervi totius corporis pertingant, unica enim ex enumeratis deficiente conditione motus & sensus integrī peragi nequeunt, sed nullum æquè in toto cerebro datur negotio huic aptum natum præter cavitatem illam insignem, quam quatuor ventriculi constituunt.

§. 15. Et certum est mentem non immediate junctam esse *Spiritibus animalibus*, neque illos se ipsos determinare, alias vis hæc & potestas in Affectibus soporosis & morbis convulsivis facilē se explicaret. Cum tamen contrarium potius observemus, adeoque potestatem illam mentis in corpus limitatam esse meritò dicamus.

§. 16. Histandem hoc adhuc addimus jam dum in confessio, Hominem, si sua humanitate exuatur, resolvī in duas partes *Essentiales*, substantiam immaterialē sive Spiritum, & materialē sive corpus, hoc est Animam & corpus, adeoque ex his duabus substantiis componi, quæ nexum arctissimum inter se habent ita ut corpus agat in mentem, & mens vicissim in Corpus, unde mutuum illud oritur commercium, quod Copulam, Vinculum, conjunctionem, vel etiam vitam alii vocāunt.

§. 17. Quibus præmissis appetet luce meridianâ clarius, glandulam pinealem con-

conditiones superius enumeratas adimplere. Hæc est sensus communis: Hæc verum imaginationis organum, omnesque actiones, quas corpus nostrum cum Brutis communes habet, ab hoc sensorio tanquam præcipuo instrumento motus recipiente & spiritus animales determinante dependere videntur; sed cum non sit hujus loci de his agere, neque scopus nostræ dissertationis id permittat, relinquimus usum hunc illis, qui in physicis ex professo de hac materia agunt, inter quos non prostremi sunt *Le grand in Tr. de Carentia sensuum in brutis & A. D. in Tr. de l' Ame des Bestes.*

§. 18. Alius enim longè nobilior usus hujus partis se in Homine offert, dum ex omnibus rationibus in prioribus allatis non solum sed et actionibus tam vitalibus quam animalibus palam fit, *Glandulam pinealem esse solium, tribunal & sedem Mentis, pro cuius voluntate varias subit determinationes, varieque inclinatur, hinc certas semper cogitationes mentis juxta imperium quod Anima habet in omnes corporis partes certi etiam sequuntur motus.* Sicuti enim Rex pro sua voluntate subditos gubernat, hicq; ejus alacriter exequuntur mandata, sic mens coeteroquin toti corpori juncta voluntatem suam & imperium in corpus mediante hac glandula revelat, & vicissim hujus ope omnes motus inconsuetos corpori suo illatos percipit, adeoq; vario modo *Glandulam* hanc inclinando varie spiritus animales determinat ut nunc hos appetiant nervorum tubulos, nunc v. alios; nec non prout glandula hæc ob aliam atque aliam cursus spirituum animalium formam inclinatur occasionem nancisci-

tur alias atque alias concipiendi ideas, ejusque motibus vel determinationibus peculiares nectere cogitationes, ut de hoc imperio dicere possim, quod *Virgilinus de Æolo* scribit:

— Speluncis abdidit atris,
— Molemq; & montes insuper altos
Imposuit, Regemq; dedit qui fædere
certo
Et premeret, & laxas sciret dare jussus
habens.

§. 19. Quod si absurdum tibi videatur mentis solium inter nates, testes aliasque partes ponere vilioribus donatas nominibus, sciendum nomina hæc externa esse nec ullam cum functionibus habere affinitatem, imò majus posse elici absurdum, si terminis inhærente velimus, dum Anima tota in toto esse dicitur, sic enim tota erit etiam in partibus ignobilioribus actionibus destinatis; Unde argumentum hoc frivolum esse censeo, quod vix dignum sit, ut ad illud respondeatur.

§. 20. Neque nostra obstat assertioni, quod multi medici spirituum animalium in ventriculis cerebri generationem in dubium vocent, variisque impugnant argumentis, quorum aliquot satis speciosa tradit *Celeberrimus Noster Willisius.* Si enim loci istius conditio spectetur, facile appareat, peculiari usui hanc cavitatem destinatam esse. Et vel solus ille arteriosus contextus nunquam alibi conspicuus, neque cerebro adhærens evidenter demonstrat, sanguinem pro nutritione cōd non deferri: Quid enim opus erat tanta cavitate, cum succus nutricius torrentis instar omnes poros trajiciat, & per

arteriolas per cerebri substantiam sparsas facile dispensari possit; Is etiam qui residuum manet per vasa lymphatica levi negotio refluat, dum interea sanguis quae sanguis per venas crodi iterum adducitur.

§. 21. Verum duo monstrosa nunc occurunt exempla, quæ assertionem nostram hactenus stabilitam de ponte dejicerent conantur, & ipsa etiam, quibus tota menses in eumbit fundamenta concutunt, ut nil nisi ruina totius aedificii expectari possit, nisi maturo consilio impetus hic avertatur. Unum suppeditat nobis *Stenonius*, Florentia ita scribens. *In monstro vivente quatuor diebus definit Conarium. Testudo capite amputato reperta fuit, quæ pedem movit suum quatuor post diebus. Hic nulla fuit cum Conario communicatio. Et prout haec videtur grave vulnus inflixisse dogmata Cartesiano, ut a eius sectatores his locorum incumbunt vulneri illi curando. Alterum desumus ex Ephemeris Gallorum, quando Tomo tertio Denys factetur, quod dissecuerit caput infantis in partu laborioso extinti, in quo nec cranium nec cerebrum invenire potuerit, nisi quod crudam quandam massam in occipitio observaverit. Motus infantis hujus tempore gestationis & aliquot diebus ante partum fuit ordinario vehementior, quem in ipso partu mater adhuc sat vegetum percepit, donec intra angustias suffocaretur. In his corporibus defuit conarium imò ipsum cerebrum, quomodo ergo haec glandula erit immediata animæ sedes, & quomodo ab ejus inclinacione spiritus animales determinari poterunt?*

§. 22. Resp. Notandum esse quoad prius, exilitatem hujus glandulae quærentibus non raro fucum facere, & oculorum aciem eludere; Nisi enim cerebrum adhuc calidum inspiciatur, sèpius inniri nequit, quanta quanta sedulitas etiam adhibetur. Hocque facilis fit in infantibus recens natis & animalibus junioribus, in quibus brevi tenues evanescit in auras, vel in lympham abit. Intervim nec volumus nec possumus Expertissimi hujus Anatomici fidem in dubium vocare, sed respondemus, quod idem hic contigerit, quod in defectu aliarum partium & interiorum viscerum sèpius fieri observatur, dum aliud quid substituit vicem partis deficientis supplens; Unde facile etiam fieri potuit, ut in monstro hoc capite aliquid glandulae analogum alio in situ substitutum fuerit quod spiritus animales in tantum, quantum motus ille obscurus requirebat, determinare potuerit. Quod testudinis motum attinet, ille non fuit ortus à spiritibus animalibus in partem illam determinatis, sed à vaporibus, & particulis aliis fluidis, per interstitia fibrarum adhuc natantibus, & facilis quidem tales motus post mortem in partibus adhuc carentur, quando vel calor accedit, vel partes acu punguntur, quod in viperis, lacertis & corde evulso manifestè videmus, quale quid in ovibus aliisque animalibus recens matutatis quoque observatur: Sunt autem motus illi vagabundi, convulsivi & spasmodici, qui absque conario facile peragi queunt.

§. 23. Ad posterius allatum exemplum respondeo, in cruda illa & carnosa massa

massa latuisse quid cerebro analogum, quod vel inde facile colligo, quia ipse historiæ Author vasorum cordis cum vasis hujus Massæ carniformis anastomosin beneficio injecti liquoris exploravit. Si ergo vasa arteriæ Carotides & jugulares venæ eò abierunt, dubio procul adfuit locus qui spiritus animales recepit, & ex quo beneficio partis alicuius eos prementis & determinantis pro motu præstanto excurrere potuerunt. Quid si hæc responsio tibi minus arrideat, audi alteram ab ipso Authore datam, quod nempe spinalis medulla vicem Conarii subierit, verba ejus hæc sunt. Pour ce qui est de la troisième Question, Scavoir d'où provenoit le mouvement violent de cet Enfant. On peut dire en premier lieu, que n'y ayant point en de cerveau pour recevoir les Esprits, & pour les distribuer à toutes les parties, la Moelle de l'Epine ne laisse pas de les recevoir par le moyen des Arteres carotides & vertebrales qui l'arrosent & ainsi elle pourroit suppléer au défaut du Cerveau, & enoyer beaucoup d'Esprits aux parties par le moyen des Nerfs qu'elle produit. Et cela est si vray semblable, que quand même le cerveau se trouve dans sa conformation ordinaire, la Moelle de l'Epine, qui n'est autre chose, que le Cerveau allongé, ne laisse pas d'estre l'origine de tous les Nerfs, & de fournir par leur moyen des Esprits aux parties, pour les entretenir dans leur mouvements, ce qui se prouve, parce que la seule inspection nous fait voir manifestement, que tous les Nerfs immédiatement de cette Moelle, c'est à dire on de ses racines qui sont contenues dans le crâne, ou de son tronc qui est renfermè dans

la cavité des vertebres depuis le grand trou Sphénoides jusques aux lombes. &c. Etpuis post: Le Cerveau done ne servant qu'à cribler les Esprits & à les temperer avant que de les distribuer aux parties, nous pourrions dire que n'y ayant, point en de Cerveau dans l'Enfant, que nous avons disque les Esprits passoient des Arteres dans les Nerfs avec toute l'agitation qu'ils avoient reçue dans le Coeur, C'est pour quoy ses mouvements devoient estre plus violentes, qu'ils ne sont d'ordinaire.

§. 23. Vidimus hactenus statum glandulae naturalem, restat ut progrediamur ad statum præternaturalem, hoc est, ut describamus quomodo à causis morbiſcīs à statu suo naturali deturbetur, & quid in nonnullisque gravioribus morbis capitispatiatur. Nolo autem hic cram-bem bis coctam apponere, & ad naufragium repetere, quomodo glandula hæc pinealis se in somno & vigiliis habeat, quod in physiologicis abunde satis inculcatur, & ab ipso des Cartes ejusque interprete de la Forge in Tratt. de Homine evidentissimè explicatur. Neque etiam hæ sensuum affectiones præternaturalem statum inducunt, nisi forte valde excedant, tunc enim machinam demum concutint, & economiam turbant & functiones partium laedunt. Saltem hæc est mea intentio, ut ostendam quomodo violentæ glandulae concussiones, contumaces determinationes, obſtructiones, aliaeque læſiones gravissima & horrenda inducant symptomata, & quomodo stupendi quidam effectus per nostram hypothēſin explicari possint, quæ ab aliis vel omituntur, vel ita declarantur, ut explicatio-

plures involvat difficultates & majori e-
geat illustratione, quam res ipsa, quam
per causas explicare conantur.

§. 24. Ejusmodi symptoma in Mania-
cis, Phreneticis, Melancholicis, Catale-
pticis, Ebriis, & qui tardioris sunt inge-
niū & obtusi judicii frequenter in praxi
occurunt, quorum pauca brevibus de-
clarabimus. Præmitto aurem, glandulam
hanc sèpius in sinu suo calculos gestare,
nonnunquam totam lapidescere & in to-
phum mutari. *Celoberrimus Sylvius* di-
versis vicibus in illa invenit arenulas, se-
mel etiam exiguum subrotundum calcu-
lum pisi quartam partem æquantem vi-
dit: *Et Florentius Schuylin prefat. ad Lib.*
des Cartes de Homine fatetur, se calculum
plus quam diuinidium glandulæ occupan-
tem in ea reperiisse. Quæratores obser-
vationes *Bartholino* inserviunt pro spe-
ciosa quadam objecione, cui respondet
de la Forge, pororum structuram suffice-
re adhuc potuisse, ut spiritus animales
illos permeantes non obstante duritie
certam cursus sui formam servaverint.
Quibus addimus: Hos homines dubio
procul fuisse in actionibus suis edendis
pigros & minus alacres, quod illibenter
concedere videtur *Diemerbrockius*. Vel
Humorem coagulantem in statu mor-
bosofo paulò ante vel etiam post obitum
demum glandulam occupasse ubi om-
nia turbata sunt, & peregrinae ferme-
ntationes admittuntur. Neque enim tan-
tum temporis spatium ad Calculi genera-
tionem requiri videtur, cum ipsi etiam
lumbrici cito citius in morbis malignis
generentur & adolescent. Non minor
quoque varietas in glandulæ crassitie &
longitudine pro Temperamentorum di-
versitate statuitur, ex quibus contingere

videtur, quod homines sèpius non æq;
prompti sint in actionibus animalibus,
quod si fiat, ut hæc successu temporis &
ætatis ratione mutantur & ad statum na-
turalem redeant, tunc Boetum in patria
nati postea verò inter gentes quam maxi-
mè excultas adulti lauream reliquis non
raro præcipiunt.

§. 25. In phrenitide [quod in Ebrie-
tate quoque contingit] spiritus animales
jugum excutiunt, unde sublatâ ipsorum
indifferentia glandulam impetuosis &
constantius non sine gravimentis passio-
ne concutunt, ut tandem mens non
amplius sui compos non attendat ad suas
perceptiones, sed obtuso quasi collo
& viæ constantibus & efficacioribus
glandule impressionibus, quæ spiritus a-
nimales per Cerebrum discurrentes &
vetera aperientes vestigia radiationibus
suis super eam producunt, glandulam ver-
sus illam ventricorum regionem de-
terminat, quâ nervi spectant istorum or-
ganorum, quæ motus perceptionibus il-
lis nexos exequi solent, non attendendo,
quod ipsa Machina in præceps agatur,
maximumque vita incurrat periculum.
Tragicum & commiseratione dignum
casum memini mihi relatum fuisse Pragæ
Boemæ, quem Medicus istius civitatis
Dobronsky de Nigro Ponte inscrutavit Tom. I.
Ephemer. Medicorum German. Contigit
ut in pago quodam Illustrissimi Dn. Co-
mitis de Millesimo quidam robustus vir
febri malignâ vel Ungaricâ corriperetur,
quâ incrementum sumente, tantum delirium
successit, ut septem personæ for-
tes habuerint, quod agerent cum ægro,
ad eum continendum. Objectum autem
delirii ejus erat, *Ventrem suum scatere ver-*
mibus seu lumbricis, unces torqueri ab
iisdem

iisdem affirmabat. Post aliquot dies videbatur delirium remittere, unde ad quietē sese componente ægrotō, adstantes quoque quiescere cœperunt. Interē patiens, omnes alio somno stertentes conspiciens, sequē liberum ad motum persentiens, novo cœstro delirii percitus, ventrēm aggredi, & ut robustus erat, umbilico exerpto intestina continuato ordine extrahere cœpit, in tantumq; extraxit, ut jam medietas illorum educta fuerit. Interē nescio an casu aut studio unus ex adstantibus quid agat patiens aspiciens, eundem crudeli labori implicitum advertit, convocatis sociis adque impediendum ægrum sese accingētibus obtestatus eosdem est æger, ut se finant & non turbent in extrahendis è corpore suo lumbricis. Non diu perstittit sic æger, sed sensim imminutis viribus crudelis laboris pertusus obiit. Ego nullus dubito, quin hic æger de vermis olim cogitaverit, vel audiverit illos abdomen nonnunquam profodere, cum itaque hoc in morbo spiritus animales à veneno jam in motu suo placido turbulentur, mirum non est, si in tale vestigium sua raritate altius & distinctius cerebro impressum incident, & similem metuē undemque constantem in glandula producentes mentem turbulent, ut illa graviori passione victa omnia illa exequi statim insurgat, quæcumque à spiritibus mediante glandula suggestur, hinc desperata remedia ad avertendum minus aliquod incommodum malo consilio Consultori pessimo in subsidium vocat. Nec ob præcipitantiam ad causam istius erroris agnoscedam redire potest, eōq; ipsō quo omnia sua ratiocinia non usurpat in miseriam hujus morbi incidit. Multo mi-

nus ad consideranda nova objecta inducīa conceduntur, hinc glandula à continuo solutione, dum cruentæ manus proprium in corpus involant, aliter determinari nequit, nec ipsi spiritus aliam radiationem suscipiunt, cum prior illa inclinatio multò constantior & efficacior sit. Ubi Mero sanguis incaluit, similes perversimotus in Ebriorum actionibus sèpius observantur, de quo si plura desideres lege elegantem *Curtii disputationem de Ebrietate*.

§. 26. Iisdem ex principiis elucet nunc status glandula in Melancholia, quæ vel hæreditaria est, vel à morbo (a ram bilē vulgo accusant) vel à sex rebus non naturalibus, ut plurimū tamen a Terrore, Meatu & Tristitia inducitur, utpote quarum passionum magna vis est in sanguinem. Peccant autem spiritus animales quod vel crassiores sint vel vitiōse moveantur, tunc enim radiationibus suis perpetuum quasi in somnum super glandulam pinealem excitant, ut ex male nesis radiationibus mens horrendas concipiāt ideas, vel aliud quoddam phantasma nullibi existens veluti præsens contempletur, cuius rei plura exempla adduci possent. Remitti mus autem Lectorem brevitatis gratia ad Brochuyzen, qui sua à Craanenio hausisse videtur.

§. 27. Et cum Melancholia facile quoque degeneret in Maniam, videndum nunc porrò, quid glandula hoc in affectu patiatur. Deprehenditur autem major irregularitas partī tum sanguinem tum spiritus animales constituentium, unde glandula instar campaulæ petulanter agitatæ à fortioribus irruentibus spiritibus animalibus sine ullo ordine concutitur,

titur, ex quo inordinato in glandulam impetu mille oriuntur in mente cogitationes & innumeræ sepius absque ulla connexione eliciuntur idex, juxta quas incongrui sermones, incompositi gestus, cantus, versus, aliaque sexcenta stupenda proferuntur. Prout nempe spiritus à vestigiis, vel imperio mentis cerebro impressis, vel etiam à solis spiritibus ab objectis olim determinatis factis, in cursu modificantur, & aliam atque aliam suscipiunt radiationem. Quod si glandula in tantum vexetur, ut fibrillæ motrices dilacerentur, perpetuum oritur delirium & mania redditur incurabilis, tuncque

Fertur Equis arriga, nec audis currus habenas.

Cum cæteroquin per intervalla recurrere soleat, & toties novum inducat paroxysmum, quoties novum supervenient fermentum vel alia etiam materia ætherea sanguinem & spiritus impetuosius moveat.

§. 29. Tandem de Catalepsi agendum erit, de cuius causa Medici acriter contendunt. Nos dicimus libertatem quaqua versum determinari glandula ab obstructione à particulis viscidis illam cingentibus vel unum saltem latus occupantibus denegari. Et tunc determinatio ante obstructionem facta jus suum tam diu retinet, donec mobilitas glandulæ convenientibus remedii restituatur, hinc corpus talem quoad omnes partes retinet situm in quo tempore invasionis erat. Quâ positâ causa omnia phænomena hoc in affectu apparentia eleganti ordine

explicari possunt, quod ante plures mensæ doctissimus quidam juvenis hac in Cathedra cum omnium applausu tentavit. Novi quidem aliis hæc non placere, qui propterea spirituum animalium coagulationem, vel etiam quandam eorum congelationem singunt. Verum adeò multis se implicant contradictionibus, ut merito illas cruditates ipsis digerendas relinquamus.

§. 29. Mediante hac glandula potest Daemon horrendas corporis concussiones, convulsiones, contorsiones, ululatus aliosque perversos gestus in obsessis excitare, si illis jungens ex Dei permissione spiritus animales mille modis determinet, salvo interim manente liquor revitali & per vas a sua circulante.

§. 30. In Curatione prædictorum morborum hoc observari velim, medicamenta facile ad ipsam glandulam deferri posse mediante sanguine & spiritibus animalibus, quibus innatantia ad glandulam usq; deferuntur, eamque pro rei necessitate ab obstruktione liberant, vel partes nimis volatiles figunt, vel fixas volatilisant. His scopis satisfacere quoq; possunt Venæsecchio & scarificatio, præprimis si arteriæ temporales incidentur & Aures frequenter scarificantur, de quibus plura in Collegio pratico.

Nos receptui canimus, & Deo pro sua gratia immortales dicimus gratias, qui sit benedictus in secula seculorum Amen.

—
—

DIS-

DISPUTATIO XXIX.

*De*GENERATIONE HOMINIS
IN OVO,*RESPONDENTE*

DOMINICO BEDDEVOLE, Genevensi.

THESIS I.

DE generatione hominis acturus in antecessum ab omnibus notari velim, solum corpus humanum generatione produci; illud enim generatur, quod ex præexistente materia producitur, at solum corpus ex præexistente materia producitur, quem mens utpote immaterialis ex præexistente materia orihi nequeat. Quocirca immediatè à Deo producitur, & creationis ope existit; ac proinde generationi cuidam naturali, sicut corpora naturalia, ortum suum non debet. Nihilominus homo generari dicitur, quamvis pars ejus principalis creatione oriatur, quia corpus generatum est causa occasionalis mentis humanæ, illiusque unionis, quâ duæ istæ substantiæ toto celo discrepantes inter se ita conjunguntur, ut compositum quoddam, hominem nimirum constituant.

II. Unde colligas creationem mentis humanæ à lege quadam naturali, Deum legistatorem habente, pendere; qua quotiescumque solito naturæ cursu corpus humanum generatur, mentem creare, eamque isti corpori unire constituit.

III. His præmissis hominis generatio-

non erit explicatu perdifficilis, quoniam solummodo sufficit, si quomodo corpus humanum generatur, probe cognoscamus, ut mentis illius, quæ ipsi unitur, otio glorie nobis innotescat. Nam positus iis, quæ superiori thesi diximus, mens humana à corpore & à Deo quodammodo procedit: à corpore quidem tanquam à causa occasionali, à Deo vero tanquam à causa efficiente & producente; h. c. corpus non est causa efficiens mentis humanæ, sed occasio duntaxat, quæ Deum ad productionem mentis invitat juxta legesab ipso in rerum natura positas.

IV. Adunionem autem mentis cum corpore quod spectat, eam ex eadem causa ac mens proficiisci statuendum est: nulla enim inter corpus & spiritum intercedit essentialis connexio, quapropter illa unio mentis cum corpore hominem constituens à natura mentis aut à natura corporis emanare nequit: quocirca ab ipso Deo, qui duas istas substantias conjungit, eam unionem & conjunctionem produci existimandum est; qui ad mentis humanæ creationem generatione corporis invitatus, ab eadem corporis generatione invitatur ad mentem corpori uniendam.

an

V. Que

V. Quæ cùm ita sint, primò videndum erit, quomodo generetur corpus, postea quomodo mens à Deo produc̄ta isti corpori uniat̄ur, quo peracto productionem hominis nos satis exposuſſe existimamus.

VI. Neminem verò latèrē puto, corpus humanum esse machinam tot tubulis, vasis, elateribus, humoribus &c. constantem, ut ea quæ de illa Anatomorum industria & experientia detexit, sint minima pars eorum, quæ adhuc detegenda superflunt; propterea opus arduum sanè aggredimur, istius machinæ generationem explicare tentantes, quod tamen Summi numinis auxilio nos absoluturos esse confidimus.

VII. Neque enim hic prolixè demonstrabo, ex qua materia producatur corpus humanum; an ex spermate utriusq; sexus, inter se commixtis, ut vult Medicorum vulgus? an ex sanguine menstruo, ut censuit Aristoteles? an ex ovo contagio quadam spermatis virilis in utero producto, ut arbitratur Harvæus: Adenique ex vesiculis illis, quæ in testiculis mulierum existunt, & quæ à variis Anatomicis ovorum nomine fortitæ sunt, ut existimat Regnerus de Graaf, fiat & oriatur? sed ultimam sententiam statim assumam, tanquam rationi & experientiæ magis consentaneam. Argumenta autem quibus nititur, & experientias quibus fundata est, in dissertatione, quam auxiliante Dño disputationi præmittam, coram auditoribus enarrabo.

VIII. Unicam interim in scenam introducam rationem, quæ aliorum sententias evertere & uno ictu proligarevidetur. Evidem non possum admittere sententiam illam, quæ ex commixto

utriusque sexus spermate corpus humanum oriri statuit: ex eo quod illa commixtio seu potius confusio spermatum informi cuidam corpori producendo magis, quam corpori humano originem præbendo, apta videtur. Hinc istius sententiaz fautores virtutes plastiæ, omnibus facultatibus occultis magis occultas, in subsidium vocare coacti sunt, ut quomodo ex confusionc duorum liquorum corpus humanum oriatur, explicare valeant. Præterea hanc sententiam æque ac sententiam Aristotelis Harvæi experimenta funditūs evertunt, qui duobus ferè primis à coitu measibus in damarum & cervarum utero ne vestigium quidem spermatis aut sanguinis invenit: adeò ut exerc. 68. libr. de generat. animal. dicat, in canibus, cuniculis, aliisque plurimis animalibus, expertus nihil prorsus in utero post coitum per aliquot dierum spatium reperiri.

IX. Ad Harvæi verò sententiam quod attinet, nimirum in utero efformari ovum, ope contagii cujusdam spermatis virilis, veritati non esse consentaneam ex eo manifestum evadit, quod in avibus aliisque animalibus oviparis, ova ex coitu cum maribus non generentur, sed in ovario existentia potius fœcundentur, quod vel in vulgus notum. Si igitur contagio spermatis maris ova fœcundentur, non verò producantur, quare in utero mulieris spiritus è spermate viri exhalati post multorum diērum spatium ovum aliquod producent; quomodo fiet hujus ovi germen, & tandem formabitur fœtus? Sanè quamvis corpus humanum re ipsa fœmetur ex ovo, attamen hæc sententia Harvæi de product-

productione ovi in utero materno animum difficultatum laqueis irrectitum expidere nequit.

X. Quo circa existimamus nos vesiculas illas, quae in mulierum testiculis reperiuntur, esse vera ova & quibus in quibus generatur corpus humanum; quod propter hasce tres rationes potissimum asserimus. Prima est, quod a testiculis in uterum non datur vasa, per quae sperma in uterum deferri possit: quippe corpora illa nerva, quibus testiculi eteri fundo annoctuntur, sunt potius ligamenta, testiculos in suo legitimo situ detinentia, quam vasa deferentia, ut quidam arbitrantur: hoc patet ex eo quod nulla cavitate excavata sint, cuius beneficio humor aliquis e testiculis in uterum transmitti queat. *Tubæ*, Fallopianæ dictæ, talia vasa esse non possunt, quia nullam communicationem cum interioribus testiculorum partibus obtinent, sed parte foliacæ extremitatis membranæ testiculorum duntaxat adhaerent. Atque hoc argumentum ex Anatomia desumptum, eorum sententiam refutat, qui sperma muliebre cum spermate virili in uterum effundi autuunt.

XI. Secunda ratio ex eo desumitur, quod in cuniculis postquam foemina in maris amplexus venit, circa eas vesiculas, quae intra testium membranam continentur, corpora quedam glandosa orientur, quae ipsam testium membranam quoque afficiunt: hinc quodlibet eorum in parte sui posteriore, & testiculi partem interiore spectante crassius evadens, ovum sive vesiculam, quam undique

circumambit, e corpore testiculi educit: quô modo ova fecunda e testiculis edificantur & in tubas Fallopianas tunc temporis testiculis adhaerentes deponuntur. Quamdiu autem nullum in utero existit conceptionis vestigium, ut primis post coitum diebus contingit, vesiculæ sive ova in suis corporibus glandosis reperiuntur: si vero jam aliquod conceptus primordium in utero existat, corpora illa glandosa testiculis quidem adhaerent, sed caritas eorum media suâ vesiculâ sive suo ovo destituta conspicitur, ut ex observationibus Regneri de Graaf manifestum sit. Idem quoque in aliis brutorum corporibus observatum est; si autem corpora brutorum generentur ex ovis in testiculis foeminarum collocatis, & eadem ova in testiculis mulierum reperiuntur, cum organis essentialibus eodem modo dispositis; quidni statuemus corpus humanum easdem naturæ leges agnoscere, quas cæterorum animalium corpora in sui generatione agnoscere solent.

XII. Unde sequitur in utero post coitum per aliquot dierum spatium nihil reperiri debere; quia quandiu ovum in testiculo adhuc existit (ut ibi commorari debet, donec formato corpore glandoso in alterutram turbarum uteri deponatur) in utero nullum conceptionis vestigium apparere potest. Ex eo autem ratio redditur, quare primo a coitu mente in damarum cervarumque utero nihil prorsus invenerit Harveyus: nam in iis animalibus integer mensis consumitur, donec corpus glandosum formatum ovum e testiculo expellat, & in alterutram uteri tubam deponat.

na 2

XIII. Ter-

XIII. Tertia denique ratio, quæ nostram sententiam confirmat, ex variis anatomicorum observationibus petitur; nam non solum sub forma vesiculae sive bullæ primordia fetus in utero reperi memorant Hippocrates, Harvæus, Kerkerius, Diemerbrock, & de Graaf; verum etiam aliquando mulier reperta fuit, quæ foetus in tuba gessit, ut Riola-nus ab aliis observatum meminit, & Harvæus propriis oculis conspexit.

XIV. Si igitur à testiculis mulierum in eorum uterum sperma humoris sub forma appellere nequeat; si post veneros amplexus tubæ testiculis extremo suo foliaceo adhærent; si corpus aliquod glandosum circa unum ovum generetur, si unus fetus produci debeat; si corpus illud glandosum in tubam sibi adhærentem ovum circumcinctum deponat; si ovum, quando non est in corpore glandoso, in tuba aut utero reperiatur; deniq; si fetus in uteri tuba interdum conspecti sint; qui quæso, impediri potest, quo minus in ovis in testiculis existentibus & post fecundationem ad uterum delatis hominem generari existimeimus?

XV. Statuimus ergo cum Regnero de Graaf, vesiculos illas, quas testiculi muliebris tunica involvit, esse vera ova è quibus & in quibus generatur corpus humanum; quæ ova spiritibus è spermate virili exhalatis fecundantur, & beneficio corporis glandosi in tubas depountur, per quas ad uteri cavitatem pervenire solent.

XVI. Hinc colligere licet ova in mulierum testiculis semper remanere debere, donec auræ seminali spermate virili

inclusâ fecundentur: quippe testiculi membrana nullibi perforata est, ac proinde ovo exitum concedere nequit: ubi verò auræ seminali fecundatur ovum, circé illud corpus quoddam glandosum excrecit, quod membranam testiculi afficiens, ovum ex eo educit, eo modo quo supra dictum est. Quô peracto successu temporis corpus illud glandosum evanescit, & testiculus muliebris ad priorem statum reducitur.

XVII. Itaque constat hominem fieri in ovo. Nunc quomodo absolvatur præclarum hoc phænomenon videndum est. Ut autem propositum nostrum assequamur, quænam sit natura ovi: hic disquirere consentaneum videtur. Itaq; avium, sicut & cæterorum animalium ova nihil aliud esse videntur, præter humores membranis quibusdam peculiaribus involutos, in quibus germen aliquod existit, ex quo producitur animal. Hujus definitionis veritas omnibus manifesta evadet, qui generationem pulli ex ovo contemplari non deditabuntur. Hi enim afferent, ova avium albumine & vitello constare; vitellus est humor sive liquor flavus albumine crassior in membrana quadam tenuissima contentus, & albumine undique circumcinctus; in ejus superficie duæ chalazæ sibi invicem diametraliter oppositæ collocatae sunt, quæ secundum Harvæum sunt nodi ex substantia membranæ vitellum continentes: cicatricula quoque quâpiam vitelli superficies affecta est, quæ nihil aliud quam ovi germen constituit; ut incubationis ope manifestum fit: quippe ex observationibus Harvæi circa cicatriculam

eticulam illam bulla generatur, humore limpidissimo repleta & sua peculiari membrana circumcincta, in ista bulla quarto incubationis die punctum saliens apparet, quod in diastole sese conspicendum exhibit, in systole vero omnes sensus fugit. Albumen quoque ovi est humor sua peculiari membrana circumductus, qui primùm in humorem bullam lymphidam replentem abit, quem humorem colliquamentum nuncupavit Harvæus.

XIX. Due illi humores, albumen scilicet & vitellus, in omnibus ovis non reperiuntur, quia omnia animalia ovipara non tamdiu, dum sunt, in suis ovis conamarantur, ut pullus gallinaceus in suo cominorari solet: quapropter vitello sive crassiore humore non indigent, qui in alimentum crassius & solidius abeat, ut eo pullus jam robustus nutriti possit. Neque etiam opus est ut in ovis viviparorum albumen & vitellus existat, quia alimentum suum à matre desumunt, ac proinde vitello in membrana & capacitate ovi contento non indigent, ut robusta facta eo nutriantur. Quo circa quamvis in vesiculis in testium mulierum substantiâ existentibus, duo humores non reperiantur, concludendum non est eas revera non esse ova, ex quibus generatur corpus humanum. Quod obiter hic monendum venit.

XIX. Existimamus ergo, vesiculis, de quibus mentio jam roties facta est, germen inesse ex quo corpus humanum pullulat; quam scilicet adveniente aura seminali maris ad istam pullulationem germen disponitur; quæ dispositio ovi fecundatio sive conceptio vocatur.

XX. Quoniam autem à nullo Authorre quod sciam, in quo consistat concepcionis, clare & distinctè explicatum sit, operæ pretium fere arbitror, si quinam sit hic egregius naturæ effectus assequi valeam. Ut autem scopum nostrum assequamur, quoniam sit germen illud, quod post fecundationem pullulat, examinandum venit; postea quid per adventum autem seminalis huic germini adveniat, sedulò quoque erit inspicendum. Ad primum quod spectat, germen illud nihil aliud esse quam corpus animalis formatum existimamus, cuius partes in quiete positæ sunt, & eo modo affectæ, quo in corpore animalis mortuo, nullum detrimentum quoad sensibiles partes habente, eas esse concipiimus: cui in cordis ventriculis sanguinis effervescentia decet, ut non secus ac aliud animal vita plenum existat. Quocirca jam corpus animalis ex ovo oriundi in germine integrum cum omnibus suis partibus continetur, cui nihil aliud decet; ut sese conspicendum præbeat, quam ut partes ejus præparato succo nutritio apto ad sensibilem magnitudinem crescant.

XXI. Hic enim non opus est, ut nostram sententiam ulterius explicemus, quia satis clarè animo attentè legenti patet; quamobrem ab ulteriore ejus explicatione supercedendo, rationes quibus nititur in apricum dedusam.

XXII. Ac primò quidem si considerem auram illam seminalē esse corpus particulis exilibus, tenuibus, subtilibus & fermentativis constans: ovum vero, humoribus, germine & membranis constare impossibile est, ut adveniente aura:

Terminali corpus animale, omnium totius naturae corporum maximè compositum ex commixtione auræ seminalis cum humoribus ovi exsurgat, nisi in ovi germine omnes animalis partes quasi in compendio existant.

XXIII. Secundò aura illa seminalis varios motus solùm modò in ovo ejusq; germe excitare potest: jam autem quomodo, quælo, corpus animale, in eujus constructione tanta symmetria, tantus ordo, tantaque regularitas observatur, à motu confuso, inordinato, & vario quorundam humorum oriri poterit. Sanè si partes totius corporis animalis in ovo jam dispersæ existerent, id est, situ & unione sive cohaesione inter se carentes ac proinde omnino confusa, motus ille in ovo ab aura seminali produktus confusionem potius adaugeret, quam istantum ordinem, tantam dispositionem, & adeo regularem inter eas situm & connexionem conciliaret, ac post generationem animalis habent. Quod quum ita sit, non immittere corpus animale compendiosè in germe contineri assursum.

XXIV. Tertiò in seminibus plantarum, inter quorum corticem germe reconditur, plantæ illæ, quæ ex iis produci debent, jam compendiosè existunt; it solertiae naturæ scrutatores se microscopio conspexisse meminerunt. Jam autem si plantæ in quibus tanta symmetria ac in corpore animali non observatur, beneficio ejusmodi germinum producuntur, quare corpus animale eodem modo non fit? Si pyrus e. gr. fieri ex semine non posset, nisi in semine illo pyrus jam compendiosè existat? qui,

quælo, efficere potest, ut pullus gallinaceus ex ovo gallinaceo & non alio semper producatur, nisi in eo ovo jam compendiosè contineatur: Idem de ovis è quibus generatur corpus humanum dicendum venit.

XXV. His semel positis quid sit conceptio, & quænam sit ovi in testiculis existentis fecundatio explicatu perdifficile non erit. Quippe quum sperma virile in vaginam uterinam aut in uterus effunditur, aura seminalis statim exhalatur, & per tubas uteri tunc temporis testiculis applicatas ad ipsos testiculos pervenit, eos subit, pervadit, & ova in iis existentia penetrat, per totamque eorum substantiam diffunditur: si autem ex omnibus ovis unum occurrat, in cuius germinis corculo humor dispositus ad fermentandum cum aurâ seminali reperiatur, statim incipit ista effervescentia, quæ per producendi corporis vitam durare debet; & tunc mulier concepisse sive ovum fecundatum fuisse dicitur. Fermentatione illâ semel in corde inceptâ humores per vasa insensibilia illius animalis insensibilis circulare incipiunt: hinc circa ovum illud corpus glandosum informe productur, quod proculdubio à partibus ex ovo transpirantibus oriri solet, & quoniam nullæ partes transpirantes à parte ovi posteriore, interiori partem testiculi spectante, in auras abeunt, mirum non est si in ista parte corpus illud glandosum crescat, donec ovum è testiculo educet, & in tubam uteri deponat: neque etiam mirari debemus, si corpus illud glandulosum dum ovum complectebatur crescens, postquam illud amisit, singulis

MCG-

momentis decrementum patiatur, & tandem evanescat; quia ab ovo suum alimentum accipiebat; quum autem non amplius ovum continet, ipsi alimento deficiente, sensim & sine sensu etiam deficere & evanescere debet.

XXVI. Ovum ita fœcundatum per tubas Fallopianas ad uteri cavitatem pervenit: hic admodum augeretur humoris copia, adeo ut sub forma bullæ indefiniter incrementum patiatur; crescit autem pulla & amplior evadit, quia partes quæ per insensibilem transpirationem ex utero abire solent, per ejus membranæ poros transeundo, in eam ingrediuntur; ibi propter occursum humoris ovum sive bullam constituentis pedem figunt, & partem bullæ constituunt. Hinc sit quoddam primordium fœtus in omnibus animalibus bullam esse observaverint plerique inter peritores Anatomici.

XXVII. Quæ quum ita sint, in corculo germinis semper præparari credimus humores circulantes; hinc circa ipsum germen sit alia bullæ in medio majoris bullæ existens, quæ humore lymphatico repletur; membrana vero, quæ humorem illius interioris bullæ continet, amnion constituit; & illa quæ totam majorem bullam complectitur, chorion à medicis vocatur. Atque hunc esse ottum, tum humorum, tum membranatum fœtum involantium existimamus.

XXVIII. Præterea ex ista bullæ particulis quibusdam transpirantibus sive effluviis continuo exhalatis, generatur placenta uterina, ad quam postea vasa umbilicalia sese extendunt; hæc placenta generatio sit eodem modo, quo

superius corpus glandulosum circa ovum fœcundatum in testiculo generari diximus: partes enim illæ quæ per insensibilem transpirationem ex ovo sive bullæ abeunt, in uteri fundo condensantur, & in corpus, quod propter figuram placentam uterinam vocant, concrescant.

XXIX. Præparatis humoribus fœtus singulis momentis grandior fit, & post aliquod temporis spatium corculum ipsius sub forma puncti salientis sese conspiciendum exhibet; quod successu temporis cum aliis partibus continuo crescens de se venas & arterias emittit; hinc vasa umbilicalia sese in humorem primò extendunt, deinde membranas perforantes ad placentam uterinam usq; progrediuntur, quam deinde innumeris ramificationibus penetrant, & pervadunt in usum mox dicendum.

XXX. Fœtas robustior factus alimentum vitibus suis proportionatum requirit, præterea vasa sua umbilicalia in placentam emittit, qui in eam sanguinem afferendo, ejus substantiam nutrit & augent, ut ejus corpus crassius factum majorem copiam chyli à sanguine materno separet, qui chylus sub forma lymphæ membranas pertransit & intracarum cavitatem effunditur; isto chylo ore assumpto nutritur fœtus, non vero sanguine materno, ut haec tenus existimarent medici. Nam vasa umbilicalia in placentam non transeunt, ut ex ea sanguinem fœtui nutriendo convenientem deprömant, sed potius, ut sanguinem in fœtu præparatum ad eam deferant, ut nutritur & ad requisitam magnitudinem perveniat.

XXXI.

XXXI. Atque hæc est historia generationis corporis humani quæ propriè loquendo nihil est quam ortis in partibus requisitis fermentationibus ejus augmentatio: quippe jam totum corpus in germine continetur cum omnibus suis partibus, sed ita exilibus & subtilibus ut omnem sensuum aciem prorsus fugiant: jam adveniente aura seminali accenditur in corde ignis ille vitalis, qui nihil aliud est quam fermentatio & rarefactio humoris per cordis ventriculos transmutans: hiac succi nutricti fit preparatio, & humor fermentum ventriculi consti-tuens in illa officina cuditur; hinc crescit fetus & grandior factus sepe conspicendum exhibet.

XXXII. Peracta explicatione productionis corporis hominis, superest ut de productione illius mentis aliquid dicamus. Itaque non existimamus mentem humanam produci, eo modo quo corpus oriri superioris dictum est: quippe quem mens hominis sit res immaterialis, non extensa, & solum substantia cogitans, impossibile est ut eomodo oriatur ac corpus naturale: nullum germen est ex quo originem suam trahat, nihil in spermate viri, nihil in ovo mulieris existit, quod principium ejus internum constitutus; quo circa eam à Deo immediate oriri censemus; qui sibi hanc fægem imposuit, ut quotiescumque ordinario naturæ cursu generaretur corpus humanum, mentem humanam sive substantiam cogitantem crearet, quam creando illi corpori uniret, ut inde oriatur homo.

XXXIII. Inde colligere licet, corpus

sive generationem corporis esse causam productionis mentis tantum occasionalem; id est, esse causam sive occasionem, quæ Deum ad producendam sive creandam mentem invitat; non vero esse causam, quæ mentem producat, vel ex qua mens producatur.

XXXIV. Jam vidimus quænam sit origo corporis & mentis, quæ sunt dux illæ partes ex quibus componitur homo, nunc coronidis loco aliquid de compositione sive unione, utriusque illius partis dicendum est. Non existinamus igitur primò mentem corpori unitum iri per mutuum superficierum contactum, quæ unio corporibus solum est propria; quia quum anima extensio careat, superficiem habere nequit, ac proinde non potest tangi. Secundò unio mentis cum corpore in mutuo consensu voluntatum posita non est, quia ista unio spiritibus sive substantiis cogitantibus solum convenire potest, ac proinde corpori, utpote voluntate caranti, competere nequit. Sed unio mentis cum corpore in connexione quadam consistit, quæ inter affectiones corporis, hoc est, motus, & affectiones mentis, hoc est, cogitationes intercedit, qua ad certum corporis motum certa quædam in mente oritur cogitatio, & ad certam quandam cogitationem mentis, certus quidam in corpore oritur motus. Nulla enim alia est mentis cum corpore unio, & in ea connexione corporis motuum cum cogitationibus mentis, & mentis cogitationum cura motibus corporis consistit illa unio, quæ hominem constituit.

DISPU-

DISPUTATIO XXX.

De

CAUSA PARTUS MONSTROSI,

Nuperrimè natū, hujusque occasione de monstrorum
humanorum causis in genere.

RESPONDENTE

CHRISTIANO KURSNERO, Marburgensi.

Q. D. B. V.

§. I.

Monstruosus iste partus, quem non ita pridem sub cultro anatomico vidimus, maximā sui raritate spectatoribus admirationem, mihi stimulum peperit, & calcar subdidit, in veras hujus aliorumq; monstrorum inquirere causas, & in solidum hoc argumentum in Cathedra physisca sub examen vocare. Eum in finem præsentem exhibeo dissertationem, quā breviter ostenditur, quām facile ipsa etiam natura monstruos in generationis negotio committat errores, dum pulcherrimam & ab omni parte perfectam intendens machinam, vel inconditam & indigestam molem, vel deformē quoddam corpus, monstri quid alens, non raro producit. Sicuti enim artifices non semper opera perfecta edunt, sed spe sua excidentes sibi substituant, ita ipsa etiam natura subinde in operibus suis à scopo invita aberrat, & quandoque hic bonus dormitat Homerus. Contendimus, autem, hos naturæ defectus mechanicè in præsentiarum explicare, ne cum alijs necesse habeantur.

mus, causas non intelligibiles, è longinquo accertere, vel nescio cujus virtutis plasticæ graviorem accusare lapsum. Quod dum facio, spero fore, ut lector benevolus ea quæ dicturus sum, non solum castis & faventibus auribus sit excepturus, sed hallucinanti etiam eò facilius veniam sit datus, quo plures hoc in pelago exsurgunt scopuli, quibus de his Naturæ arcanis philosophatus impingere potest.

§. II. A Nominis explicatione exordior. Monstrum alii à monstrando derivant, quod vel aliquid monstraret, hinc Cicerο L. 2. de Nat. Deor. statim sub principium vult, quod monstra sint quedam præsensiones rerum, & quod hominibus ea quæ sunt futura quasi monstrerent, & deprehendent, adeoq; Dei sint monita, quibus de instanti graviori aliqua calamitate miseri terræ incolæ certiores redduntur, unde Poëta L. 3. Æneid.

Monstra Deum referto.

Vel quodab aliis ceu portentum aut prodigium quoddam cum admiratione ab hominibus monstretur, ea namque est hominis natura, ut si quid rarum vel in cœlo vel terra & præter consuetudinem

occurrat, alteri monſtremus. Adeo, ut SENECA dicit l. 7. quæſt. nat. c. 1. naturale est, magis nova, quam magna mirari. Sed nolo crambem hanc toties coctam hic in limine diutius apponere, neque sub litem vocare, an nominis hæc derivatio firmoſtet talo, cum ejusmodi bellaria Grammaticorum labris potius digna censeam.

§. III. Describuntur autem monſtra à physiſis, quod ſint corpora naturalia, à primario naturæ instituto propter aliquod impedimentum in cauſis circa originem degenerantia, nec ita frequenter ut cætera perfecta corpora exiſtentia, & videntibus ob novitatem, raritatem & deformitatem horrorem cum admiratio-ne adferentia. Vel Brevius: Quod ſint effeſtus naturales cum insigni deformitate à cauſa deficiente & aberrante producta. Vide Collag. Phys. EICHSTADI ip. m. 271 Theor. 18. & SPERLING. Phys. p. 207.

IV. Et quis inficiabitur dari monſtra in rerum natura, cum ea in triplici hujus univerſi regno quotidie oculis uſurpen-tur. Sua alit monſtra regnum vegetabile, & in Stirpium genere quandoque errores lapsusq; natura contingunt, id quod jam dudum ab Aristot. Plinio, Porta, Alpino & Scaligero fuit obſervatum. Multo tamen rarius vegetabilia hæc monſtra ſpe-ctantur, quod juxta EICHSTADIUM, in praecedenti theſi allegatum, plantæ ſimpliciorem naturam rudioraq; instru-menta obtineant, quæ crebrâ magnamq; peccandi occaſionem in natura vegetabili impediunt. Ejusmodi monſtrosarum plantarum iconibus recentiorum Physi-corum & Medicorum volumina ſuperbiunt, i nter quos videri merentur TULPI-
US in suis obſerv. Et NATURÆ CU-

RIOSI in Ephemerid. Si regnum mine-rale intremus, & mundum ſubterraneum contemplemur, quæ non monſtra ibino-bis fiunt obvia? Hic diversi ſucci metalliſi in monſtroſum coeunt chaōs. Alibi mineralia & lapides concreſcant & monſtroſam induunt faciem; ſepiū metallū à natura ſua degener factum in tertium abit, de quibus legi potest KIRCHERI mundus ſubterraneus. Non jam dicam de Pseudo-chymicis, quibus obſtetricanti-bus quandoque ex metallis non metallā fiunt, hoc eſt monſtra, cineres & terræ, dum nempe ſua dilapidant omnia pro lapide, ut venustè cecinit OWENUS l. 2. Epigr. 9. Frequentius ipsa etiam monſtra in regno animali obſervantur, quo-rum historias ego nunc recenſere ſuper-fedebo, ne illis, quæ ad ſatietalem jam dum ab aliis ſunt ſcripta, nauſeam & tæ-dium lectori pariam. Exempla paſſim apud authores occurruunt, quæ eleganti ordine à SCHOTTO in physica ſua curioſa per compendium exhibentur. Videbis ibidem monſtra acē ha'a, polycéphala, cum brachiis multiplicatis, manibus truncatis, pedibus anferinis. Monſtra bicorpora variis modis coniuncta. Infan-tes Cynocephalos, ſine collo, monoculoſ, &c. reperies aves monſtroſas, pifces monſtroſos aliaque innumerā.

V. Verū cum eo non tendat mea diſſertatio, ut catalogum monſtrorum exhibeam, quod ad cauſæ investigatio-nem nihil conſeret. Sed velitationis meæ ſcopus fit de gemelliſ monſtrolis fœmi-nini ſexu nuperrimè natis, quas hic delineatas cernis, verba in præfaatiarum facere, & in cauſas monſtrosorum par-tuum inquirere, in eo meam locabo operam,

operam, ut ostendam, quomodo monstroſi errores circa foetus humaniformationem in utero materno à Natura, vim aliquam à causatum externa tum interna passa, quandoque committantur. Quae cum vix intelligi possint, niſi quædam de natura seminis, de partium delineatione mechanica, & de gemellorum generazione, p̄miserim, faciam, ut hęc aliaque ad arduum hoc negotium spectantia, quantum per injunctam licebit brevitatein, prius proponantur, quò eò aclarius per viam magis expeditam scopum mibi p̄fixum attingere queam.

VII. Itaque quod seminis, ex quo corpore humano producitur, attinet naturam, puto rem hic longe aliter se habere, quam in regno vegetabili, in vegetabilium enim semine totum illud jam latet, quod inde germinare debet, ſic in semine cucumeris latet cucumis jam delineatus, in nucleo cerasi cerasus, in pinii pinus, &c. ita ut nihil novi postmodum generetur, ſed partes in ipso semine jam dum delineatae ob succi nutritii è tellure ſuppeditati adventum ejusque convenientem assimilationem in dies incrementa capessant, dum quælibet succi nutritii particula ob similitudinem configurationis eò quò secundū leges motus ire debet, tendit & apponitur, quæ omnia accuratissime tractatur à MALPIGHIO Italo & NEHEMIA GREW Anglo in *Anatomia vegetabilium*. Verum tale quid de semine humano dicere velle ridiculum eſſet, quis enim credet, corporis humani partes in semine masculino p̄existere? quis opinabitur, in semine muliebri fabricam totius jam depictam & adumbratam eſſe? cum neque ex semine masculino foetus producatur, ne-

que ex semine muliebri partium primordia prodeant, ſed tum demum generatio fiat, quando duo hi liquores genitales commiſcentur, & unum verum ſemen conſtituant.

VIII. Quamvis autem me non lateat, plures hodierno hoc reperiti tempore Philosophos & Medicos, qui conſtanter negent, non dari ſemen muliebre, illudque ceu figmentum quoddam ad Anticyras ablegent, non poſſimus tamen illis affenſum largiri, cum mulieres omnes habeant partes ſeminis generationi in viris dicatas, quas non fruſtra à natura datas eſſe, ſed eodem fungi munere exiſtimo, ita ut hęc opinio vix ulteriore videatur mereri refutacionem, cuius contrarium vel patribus familiis abunde ſatis innotuit, qui ſues per exciſionem testium & castrationem ulteriori proliferationi ineptas reddere nōrunt. Verum circa hanc ſententiam prudenter agendum eſt, ne madorema illū, quo muliebria frequentius humectantur pro ſemine habeamus, id quod multis imposuit, cùm verum ſemen extra uterum in ipso ovario recente diſiecto apud ſucciplenas reperiatur, quod non ſemel vidimus.

VIII. In utroque ſexu, & masculino & muliebri liquor hic genitalis ex subtilliore ſanguinis parte eaque, valde fermentescibili componitur, cui liquor animalis pondus ſuperaddit, & efficaciam largitur: Duo enim hi liquores genitales in mutuum abeuntes conformatum colligamentum illud conſtituent, à spiritibus animalibus usque adeò ideatum, ut omnium partium foecum conſtituentium rudimenta in ſini-

suo voveat. Ideæ illæ ope caloris admodum proportionati mediante fermentatione sensim se explicant, ita ut omnes partes à materia lactea per uteri glandulas cribrata paulatim secundum figuram semel delineatam augmentum suum accipiant, & quotidie increcant.

IX. Perinde etiam est, sive dicamus cum Neotericis generationem fieri ex ovo, sive ex colliquamento seminali. Quod enim alii semen in testibus mulieribus vocant, hoc recentiorcs ovum vel ova appellant, quia ipsum semen in innumeris Capsulis collectum asservatur, ova non obscurè amulatibus. Modum vero quo ova fecundantur & in ipsum uterum ad colliquamentum seminale constituendum delabuntur describit author Pan-sophiaæ Enchireticæ his verbis. Ovarium muliebre, dicit, feminis tam humanis, quam purè brutalibus competit & quod antiqui putabant esse testiculos mulieres seminales, modernæ Anatomia invenit vesiculorum aut globorum liquorem aliquem in se continentium esse congeriem, in quibus non aliter, ac ova gallinarum aliarumq; animantium, in ovario suo generantur: In magnis & præstantioribus animalibus, maximè vero homine videtur esse certus numerus, quæ naturæ puellæ in cellis suis generantur tot, quot paritura est mulier proles, hinc fecunditas mulierum, quorum plus lucis & sulphuris continentia masculino sexui, aquosiora fecundatio debentur. Quando autem mulier in membranis uteri titillationem concipit, mox lubricans liquor ex vagina prorumpens orgasmò libidinoso facit turgere mulierem, unde omnes partes ejus uterinæ spiritu seu tenuis-

simo vapore salino inflantur, ut ita in ovario spatium non sufficiat distensis ovis. Quare mox unum avellitur, aut duo, sed rarius, aut tria aut plura, sed rarissimè, & in uterum mulieris per tubas Fallopianas descendunt lentore quodam obducta. Verum res eodem recidit, si dicamus semen muliebre fecundari in congressu ab aura seminali virili: certum equidem est, crassamentum illud seminale, quod in arvum naturæ ejaculatur, nil nisi contagium ibidem expirare, quod per certos ductus ad ovarium muliebre sive testes evectum & semini ibidem in vesiculis delitescenti afflatum illud fecundat, hoc est, fermentescere facit, usque adeò, ut mole sua turgescens tandem (clapsis nempe aliquot diebus) in uteri ruat cavitatem, & hoc est quod colliquamentum superius vocavimus. Ex quo apparet seminis virilis partem subtiliorem habere se instar contagii, reliquum vero crassamentum cœi inutile terre pondus sub liquaminis forma ex ipso utero denuo foras eliminari.

X. Primaria itaque conceptionis causa erit fermentatio, à commixtione duorum liquorum genitalium introductory. Continua hæc inter partes seminis valde activas, lucidas & fermentescibiles, agitatio & concussio efficit, ut aliæ partes crassiores & magis terrestres versus superficiem & ad latera protrudantur, ibidemq; corticē quasi & pelliculam constituant, quo intra terminos & limites reliqui valde mobiles & facilius detineri possint. Hæc illa est pellicula, quæ postmodum grandiore jam facta fecunda scindinarum nomine venit.

XI. Interea aliæ partes subtiliores valdeq; activæ hoc est (acidæ & alkalicæ) ope materiæ mundi subtilissimæ sive primi

Ele-

Elementi tanto inter se invicem agitantur fervore, ut aliam & à priori longè dissimilarem acquirant texturam, & in figura, situ & magnitudine mirum quantum mutentur; Quæ enim antea sub vestimento candido & lacteo incedebant, nunc purpureum induerunt colorem, & punctum quoddam saliens constituunt, id quod est primum illud vivens & ultimum moriens, author & principium totius massæ sanguinæ. Quo ipso facile componere possumus item, hactenus de prærogativa partium motam; quod enim Aristoteles cordis tribuit, hoc merito sanguini acceptum referimus, viventi etiam antequam ulla alia pars solidâ sit delineata. Neque difficile est subitaneam hanc explicare metamorphosin, cùm in re chymica & domestica nil ferè frequentius sit, quam liquore ope digestionis & fermentationis rubicundo tingere colore, & fructibus antea albificantibus solius caloris ope rubicundam conciliare tineturam.

XI. Porro aliunr nunc proportionatae fermentationis deprehendimus in colliquamento effectum; Nempe in ambitu guttulae istius salientis, ramosa & irregularis figuræ partes à centro sui motus protrusa denuò coeunt, & frequentioribus subsultibus sibi invicem implicitæ prima parenchymatis cordis, quod rectius muſeulus diceretur, rudimenta constituunt. Verum cùm à subtilioribus secundum lineam rectam progredi conantibus vim patiantur, coguntur valde spirituosis & mobilibus transitum concedere, quæ alacriter quâ datâ portâ progredientes in superiori colliquamenti parte vesiculam producunt, ubi postmodum cerebrum generatur. Non poterant enim non partes istæ spirituosa in centro stare nesciæ

alias quasdam crassiores secum abriperè, quarum quædam ceu in torrente fieri solent ad latera in itinere depositæ tunicas constituent, quibus spirituosa istæ partes cinguntur & arteria postmodum vocantur, quædam vero emento jam destinato spacio, cum ad centrū regredi nesciant, cœrebrit, alibi vero partes cartilaginosas, carnosas & omnia reliqua viscera efformant.

XIII. Quippe cum singulis pulsibus ex arteriis partes quædam sanguinis egreditur, haec in coagulum abeuntas Hepati, in latere sinistro Lieni, paulo inferius renibus aliquique partibus ibidem sitis, immo ipsis etiam ossibus prima sua stamina suppeditant, cumq; ipsa fermentatio paulatim fiat fortior, particulæ molles & lubricæ tandem exhalant & dissipantur, reliquæ vero majorem duritiem acquirunt, quæ omnia usque adeò clara sunt, ut à quovis facile intelligi possint.

XIV. Sed videndum nunc est, quid novi circa cor contingat. Cum enim arteriae ibidem sint breviores, & sanguis recens rarefactus valde spirituosis adhuc existat, vix omnia fere possunt impetu. Verum pluribus praे fervore espumaantibus in maxima sui distensione transitum concedere coguntur, quæ bullas istas & cellularum congeriem, è quibus pulmones conflati sunt, compontunt; quorum fabrica à recentioribus ope microscopiorum depicta accuratissimè huic fabricandi modo responderet.

XV. Deinde ipsius cerebri mentis metropolis admiranda structura sese nostris subicit oculis. Diximus autem ejus infantiam, sub exigua quadam vesicula latere, hujus enim partes aquosæ oppido liquidæ, vel saltem non adeò viscidæ, à spiritibus animalibus continuo eas per-

meantibus dissociantur quidem ac divelluntur, quæ tamen ob nimiam lubricitatem statim collabuntur, ita ut nulla interstitia firma nec stabiles pori in primordiis generationis ibidem formari possint. Ast quamprimum partes istius vesiculae viscidiores & crassiores cranium & meninges seu mœnia ipsum cerebrum cingentia constituerunt, reliquæque interiores spissiores factæ semel elevatae, constantem talem inter se servare possint situm & ordinem, nec amplius collabuntur, facile quidem fieri potest, ut spiritus animales à cordis motu propulsi ad superficiem excurrant, sed cum ob duritiem meningum & craniï reflectantur, ita ut vel per eandem regrediantur viam, eademque legant vestigia, quod tamen impossibile videtur vel novas sibi adaptent vias valde obliquas & interruptas, necesse quoque est ut poros etiam valde intortos & tubulos interruptos efforment, id quod forte in causa est, quod cerebri cortex cineritum præ se ferat colorem, magis ad nigredinem ob radiorum luminarium in illud iuidentium suffocationem vergentem. In interioribus autem cerebri partibus res aliter se habet, cum enim spiritus animales quaqua versum secundum lineas rectas obvolvit, partes cerebri nunc spissiores factas facile propellunt & in medio earundem ingentem cavitatem quam cerebri ventriculos vocant extrahunt, id quod eo facilius fieri ibidem potest, quo plures eos in loco reperiuntur arteriæ, spiritus majori in copia advehentes.

§. XVI. Majorem autem difficultatem deprehendo in explicando, quomodo venæ & vasa lymphatica generentur, cum per illa vasa humores non evanescant à centro, sed revanescant. Itaque observari

velim, vasa illa ex partibus chylosis efformari, videlicet quando sanguis in primordiis generationis à centro ad superficiem colliquamenti tendit, eo ipso momento partes chylosa per uteri glandulas cribratae ejus locum occupare contendunt, cum impossibile sit, dari in rerum natura vacuum; Chylosæ ista striæ toto vitæ decursu sibi invicem connectuntur, & tunicas istas efforment, quæ postea sua peculiaria fortiuntur nomina.

§. XVII. Ita enim res sese habet in corpore nostro, ut quoties in aliqua corporis regione cavitas reperiatur, toties cogitare debcamus, in prima generatione aliquid continuo ibidem oberrasse, quod impedimento fuerit, quo minus parites coäluerint. Sic ipse canalis intestinalis suam inde nactus est cavitatem, quod chylus ore assumptus parietum colapsum impediverit, qui ad latera protritus ipsa quoque vasa lactea fecit pervia.

§. XVIII. Quibus præmissis non amplius difficile erit, cæterarum etiam partium generationem, quantum quidem per nostram imbecillitatem licebit, delineare. Sed cum paucæ hæ pagelli operi huic absolvendo non sufficient, quo plura enim dicentur, eo plura dicenda occurrent, hinc vela contraho, præsertim cum ea quæ forte non attigi, tum ex Nobilissimo Naturæ Cultore DES CARTES in Tr. de Fœtus formatione, tum ex subtilissimi CRAANII Theoria facile hauriri possint.

§. XIX. Hoc unicum adhuc addo, quod motus iste particulatum, qui hoc in negotio omne fert punctum, & totius rei caput est, non sit infinitus: Omne enim corpus semel motum, tamdiu moveri pergit, donec ab alio impediatur. Atque quo

quo sanguinis particulae longius à centro ſuī circuli quem dſcribunt recedunt, eò plus de ſuo amittent motu, hinc circa ambitum colliquamenti ſanguinis partes yaldè induratæ, vel etiam petrificatae, quales ſunt oſſæ, reperiuntur. Imò ipſa cutis, qua fœtus cingitur, nullo alio generari potest modo, quam illo, quilegiibus naturæ eſt accommodatus.

§. XX. Jam ſi generationis negotium tanto instituitur appetitu, quomodo quælo gemelli generantur? ut itaque ordinis habeatur ratio, paucis de ipsorum formatione quoque agam. Quæritur autem apud Naturæ ſymmiftas, an gemelli in unico congreſſu concipi posſut, an verò ex ſuā fœtatione ſuos trahant natales? De hac peculiarem olim ſcripſit tractatum HIPPOCRATES, & eam ſequentibus verbis dicit: *Superfœtant*, dicit, part. 2. p. m. 645. §. 2. mulieres, quarum ſtomachus i. e. uterios, poſt primum conceptum non clauditur ita valde, idque apparentibus signis conſtat, clauditur autem poſt ſuperfœtationes, que posterius in ſuper pariuntur. Si ſuperfœtatio nondum partum diſcriminationem habeat, ſed caro ſit, non quidem intumescit, ſed putreficit, donec ex utero exeat. Ex quibus conſtat, in ipſo utero fœtu jam gravido nihilominus novam fieri poſſe conceptionem. Verum eo ipſo nondum evincitur, gemellos ſuperfœtationi acceptos ferendos eſſe, quicquid etiam hic in contrarium dicat PLINIUS, qui ut ſuam vendicet ſententiam nempe impoſſibile eſſe, gemellos in uno congreſſu concipi, ſed unum ex his quoad conceptionis terminum altero neceſſariō fore priorem, argumenta quædam in ſcenam introdūcit, à formæ externæ diverſitate deſumpta. Videlicet natos eſſe dicit

gemellos, quorū unus parenti, alter adultero ſimiſis erat, quo ipſo obtinere vult, gemellos non in uno concipi coitu. Verum noui videtur opera eſſe pretium, his argumentis refutandis immorari, nam poſito tale quid aliquando factum fuſſe, nequaquam tamen evidenter concludere licebit, in diversis congreſſibus hos gemellos fuſſe concéptos, cum facieſ ſimiſitudo aut diſſimilitudo potius imaginationi in ſtupendo hoc naturæ opere effacienti, ut paulo poſt videbimus, trien- da ſit.

§. XXI. Vero ſimiſius videtur, auram genitalem duo ova uno codemque tempore & uno in coitu fecundare, quæ vel per unicuſuſcendens ad ovarium canalem ſuō fungitur munere, vel in bivio conſtituta per utrumque ipſis testibus afflatur: Quod ſi tunc accedat fermentatio proportionata, & pro rei conditione ſufficiens concedatur ſpatium, gemelli generantur corporis & animi conſtitutione ſæpius ſibi ſimiles. Mira profectio ſæpius reperitur inter illos ſimilitudo, ſpecie, vitâ, morib⁹, aliquando enim dura alijs ridet, flet aut agrotat, alter etiam lætatur, aut morbo tenetur aliquo. Vid. Doctiss. Philof. Schmid. diſſertat. de gemellis. Quod ſi unus poſt alium concep- peretur, non video, quomodo ambo perfeeti & vitales uno tempore naſci poſſent. Et quid multis opus eſt. Bruta marem vel ſemel admittentia noſc ſæpius gemellos pariunt? Neq; tamē inficiamur ipſam ſuperfœtationē, utpote quæ ex cauſis, Medicis magis quam Philosophis notis, continere potest, de qua, ſi ſit officii tui, legi meretur Mauriceau de morbis gravidaū.

§. XXII. Atque ſic luce meridiana erit clarius, corporis nostri conſtitutionem & or-

& ortum non à fortuito atomorum vel particularum confluxu dependere, multo minus illud sine ullo consilio ex accidenti quasi è variis corpusculis combinari, quod impium effet & blasphemum: Quis enim erit ingenii adeo vefani, ut hic Dei digitum agnoscere nolit? Quis adeò stupidus, ut non videat elegantissimam hanc machinam juxta constantes leges naturæ ab ipso Deo, qui est Deus ordinis latas construi. Re& Scriptor Romanus Seneca dicit: Hominem non esse tumultuarium & incogitatum opus: Nam inter maxima serum suarum Natura nihil habet, quo magis gloriatur, aut certè cui gloriatur. Cogitavit enim nos ante Natura quam fecit: Nec tam leve opus sumus, utili potuerimus excidere. Nullam hic sibi vendicare potest potestatem Archeus, vis plastica, vel nescio, quæ virtus inlita. Author Naturæ ut ubique ita hic claves tenet, omnia gubernat & suū cuiq; tribuit. Unde non possumus non mirari, quod præstantissimi quidam Philosophi ausi sint, summam divinæ providentia sapientiam, quā in pulcherrima hominis fabrica exhibuit sumus omnium opifex, præfactè negare. Et condonare quidem possemus poëtis ingeniorum suorum lusus, quando nunc è laxis à Deucalione & Pyrrha post terga actis homines natos fuisse canunt: nunc Jovem precibus Ænei filii viriq; optimi comotum formicas, quæ in añosa queru vagabantur in homines mutavisse, dicunt, Vid. Metamorph. Ovid. l. 7. Quis enim talia Poëtarum portenta credet? Verum cum nec ipsi Philosophi meliora attulerint, nec alias profecto quām Poëtæ fabulas finixerint, operæ erit pretium sententiam illorum paucis cum Celeberrimo Parckero, refellere. Nemo verò uberior

fabulas has enarravit quam Diodorus Siculus & Censorinus. Faëre qui sempiternum hominum genus extitisse statuerunt. Alii hominem è terra fortuitò & sine Architecto prodigiis referunt, in qua, cum mundi initio mollis & lutosa fuerit, atque post inflatam ac quasi fermentatam solis calore superficiem, pustulæ quædam subtilibus pelliculis circumdatae intumuerunt, è quibus tandem, cum maturum accipissent incrementum, omnia animalium generatione etuperunt. Cum vero Terra subinde magis ab igne solis constipatur, nihil amplius majorum animalium in vitam producere potuit, sed ex mutua coimixtione singula generari coepérunt. Censorinus autem reptitis prius Poëtarum fabulis, de die natali l. 1. c. 4. sic porigit: Quidam ex ipsis sapientia Professoribus nescio an magis monstrosas certè non minus incredibiles rationum suarum proferunt opiniones. Anaximander Milesius, videris sibi ex aqua terraq; calefactis exortos esse serue pisces, sive pisibus similia animalia, in his homines concrevisse, factusq; ad puberatatem iutus retentos, tunc denum ruptis illis viros mulieresq;, qui se jam alere possente processisse. Empedocles autem primò membris singula ex terra quasi pregnante, passim edita deinde coisse, & effecisse solidi hominis materiam igni simul & humori permixtam. Hec eadem opinio etiam in Parmenide, pauculis ab Empedocle diffensis. Democrito vero Abderita ex aqua lima q; primum visum est homines procreatios. Seu (uti refert Lactantius) Vermicularum modo de Terra, nullo duobore, nullaq; ratione effusos. Nec longè secus Epicurus. Is enim credidit, limo calefacto uteros nescio quos radicibus coherentes, primum increvisse & infantibus ex se editis ingenitum lactis humorē materiam ministrante

Prantem prefuisse, quos ita educatos & ad ultos genus hominum propagasse. Id quod quoq; cecinit Lucretius.

Crescebant uteri Terra radicibus apti &c. usq; adeò delitarunt Philosophi non vi-dentes, quod si hominū genus ab æternis seculis genitum esset, factum id esset, vel à causa rationis compote, quam Deum ap-pellamus, vel experte: sed quis crebet, membra singula primū è terra edita fuisse tum deinde in corporis humani figuram coivisse? At quo semine orta sunt, aut quis eujusq; membra fabricationem perfecit? Quis enim in brachio tam comodè mu-sculos extruxit, ut omni motu rationi in-servirent? Quis ejus extremitatem in digi-tos distinxit? Quis digitorum internodiis mu-sculos perforantes & perforatos in-seruit? Atque cum è terra emergerit, cur potius huimero se applicuit, quam capiti aut coxendici. Et deniq; qui cum magno illius osse articuletur? At tam excors esse nequis, qui credas singulis membris vitam aut motum aut quamvis functionē inesse posse, antequam totius fabricæ aptentur. Sed si nos è mari emersisse dixeris? Intu-ere quæso humani corporis fabricationē, intelliges, illud nullo modo sine opifice extrui potuisse. Quorsum itaq; fabulas fa-bulis accumulare pergas? Cur enim non ab initio terræ incolæ gignantur. Novum monstrum est, ut è beltiis aquatilib⁹ fiant terrenæ, atq; ut pisces dum Terræ se assue-fent, tandem in homines mutentur. Sed quid de Epicuro dicemus, homine, qui omnes vita rationes in ipso posuit ven-triculo, nec unquam cœlestis felicitatis sedem explorare cogitavit. Mirum quod non crediderit, infantes in hortulis na-sci, vel ex puteo extrahi, ut nobis pueris nutrices persuasissime memini. Tu verò De-

mocrite, quem non modò virum doctum & acutum, sed & anatomicis dissektioni-bus maximè exercitatum ajunt, tu inquā qui omnium animalium viscera inspecxi-sti, tu qui venas, qui medullas, qui abditas quasque partes perscrutatus es, nihilne tu videre poteras, quod opificis rationem efflagitaret? An quid imprudenter, quid non concianè, quid non affabré, quid nō optimè constitutum reperias? quid quæso in corpore humano sunt machinæ, quam præclara cujusque partis officia, quæ in-numerabilis partium varietas, quantus organorum apparatus, quæ congrua sin-gulorum magnitudo, figura, situs & dis-positio, quam apta ad invicem connexio, ut tametsi tot innumera concurrant or-gana, tamen tantum abest, esse alterum alterius impedimento, ut quodque mutuo eujusq; auxilio adjuvetur. Quid ergò Ar-tificis solertiam laudare posset, quod in hac summa machina non reperitur? Quid tu ipse desiderares? An elegantiam, an utilitatem, an varietatem, an symetriam? dicas ergò qui tu ipse quicquam nisi in deterius imutare possis. Quod si in mundi initio locis quibusdam paludosistumores sive uteri quidam è limo calefacto incre-verunt, quibus tandem perruptis omniū animantium genus etiā & homines editi fuerunt. Curid solo mundi initio? Cur non postea? Cur non hodiè? Cur quæso tam subito deferuere naturæ vires, ut quæ primo seculo omnia animalium ge-nera procrearet, omnib⁹ quæ secuta sunt, nulla posset. Quæ enim sponte (ut ipsi opinantur) insectoria, arbores, plantas atque id genus alia genuit, nunc quoque eadem gignit: Cur igitur in homine tantum de-ficeret, ut per tot seculorum series, nullū sui operis vestigium, specimen nullum

exhiberet. Neque solo in homine, sed in omnibus aliis animalium speciebus ob-
torpuit vis illa procreatrix. Num enim non mirum videatur Equos, Bovos, Ele-
phantes, aliaq; immensæ molis animalia
adèò ubertim è terra olim effundi, pertot
tamen seculorum series ne quidem aut
felem, aut canem, aut passerem inde eru-
pisse. Sed nugæ hæ vix dignæ sunt, ut o-
perosius refutentur. Nulla enim ratione
nituntur, nulla experientia confirman-
tur, sed se solâ impudentia & anicularum
superstitione tuentur.

§. XXIII. Delabimur nunc ad eam
quæstionem, an infans in utero materno
sui sit juris, & propriam vivat vitam, an
verò ita subiectus sit matris imperio, ut
quasi unum totum cum illa constituant, &
non nisi in lucem editus proprias suas
functiones exercere possit? Ita enim vul-
go statuunt matrem & infantem unam
vivere vitam, cùm videamus, quod fœtus
mediante placenta uterina utero firmiter
adhæreat, & ceu alia corporis pars omnē
suam vitam, & alimentum à matre hau-
riat. Ut non malè dixerit SENECA, ma-
xima beneficiorum esse, quæ à parentibus
accipimus, dum aut nescimus aut nolu-
mus. Verum enim verò, cum primò duo
distincta videamus corpora, matris vide-
lacet & infantis. Secundò duæ quoque di-
stinctæ mentes adsint, quarum una juncta
est corpori matris, altera corpori infantis,
non video, quomodo communis hæc vita
solidè demonstrari possit. Nonne enim
sæpius experimur, matrem in partu extin-
gui, fœtum autem salvare. Et ipsum infan-
tem in suo ergastulo quandoq; exspirare,
ipsa matre manente salva & superstite?
Varia profectò nativitatis posthumæ pro-
stant exempla, tum apud antiquos, tum

apud recentiores, in Florileg. Var. Epi-
gram: L. 3, c. 12, n. 42, de tribus narra-
tur liberis defuncta matre editis. Exempla
recentiora suppeditant SCHENCK. &
MARCELL. DONAT. Raram illam
historiam, Bruxellis olim agitatā & Medi-
cis propositam, describit BARTHOL.
in Attis Haffniens. quæ vide. Attamen
hæc non tollunt mutuum istud, quod ex-
ercent mater & fœtus, commercium, id
quod in his potissimum consistere existi-
mo: (1.) Quod uno eodemque alimento
nutriantur. (2.) Quod spiritus matris im-
pressionem facere possint in sanguinem &
humores infantis. (3.) cum graviores ani-
mi passiones matris certa comitetur spi-
rituum radiatio, non potest hæc infantis
spiritibus imprimi, ut non insimul illa,
invitâctiam matre, infantis comunicetur.
Nam si porro attendamus, quam facile certi
motus certis cogitationibus alligentur, &
quod certos motus certa in mente sequantur
cogitationes, omnis in posterum sublata
erit difficultas, in explicandis naturalibus
illis aversionibus & inclinationibus, qui-
bus multi à prima nativitate sunt obnoxii,
dum caseum vel feles usq; adèò averfan-
tur, ut vel ad conspectum, vel ad odorem,
graviori animi deliquio corripiat. Imò
si insciis caseus ingeratur, sp̄ritus brevi
post tantâ exardescunt ferociâ, ut post
multas anxietates, tandem hemorrhagia
narium exoriatur. Ita in contrariū nitun-
tur spiritus, ut ipsi etiam humores limiti-
bus suis coerceri nequeant, sed qua data
via cum impetu prorumpant. Neq; enim
in nostra est potestate, turbas illas, vel
impedire, vel tollere, sed quoties simili-
les in corpore nostro carent motus,
toties eadem recurrent cogitationes,
sive inde oblectamentum, sive tedium

vel molestiam olim perceperimus.

XXIV. Sed redeundum nobis est in viā, unde digressi sumus. Tot autem statim in limine de causis monstroū sese offerunt sententia, quorū ferè in rerum natura sunt monstra, quae, censente SCHOTTO, quandoque ipsis monstribus sunt monstratores. Nobis impræsentiarum sermo erit de Monstris, quae ex causarum naturaliū serie prodeunt, illa enim quae ceu ostenta & prodigia à Theologis soli Dei voluntati immediate, malitia dæmonum, aut magorum incantamentis adscribuntur, ad nostrum forum non spectant. Egregie DANÆUS part. 2. Phys. Christian. p. m. 6. Totius formæ internæ depravationis causam duntaxat unam esse dixerim, ipsum nempe Deum, qui immediate talia portenta in ipsa rerum natura edit ac existere vult, tāquam magna ira suæ in hunc orbem indicia, & ipsius etiam generis (in quo talia monstra nascuntur) ludibrium & apertum despectum & contumeliam: hujusmodi monstra quædam accidisse in populo Dei nusquam commemorat S. Scriptura. Josephus tamen l. 7. de Bello Judaico cap. 12. unum accidisse recitat. Inter suos autem sēpe apparuissē scribunt ipsis profani, imprimis C. Sueton. in libello de prodigiis. Formæ verò externæ deturpationis in monstribus duplex est causa, Deus quidem ipse velut suīma & remota causa: Deinde causæ quædam naturales: Et quamvis tanta harum causarum possit esse varietas, quanta fortè monstrorum, conabimur tamē potentiores & frequentius occurrentes in mediū proferre, sive deformitas illa in partium excusa, sive in earundem defectu, sive in mala conformatione aut etiam insolito situ stetere. Antiqui Philosophi hic seminis tum

copiam tum inopiam frustra accusant, dicentes, seminis defectum facere, ut fœtus aut non omnia necessaria nanciscatur membra, efformeturq; sine manibus, pedibus, brachiis, cruribus, naso, capite &c; aut eadem membra non pertingant ad debitam magnitudinem. Abundantiam verò & superfluitatem facere, ut fœtus vel plura acquirat membra, aut sex digitos, tres aut quatuor manus, pedesve, duo capita &c. vel solito majora. Quorum opinio labili innititur fundamento, cum ex spermate virili tanquam materia partes corporis humani nequaquam generentur, ut jam supra ostendimus. Idem sentendum est de vitiosis seminis qualitatibus in crassitie & fluiditate, dum existimant, virtutem genitalem ac formatricem in crassiore spermate ita obrui, ut formatio fœtus minus commodè famulari queat. In molliori verò ossa, nervos, venas, arterias, aliasque partes solidiores efformare non possit. Præterquam enim, quod terminos non intelligibiles audiam, hoc etiā obstat, quod hujusmodi vitiosa seminis qualitas sterilitatem potius inferre deberet, & conceptionem impedire, quam ut partes solidæ inde formari possint.

§. XXV. Rectius itaq; alias accusamus causas, quarum prima nobis erit fermentatio formationi fœtus non proportionata. Nempe quatenus vel in excessu vel in defectu peccat. Seu (quod idem est) quando vel nimis aucta est, vel nimis immunita. Sienim fermentatio ob particularum fermentescibilium, tum in toto sanguine, tum in humoribus & ipso colliquamento in utero contentis, copiam nimis aucta fuerit, facile fieri potest, ut particularum colliquamenti seminalis ordo turbetur, vel planè pervertatur, dum

partes tanto cum impetu ſursum deorsum vibrantur. Quandoquidem tumultuarius ille motus plures partes de ſtatu ſuo deturbat, quæ alii fortioribus occurrentes in moṭu ſuo præpediuntur, ut tot informandis partibus committantur errores, dum quædam, quæ debebant eſſe diuiſæ, monſtrosè combinantur, alia verò quæ eleganti conneſſione in unum abire debebant, ſeparantur. Unde abunde ſatis demonstrari poteſt, homines quosdam na‐tura ſua proclives eſſe præ aliis, ut foetus vel imperfectos vel monſtrosos generet.

§. XXVI. Quod si fermentatio plus juſto ſit imminuta, id quod fit ob ſanguinis viſciditatē, & ſpirituū crassitiē & inertiam ideæ ſeminaleſ ſeſe convenienter explicare neſciunt, neque quælibet particula convenientem ſuum obtinere poteſt ſitum, quo admifsō, na‐tura vel in‐vita aberrabit à ſemita, & foetus man‐eum & muſulum eſformabit.

§. XXVII. Imprimuntur autem ideæ eo ipſo quo aura genitalis ſemen muliebre imptagnat, quod ſi poſtmodum odo ille ſemel introductus ob cauſas in pri‐oribus theſibis enarratas, turbetur, na‐tura ſpe ſua excidet, ut vel plane nihil, vel incuditam & deformem ſpeciem genereſ. Veritatem aſſertio‐ni hujus non parum con‐firmant ova ſubventanea dicta, quæ ob auræ genitalis defectum ad genera‐tio‐ni negotium inepta ſunt, quamvis con‐venienti calore incubantis gallinæ fo‐veantur. Verum ſi mediante congreſſu cum gallo idearum congeries introducatur, ova autem poſtmodum fortiter con‐cutiantur, ſtatiū ſterilia & effeta ſient, nūlam aliam ob cauſam, quam quod per illam agitationem ordo deſtructus & cha‐

racter idealis anteā impressus extinc‐tus ſit. Solet enim na‐tura lento gradu in ge‐nerationis negotio progredi, nec uno quaſi ſpiritu partes producere, ſed unam poſtaliam eſformat, id quod jucundo ſpe‐cāculo videri poteſt in oviſ incubatiſ, ſi ad MALPIGHII vel STENONIS imi‐tationem quotidie perlustrantur. Simil‐lem ordinem obſervavit etiam JACO‐BOEUS in ranarum genetiſ, quam laudabi‐li curioſitate deſcripſit in actis Haffni‐enſ. anni 73. p m. 109.

§. XXVIII. Secunda cauſa eſt conſtant aliquid imaginatio matris, quæ ſa‐pe abſurda, peregrinaſ, penitusque monſtrosaſ formas, quas mente volvit, foetiū im‐pri‐mit. Id quotidiana conſiſtat experientia, nec opus eſit eam multis, teſtimoniis & exempliſ roborare. Lento autem gradu ſua ludit drama. Quando enim gravida horrendum quoddam objec‐tum atten‐tus intuetur, vel trajici alicuius cauſus fre‐quentius recordatur, ſpirituſ animales conſtantem nanciſcuntur radiationem, graviori animi paſſioni conju‐nictam, quæ mediante ſanguine & humoribus circu‐lantibus à matre in infantem tranſlit, ut non ſolum infantis ſpirituſ animales in ipſo cerebro eandem fuſcipiant radiatio‐nem, ſed etiam ſub tali cursu forma extra cerebri pomceria ad eam excur‐rant partem, ſive jam formata ſive adhuc iſfor‐mandam, de qua gravida ſedulō cogitavit, ipſiſq; peregrina & monſtrosaſ figuram imprimunt, dum chyloſas particulas parti‐formandas apponendas eo uſq; torquent & turbant, donec ſeſe ad concepta ima‐ginis modulum composuerint.

§. XXIX. Alii conantur hanc cauſam de ponte dejicere, ceu minus vali‐dam,

dam. Si tantum, dicunt, potest imaginatio, quantum posse nonnulli ariolantur, huic quantam fenestrā ad monstorum generationem patefaciemus? Nulla dies, nulla hora, nullum momentum absque alicujus monstri ortu transfigetur: quæ tamen tam de raro visuntur, ut non ob aliam causam tantam nobis admiracionem incutiant: In quot enim absurdā, Deus bone, labitur in horas & momenta prægnantium imaginatio. Verum telum hoc plumbeum facili negotio infringi potest. Non quævis imaginatio infensa est foetui, sed constans cum attentione & graviori animi passione, quibus circumstantiis positis, non potest non infans ob rationes in priori thesi adducetas graviorem aliquam inde accipere plagam.

§. XXX. Tertiam causam (quæ tamen à priori non multum differt) dicimus esse subitaneum aliquem & insignem terrorē, à rei alicujus insolita aspectu conceptum cum vehementi & animi & corporis perturbatione. Hæc fulminis instar corpus percellit, & ob spirituum agilitatem celeri pede suo fungitur officio. Cum enim spiritus animales habeant in matre corporis continui rationem, quamvis ex se & sua natura sibi saltem sint contigui, in momento quasi radiationem semel suscepitam tenero infantis corpusculo communicare possunt, idem quæ sigillum spiritibus animalibus imprimere, ut leges formationis foetus in utero prævaricentur, ipsamque naturam, in evolvendis ideis nunquam otiosam, in opere suo turbent, & in errores precipitent. Nolo jam varia recensere exempla, qua passim tum apud veteres, tum apud recentiores sunt obvia.

Ad

manus sunt quæ propriis his vidimus oculis, aliaque noltro hoc tempore à viris integræ fidei sunt suppeditata testimonia omni exceptione majora, de quibus in Tom. 1. *Zodiac. Gallie.* prolixius agitur. Hæc vice unico contentus ero exemplo, quod Celeberr. BORRICHIIUS in juvencula non ita pridem observavit. Quæ cum quarto gestationis mense aream palatii Regii incauta perambularet, conspexit ad pedem Byrlæ egenum mendicato vivenem qui ut miseria sua misericordiam transcuntium evocaret, truncam manum suam & pedem mutilum late ostendit, juvencula viso infeliciter ostento ita cohorruit, ut domum revertens marito tristitiam inde conceptam significaverit, & de trigore dorsi circa os sacrum conquereretur. Ille frigidulam auram, viæque longioris molestias cauſari & alia atque alia latitiae argumenta conquirere, ut erat sagax & non inscius futuri, si imaginatio constantius uxori adhæresceret. Quid multis? perit tandem facti memoria, & animus gravidæ à solitudine revocatur ad quietem. Interea ex horariâ speculatione turbata foeminæ imaginatio eas jam in embryone duxerat lineas, eos signaverat characteres, qui totis sex mensibus nescirent obliterari. Prodiit enim justo tempore misellus infans, & easdem infelicitates, manus pedeque, quas in mendico spectaverat mater, in auras vitales secum exportavit.

§. XXXI. Cæterum, si de agendi quærat modo, cum valde intricatum esse, nemō non dixerit. Praesertim cum authores in tot diversas abeant sententias, ut quæ in tanta viarum multititudine eundum sit, meritò dubitetur. Sunt quos non pudet

suam confiteri ignorantia, cum sapientia pars sit quædam æquo animo nescire velle. Alii saltem in refellendis aliorum ratiociniis suam impendunt operam, interim nullas alias præter jam excogitatas rationes in medium proferunt, verentes, ne in ardua hac imaginacionis virtutum reddenda causa, dum ab aliorum judiciis recedere volunt, in novos errores impingant, atque idem illis contingat, quod Æmilio Parisano accidisse fertur, de quo in *campo Elysio* jnund. quæst. p.m. 637. Is argumentorum vi devictus ex eo quod imaginatio in præsentia objecti non operetur, nec Ens rationis solùm species intentionales & immateriales per imaginatione repræsentatae aliquid operari possint materiale, ut stigmata sunt, quia materiale ab immateriali produci non potest; credit nec per visum, aut auditum, aut aliter à memoria vel phantasia conceptas aut repræsentatas species aliquid simile in fœtu producere posse: quare statuit materiam realem necessariò dari debere, quæ contractis in fœtu notis causam exhibeat; illam verò non aliam esse quam vaporosam substantiam à concupitis rebus elevatam, quæ per olfactus organum obrepatur, simulq; una cum speciebus concupitæ rei adjunctam appetriçem movere, deinde cum spiritibus & sanguine ad jecur pervenire, sed tamen illic explodi tanquam ad illius usum non conducat, quare ad communem cloacam, nempe uterum pectrudi, unde tandem signaturæ veram & materialem substantiam præster: sicque ex uno absurdo in aliud incidit.

s. XXXII. Qui HEMONTII imbuti sunt principiis, primas hic deferunt animaliæ sensitivæ matris, ita tamen de hoc lo-

quuntur negotio, ut vel intelligi nolint, vel non possint: Audiamus authorem Pan Sophia Enchireticæ. Quando mater inquit p. m. 277. fortiter apprehendit aliquam rem cum desiderio habendi, sic anima matris in se ipsa phantasticè format sibi figuram rei desideratae, ab illa cogitationes non removens, similemphantiam in anima infantis suscitat, & quia hoc phantasma infantis Archeum in formatione format & commovet, ab hac liberari se satagens, illam non potest, quamdiu mater simili cogitationi inheret & infantis anima insit adhuc brutalis appetitus. Idcirco si tum mater in cogitationibus hærens aliquam partem sui corporis tangat (nam ex toto corpore matris anima sensitiva in uterum radios corporcos emittit, qui membris infantis correspondent, & proprietates, defectus, aliq; mala membris infantis invenit) in similem corpusculi sui partem anima infantuli formam istam excutit & illa ita suamphantiam liberat & corpus unum desiderii Matris portat, ille vero pergit in suo opere. Ast mirabilius illud, quod mulier quadam fœtum grandisculum utero gerens dum semel decapitare quandam hominem vidisset, valde territa in deliquio cecidit, enixa paulò post infantem cui caput erat abscessum. Caput autem ex utero non exivit, nec mulier molestiam in utero ullam habuit, signo certo, quod caput infantis non restiterit in utero. O admiranda res! cuius rationem dare difficile, dicimus tamen, pergit præfatus author, vi nostræ doctrine, facile id fieri potuisse. Nam cum mulier gerens utero in decapitatione facta à carnifice fors sumمام habens complacentiam, desiderium (scit pregnantibus nihil novi, absurdissima appetere) accepit aliquid decapi- tandi, etiam forte sui proprii in utero infantis. Quare in tali desiderio ideam gladii fabri-

fabricavit & tangens uterum, quo loco caput infantis erat, manus, ideam gladialem collo infantis incusse, & caput demessum, sicut si pyrum desiderasset, & Pyri formam collo apposuisse. Quod vero caput abscederet, non vero gladiis formam expresserit, ratio est, quia desiderium erat infantis caput abscindendi, idcirco gladiis idea non solum ad collum sed per collum transserit. Quod autem caput nullibi repertum, id quoque matris phantasia adscribi potest, que caput a se decollatis infantis nolens reperiri nec nosci, cuius cadaver esset, caput in atomos resolvit, que cum lochis mulieris exierunt. Haec tenus ille.

§. XXXIII. Non multum ab hac ablutit sententia authoris Zodiaci Medic. Gallic. p. m. 60. Omne animal vivens, dicit: ex substantia spirituosa, id animante, & materiali anima a consuac: amba ergo ha substantia ipsius sunt principia constitutiva, quorum ad generationem equalis concursus esse debet. Eo ergo momento quo mulier concepit, pro rato habendum, utero illius animam contineri informatrice vi præditam, & materiam formæ capacem. Hac porro anima cum quodam modo uniatur, simulq; ad generationem cum mulieris anima concurrat; nemini dubium esse debet illam earundem perceptionum capacem esse. Revera ab obiectis, vehementer ipsam commoventibus, quodammodo modificata aut determinata, intra propria claustra aut conceptacula, organa cognitioni formande idonea non nascitur, inde tamen non impeditur quominus propemodum ad instar animæ mulieris gravide agat, quandoquidem si altera cerebro, idearum sedi, conceptriarum imagines imprimat, altera in utero idem circa materiam subjectam praefat. Atq; inde est, quod si primis conceptionis diebus, quorundam obiec-

torum monstrosum fortis impressiones mulieres admittant, sive realia sint, sive phantasia producta, monstra sine dubio editura sint; Porro si non procul a certa confirmatione avidè concipiunt, quia illico consequi non detur, vestigia impressa, eaq; indelebilis remaneant.

§. XXXIV. Alii persuasum habent, se proprius accedere, si facultatem formatricem sub litem vocent. Putant enim alii quid à phantasia seducere posse, ad aliquid conformandum, quod semini & foeti imprimum sit, simile tamen ei, quod dimaginatum est per species exemplaris & obiectivæ, objiciendo scilicet speciem conceptam, ad cujus normam tanquam exemplar opus confirmationis exequatur facultas formatrix.

§. XXXV. Verum enim vero, ut ingenui fatear, neutra ex recensitis opinionibus mihi satisfacit: si enim primam & secundam species, omnem statim ad ulteriore rerum naturalium cognitionem deveniendi spem averruncant. Tertia mentis proprietates affinxit rebus corporeis, & præter terminos nihil habet, quod veritatis cupidi animi satiare possit. Multo minus capio, quomodo ex contactu insimili ventris foeti caput amputari potuerit, quis enim externe illum situm adeo accuratè delineabit? Insuper dubitari potest de facti integritate & historiæ veritate, multi enim sunt, qui authoribus eam recensentibus subscribere recusant. In quarta desidero clariorem animæ uterinæ explicationem. In quinta nil nisi facultates audio, quæ ipsæ pro monstris habentur. Ut tamen aliquid circa hoc diffidillimum argumentum, & quod mihi congruentius videatur inter tam multa, quæ laudatissima ingenia excogitarunt, dicam.

dicam paucis mentem meam declaratu-
sus sum.

§.XXXVI. In memoriam autem revo-
eari debent ea quæ §.23. proponimus, ut
eo certius constet, tenerum infantem
matri motibus admodum subiectum
esse, non obſtante, quod in utero propri-
am ſuam vivat vitam. Deinde obſervari
velim, quod Spiritus animales radiatione
ſua vel intra cranium terminentur, vel
longius & extra illud excurrentes ad re-
liquas corporis partes quoque ſe diſfun-
dant. Si prius contingat, nullum inde nec
matri nec infanti iminet periculum: ſin
pofterius facile omnia in infantis cedunt
damnum. Dum enim mater gravida ter-
rore insigni perculta partem aliquam ſuī
corporis tangit, tunc non ſolum ſpirituū
radiatio, quam ab objecto acceperunt, ſed
ipſius etiam partis, in illo terrore contre-
statæ, idea & ſimularum mediante ſanguine
& humoribus ad uterum fetu gravidū
trāmittitur. Sic gravida stans ſub arbore
mori à forte fortuna delabente moro ma-
culatur in veste, quam habet in pretio atq;
ſtatiū ideam mori concipit: verum in-
dignabunda partem aliquam, brachium,
collum vel malam fricat, cuius partis idea
quoque à radio ſpirituū motu excipi-
tur, unde ſpiritus utrōque hoc modo mo-
dificati ipſi fœtui communicantur, ejuſq;
ſpirituibus ſimilem cursus formam impri-
munt. Ut infans in cute mori imaginem
post nativitatem referat. Simile quid fit,
quando gravida exorto perter-
retur, & fœtui per ſolum contactū stigma
igneum imprimit. Nisi sit animi valde
generosi, & ad quævis incomoda & ad-
versę fortunę caſus ferendo ſe composita.
Profecto ſpirituū radiatio facile ſe per
uiverſam ſanguinis maſſam diſfundit,

hinc nurſe valde irata mediante laſte illico
ſimilem in infantem lac ſugentem tranſerit
characterem, ut infans ſtatiū fiat epilepti-
cus, quid enim vehemens mulieris ira ali-
ud quam parva epilepsia? Neque etiā
mirari debemus, quomodo motuſilli tam
facile communicentur, cum videamus
lapideum in altum projectum aëti alisq;
corporibus occurrentibus ſum communicare
motum, quidni facilius id poterit
mater, adeo arctum cum infante ſuo ex-
ercens commercium: Sed quia ejusmodi
motus non adeo frequenter à nobis ob-
ſervantur, hinc ſolemus eos magis admirari,
& iſorum caſas magis occultas eſſe
existimamus. Tantillum vaporis accenſi
in aere turmatim accurrentes admirabundi
contemplamur, ſolem, lumen, ſtellæ,
cælum iſum oſcitantes præterimus.

§.XXXVII. Quarta cauſa eſt anguſtia
loci, non tam uteri, quam ſecundinarum,
quibus fœtus involvit, nolumus enim
hic cum Paulo Zachia ad callosam uteri
duritiem configere, cū in omnes dimen-
ſiones hoc in negotio extendi debeat.
Quia autem gemelli unam eandemq;
habent ſecundinam, id quod omnes obſte-
trices præ aliis expertæ confirmabunt, &
quod ex obſtetricum examine apud Bartholin.
palim fit, facile ab hac cauſa inſig-
nitis aliqua deformitas introduci potest.
Præſertim ſi propria illa tunica, quā ſin-
guli vſtiuntur, à caſu, accepta plaga, pon-
dere aut fœtuum gravitate rumpatur, tum
enim utriusque fœtus conformatio co-
funditur. Ejusmodi partum monstroſum
vidit Primiroſus, ex cujus alvo alterius
crura & abdomen propendebant. Verum
ſi membranarum ruptura fiat, perfecta
jam partum conformatione, tunc in
quapiam parte, capite nempe, dorſo,
abdo...

abdomine aut pectore, quod in nostris vidimus gemellis, cohærebunt. Non dissentit Le GRAND, quem *in histor. natur.*

p. m. 339. vide. Interim non inficior, gemellos duos placentas quandoq; habere, duaque ligamenta umbilicalia, sed si duæ quoq; adhuc secundinæ, non puto, ipsos ex unico esse coitu, sed ex superfœtatione.

§. XXXVIII. Symbolum suum ad monstrosorum partium generationem tandem etiam conferunt influxus siderum, ventris contorsio, & omnia quæ partes quasdam ovi characterisati dislocare possunt. Exempla prostant apud SCHOTTUM *in phys. sua curiosa*, & WEINRICHIUM *de monstribus*, qui potest esse instar omnium, qui unquam de hoc scriplerunt argumento.

§. XXXIX. Causam finalē silens prætereo, quia omnia in faventiorem partem potius interpretanda sunt, neque enim monstrosa illa aliquorum iudicia statim approbare, sed ipsis monstribus annumerare debemus: Non enim vere orcum Celeberr. BARTHOLINO dicere, mor-

strosam fore naturam, nisi in his monstris subinde ludicra pro variarum causarum conditione.

§. XL. Sed latissima sese pandit officina, insignes hujus doctrina usus in omnes facultates redundantes nobis suppeditans. Possent enim utiles pariter & jucundæ hic moveri quæstiones, Theologos, Jurisconsultos, Medicos & Philosophos spectantes. Nempe an gemelli nostri monstrosi unicam, an duas habuerint animas? An si supervixissent, in partienda hereditate stare debuissent pro uno: An mostra debeant baptizari? An ipsorum generatio à Medicis possit præcaveri? Quare nœvi quidam materni certis temporibus efflorescant? Sed monet me Typographus, hinc colophonem impono, LECTOREM BENEVOLUM obnoxierogitans, ut ea quæ ex ore DOMINI PRÆSIDIS, de hoc arguimento nuper inlectionibus publicis disserentis, collegi, æquiboniq; consulat, DEO O. M. sit laus & gloria in æternum.

DISPUTATIO XXXI.

DE

COLORE ÆTHIOPUM.

RESPONDENTE

MARTINO ECKHARDO LUCANO, Wolffhagiæ-Hasso.

I. N. J.

§. I.

Mundus regitur opinionibus & trahit sua quemq; voluptas. Usque adeò facile à teneris assuefscimus, ut etiam illa quæ naturâ deformia

sunt primoque intuitu horrorem injiciunt, temporis diuturnitate nobis tandem grata fiant & accepta, immo sub eximiæ pulchritudinis specie oculis glaucoma, ipsi vero phantasie fucum faciant, quod enim longa introducitur consuetudine, tandem

qq in le-

in legem abit, cum magna vis insit & phantasiaz & consuetudini, ut non raro ipsi naturae vim faciant, & ceu dictatores fasces imperii in economia animali, præsertim vero inter homines obtineant. Argumento sunt Nigritæ, colore, non imaginatione, aut præjudicio, sed vero sui elogio christi atque in ameno prædicti; Quæ vis enim nigredo nobis omnibus ferè sit invisa, & ipsi cum tenebris pœnisq; infernalibus quid habeat commune, ipsis tamen Nigritis hereditarius hic color usq; adeò placet, ut non solum cacodæmonem colore illo indignum censeant, sed & alia turpia quævis candidissimo seu inauspicato colore designent; in sua autem nigredine triumphant, & superbiant, hosque omnibus præferant, qui atro hoc colore ad Splendorem usque tintillinedunt, de cuius coloris cauta antehac abscondita im præsentiarum dicturi sumus. Fauxit Deus ut feliciter & pro voto.

§. 2. Nolo autem ipsis cum Theologis in Nigritatum inquirere originem & Natales, non nescius, quod contentionis serram hactenus strenue traxerint, utrum Aethiopes ortum suum habeant à Cham filio Noachi, qui inter Noachi filios primus vel nativitate vel imperio fuit, & in prima post diluvium mundi divisione Arabiam, Syriam, Aegyptum & universam Africam obtinuit; quem post maledictionem parentis atro carbone notatum fuisse existimant, ut omnes ejus posteri similem corporis habitum similem que colorem acquisiverint, & in hunc usque diem possideant. An vero etiam ante diluvium vixerint Aethiopes, cum æque eo tempore terræ incolæ varias ejus tum frigidas tum calidas regiones dubio pro-

cul inhabitaverint? Quippen nihil ad tem facere videtur, quod Chamus significet nigrum, calidum & exustum, sic enim sequetur, cum ab utero æthiopem fuisse, neq; colorem illum demum maledictionis fuisse effectum. Et quamvis hodiè omnes ferè Arabes & Afri colore nigro tintillint, nequaquam tamen inde inferre licet, quod propterea Chamus, cujus posteri hasteras occuparunt, atro etiam colore fuerit prædictus. Cum non immerito à Celeberrimo nostro Hannemanno in Scrutinio curioso Nigredinis posterorum Cham dubitetur, an omnes ejus posteri fuerint nigri, an vero solus Chanaan maledictione Noachi tactus niger fuerit, à quo omnes Canaani postmodum ottum suum traxerunt.

§. 3. Et quæ quoque cum nigredine hæc inficta fuisset pœna, quam posteri Cham tantoperè deprædicant & in deliciis habent, prout antea dictum? Certè Sacra Scriptura aliud quid docet, nempe quod execratio illa parentis jugum servitutis Cham posteris imposuerit, quod Hebraismus magis explanat, vi lingua sua dicens, Chamum fore valde abjectum servum fratrum suorum, quod etiam censente Illustri immensæque cognitionis Viro Dni. BOYLE ex parte fuit impletum, quando Istaélitæ, posteri Semî, subjugabant Canaanos, Cham progeniem, ipsosque duræ servituti mancipatos tenebant. Hoc autem de Aethiopibus vix dici potest; hæc enim gens (juxta Cl. Pechlinum) in ultimos Africae recessus ve ut ocia relegata, sacris illis & interne cinis Istaélitarum bellis, quibus tot tamen nationes & ipsi Cananitæ in servitutem sunt redacti, intacta cælo suo & solo fruens tranquillè semper egit,

egit, donec nuper demum seculo diu sepultæ gentes nostræ etiam plagæ ostendi cœperint; Hinc alii his moti argumentis asserunt, Æthiopes non tam Canaänis esse sobolem, quam Ludi, filii Mizraim, qui & Ægypto & conterminæ Æthiopia posterioros suos impendit; Sed & hæc assertiones meræ sunt conjecturæ, nihil enim certi hic pronunciare licet, quia illæ gentes tam diu à communis sensu & animalium memoriâ fuerunt remotæ, ut vix certam iis sedem, aut habitum vultusq; characterem, saltem qui primitivo sit similis, assignare possimus. Quod si nostra sum hodie gentium in Europam migrationes tam obcuræ sunt, ut pauci per commentarios aut originum indices, plurimi conjecturâ tantum in eorum causas sint adducti, quid mirum, si in Africâ inexplorato terræ tractu & minus perspectis gentium historiis magis halucinemur. Et quicquid tandem si, dato etiam, quod Æthiopes genus suum à Canaane repeatant, nondum tamen evictum est, nigredinem esse maledictionis notam, & servitutem, cujus tot seculis immunes vixerunt, nuper demum & mercantium avaritia protracti, colore significari. Quæ omnia S. Codicis Interpretibus committimus, & si plura adhuc desiderentur, vide sis integrum caput nonum Tractatus de colore & habitu Æthiopum, à Celeberrimo Pechlino editi.

§. 4. Properamus itaque ad causam physicam, non exclusâ, sed præsuppositâ causa primâ & universali, visuri, quibus causis naturalibus Æthiopum nativa nigredo accepta ferenda sit. Abeunt autem authores in tot diuersas sententias, ut difficilè sit in tanta philosophantium turba certi quid pronunciare, quibus non obstantibus eam

amplexuri sumus opinionem, quæ & experimentis fulta, & ipsi rationi magis consona sit, his enim velis instrucci non tam facilè in scopulos impingemus, sed vastum hunc oceanum citra naufragii periculum transnatabimus. Et ut iter hoc felicius emetiri possimus, primò omnium sententias æquâ lance trutinabimus, ut rejectis vilioribus ad veram via magis sit expedita.

§. 5. Occurrat autem primò eorum opinio, qui persuasum habent, causam atque hujus coloris in genio loci querendam esse, cum illud clima quo in Æthiopes vivunt peculiare quid obtineat, & ut aer istius loci quem hauriunt occultam habeat vim corpora humana nigro colore tingendi, ipsi q; semini talem imprimendi characterem, ut nigri quoque generentur infantes; & quis inticiabitur genium loci multum huic conferre; cum alibi vulpes & lepores insueto planè colore tingantur, prout Olearius in suo itinerario enarrat. Verum præterquam quod causa hæc occulta magis sit, minusque intelligi possit, quam res ipsa quam explicare volunt, eademque facilitate refellatur, qua ab ejusdem patro- nis asséritur, hoc etiam oī stat, quod stante hac assertione mutatio aeris coloris mutationem quoq; inferre debeat; cum autem videamus Æthiopum colorem a deo constantem esse, ut nunquam locorum mutatione ab indole sua degeneret, nunquid enim mutabit Chusæus pellem suam? ipsi etiam albi diutiùs eodem in climate vi- ventes nunquam teste experientia nigre- cant, causam hanc ceu insufficientem merito rejicimus.

§. 6. Sicq; ad alteram progredimur sen- tentiam, quæ eorum sustinetur patroci-

nio, quod cum quotidiè observarèt, mes-
sorum, Spicilegorum, aliorumq; ruri-
colarum, qui maximam dierum astuan-
tium partem soli expositi transigunt, cu-
rem tum facieatum manuum ita aduri, ut
si non atro saltem fusco & ad nigredinem
vergente coloretingantur, in eam deve-
nere opinionem, quod Nigritæ, inha-
bitantes clima valde fervidum, ab adus-
tione Solari atriū colorem quoque con-
trahant, cui accedit hoc ab *Illustri Boyle*
annotatum, quod Dani aliaeque gentes
frigidorum climatum incolæ, ipsique
etiam Angli, frigus non adeò rigidum
experti, passim sint vultu candidiori, quam
Hispani, Lusitani, aliique Europæi, cli-
matum calidiorum inhabitatores. Verùm
enim verò, ut ut hoc argumentum pon-
deris quid præ se ferre videatur, tamen
illud magis speciosum esse quam cogens
cum *Dn. Boyle* censemus frequentissima
equidem & inveterata est opinio, nuper
demū reficta, à solis ardore cum omnem
fuscitudinem tum nigredinem hanc pro-
cedere, cum tamen contrarium multis
rationibus demonstrare possumus, quas
ordine enumerabimus.

§. 7. Desumimus autem primum ar-
gumentum, quo contrarium probaturi
sumus à Nigredinis Aethiopum natura &
qualitate, utpote cum illa non superficia-
lis sit, qualis obscurus ille solet esse co-
lor, qui per adustionem solarem induci-
tur, sed potius sub pellicula lateat, & sub
cuticula fuliginis instar splendeat, ita ut
neque calor torridus neq; superficies cor-
poris scabra aut strigosa, sed pinguis &
lævis deprehendatur, hinc nemo asserere
audebit, cutem nigritæ adeò exustam vel
torrefactam esse à calore solis, ut succo

suo omnique humido orbata ligni com-
busti instar alium colorem induerit. Ne-
que est quod regeras, incolas hos in tor-
rida habitare Zona, eosque vivere in cli-
mate præ aliis fervidiori, radiisque solari-
bus perpendicularibus magis exposito.
Quippe talis zona torrida, qualis ab an-
tiquis describitur physicis nuspiam repe-
ritur, hi enim ad litum solis respicientes
putabant eam terræ plagam fore inhabi-
tabilem in quam radii solares perpendi-
culariter incidenter, non attendentes,
quod calor ille torridus mille modis à
corporibus terrestribus temperari possit.
Hoc videmus in maris mediterranei utri-
usque accolis, nec non in habitatoribus
regni Marocciani, hi enim longè sunt
strigiores & sicciores cute quam nigritæ,
et à perpendiculari solis longius sint re-
moti, quam vel Angolæ aut Senegæ in-
colæ. Si quis autem roget, quare illa ter-
ræ regio qua à sole perpendiculari illu-
stratur, sat commoda sit tum pro homi-
num tum animalium prole multiplican-
da, dicimus hoc à rore esse, qui copiosissi-
mus ibidem deprehenditur & plagam
hanc valde tolerabilem reddit, nimia an-
tiquorum levitate jam dum damnata.
Egregiè & pro more solidissimè hoc deducit supra allegatus *Celeberrimus Pe-
chlinus*, sunt cicit, meo iudicio fluviorum
latè vagantium nitrosa, hoc est frigida &
fœcunda aura; est rosille aereus mirifice ex-
coctus, pinguis & nocturno illapsu gratus;
hoc equidem non sat tantum ingenti & su-
bitâ ubertate perfundit, sed hominum quoq;
& animalium succum in illos astu corporatu-
ram tuerit, densat, & speciosa pinguedine
rotundat.

§. 8. Quod si corpora incola-
rum tantoperè adureret nigritæ non
solum

solum ariduram corporis perciperent, sed insuper ob spiritum & succi nutritii absumptionem valde languidi essent, cum tamen contrarium vel in vulgus notum sit. Sunt enim Nigritæ pingues & laudabili corporis habitu prædicti, quod *Magnificus Verulaminus in sylva sylvarum proficitur. Omnes, inquit, Aethiopes carno* quidem, sed inconcinno sunt habitu corporis crassisq; labiis. *Nasci quoque eos videmus in regionibus aqua, propter fluvios aliasq; causas, abundantibus; Meroe enim merropolis Aegypti amplum lacum accepit;* Longe quoque, ubi Aethiopes vivunt, aquis scatet, regio circa Capoverde est humida, unde & pestis obnoxia, cerè purendini. Insuper summus in ipsis deprehenditur vigor spirituum viriumque constantia, ut non solum ad Venerem magis sint proclives, sed & in labore hoc sustinendo Europæis fortiores, quod non sine maxima sui turpitudine confessa est Europæa quædam libidinis Oestro adeò abrepta, ut sibi non amplius memor prostibulum variarum fieret gentium, donec aquis immersa ad judicis mandatum suffocaretur, cuius meminit Erasmus Francisci in *theatro Histor.*

§. 9. Novum quoque hic nobis suggerit subsidium sèpius landatus Boyle, quo speciosi argumenti antea prolati vim eo faciliùs declinare possimus. Si enim calor ille torridus vera causa nigredinis esset, tum omnes in ipsa Africa habitatores essent Nigritæ, quia æquatoriæ propinqui sunt ac alia nationes, quæ sunt Nigritæ, quod tamen tam falsum est quæ falsissimum: de quo *Dapperus de terra Nigritarum.* Et quomodo quæso possent infantes recens nati elapsis aliquot diebus atro hoc colore tingi, qui solis calorem

torridum nec dum passi sunt, id quod tamen fieri nemo inficiabitur. Nigritarum infantes dicit illustr. Boyle, vix decem dies natos, suâ infantiam non obstante, eodem, quo parentes illorum, colores sunt imbuti, quod etiam extra zonam torridam fieri, præsertim in aulis principum, ubi geates hæ aluntur, quotidie observamus.

§. 10. Alterum pro nobis militans argumentum à diverso Solis effectu desumitur, quippe extra omnem dubitationis positum est alea, quod sol non solùm infuscit corpora, eaq; colore subfusco tingat, sed quod multa quoq; dealbet, prout in saxis, craniis humanis aliisq; innumeris videre est. Siquidem, ut solis calor modo colliquat, modo indurat, sic idem ille non unum semper colorem adfricat objectis, sed pro eorum natura nunc nigredinem eamq; velatidam aut succulentam & pingue, modo albedinem eamque fuscam aut niveam. Hæc prolixè deducit nunquam sine laude nominandus *Pechlinus p. 120. & seq.* Sol, dicit, plurima, obscura alias & fusca, in albedinem excoquit, dum rotulenta nitrosisq; particulis per poros squaloristens us distribuit obscuroitatem purgat, mox quo continuato insulitu una extrahitur. Saxa in terra penetrabilibus tenebris & fascitate coeperta, tunc, cum in moles assurgent & luci exponuntur, nitorem albedinemq; mirificam consequuntur, non aliam ob causam, quam quod humiditas de super incumbens quea quare corporum superficiem sole, radiorum solarium impulsibus & tracta particulas relinquit sphæricas, è quarum deinde munera reflexione candor proficitur. Hucusque Celeber. Pechlinus. Sed quia inferius plura de vera coloris in genere causa diatrii sumus, filum abrumpo & ad aliam

de nigredine Aethiopum opinionem considerandam propero.

§. 11. Aliā enim adhuc restat pondēranda circa nigredinem Aethiopum sententia quæ ipsam imaginationem pro fundamento ponit, hæc etenim adeo fortis est, ut totum corporis habitum immutare possit, quod experta fuit mulier Europæ, quæ cum gravida in Aethiopem oculos attente quotidie desigeret, tandem enixa est infantem simili colore tinctum; fides sit penes authorem. Posse etiam innumera alia proferrī exempla edocentia, quanta vis insit imaginatio, sed ne actum agam, unicum saltem ex illustri BOYLE adducam, quod præ aliis argumenti hujus scopo magis respondet. Narravit mihi pluries, dicit, admodum ingeniosus Medicus, de nobilitate quadam feminæ juvene, ad quam accessitus deprehendebat, quod licet illa multum de adversâ valitudine quereretur, tam parum cause appareret vel in corpore vel sanguinis, unde divinare posset in valetudinem ipsius ultra imaginationem exporrigi, ut veritus propinare ei medicinam amicis illius persuaserit, ut amentis quibusdam itineribus mentem ejus recrearent: in quorum uno cùm hec Domina Winifride virginis fontem inviseret, & per aliquot temporis spatiū, ut pote pia Romano-Catolica, in aquâ illâ ad precibus ibi vacandum, manere, effetq; occasio oculos attente admodum in silices illos rubicundos desigendi, qui in fundo hinc illinc sparsi, magnam eorum constituebant partem, qui trans aquam apparebant, esseq; gravida, enixa est infantem pueram, cujus alba cutis maculis erat insticta, colorem & magnitudinem lapillorum istorum referentibus; cuique pu-

ella licet aliquot jam annos supervixerit, dicit etiamen macula tenaciter adhaerent. Quæ historia egregiè confirmare videtur ea quæ superius diximus. Verum enim vero, quamvis inficiari nolim, multum hoc in negotio præstare posse phantasiam, quod alibi in physicis prolixius docetur, tamen dubium est in eo, utrum pro causa tali constanti & eodem semper agente ordine sola sufficiat imaginatio, quæ aliâs cœu causa quedam extraordinaria ipsam impedire potest naturam, ut à consueto suo aberret scopo.

§. 12. Quibus prælibatis tandem ad veram rationi & experientie conformem devenimus causam quam in formalem & materialē dividimus, formalem quod attinet, eam nec in oculis nostris, nec in ipsis objectis, sed in certâ luminis modificatione quærimus, quæ unicè à textura vel superficie corporis colorati dependet, ut inferius dicitur. Materialē autem nigredinis causam dicimus esse membranam quandam reticularem fuliginoso succo imprægnatam, cuticulam inter & cutim totum corporis habitum investientem, quam ad corporis aethiopicæ integritatem pertinere existimamus, hinc impossibile est, ut nativus iste color mutetur, nisi ipsa hæc fuliginosa membrana prius à corpore divellatur, quod à variolis hinc inde in nonnullis corporis partibus factum fuisse observavit sibi allegatus Dr. BOYLE. Hæc assertio lucem suam sceneratur ex anatomia, quippe in cadaverum Nigritarum dissectione, in quâ præ aliis largissimam navarunt operam Piso & Pechlinus, ad oculum demonstratur, latere quid mu-

cosi

cosi vel fuliginosi subter cuticulam, quod splendida hanc corpori conciliat nigredinem.

§. 13. Neque meo quidem judicio peccavero, si hac in parte Celeberrimo *Malpighio* ceu *Ante signano* & *C. Pechlinus* ceu oculari testi, & *Nigritas* dissecatori exquisitissimo primas deferam, quorum fide & arbitrio meritò stamus. Ipse enim *Malpighius* primus fuit, qui in variis animalibus inter cuticulam & cutim cribrosum quoddam & reticulare corpus observavit, occasione cuius tandem in hac erumpit verba: *ex quo transeunter deducere non incongruam fortè nigredinis Aethiopum causam*; certum enim est; *ipso cutim albam effosicuti est cuticula*, unde tota nigredo à subiecto mucoso & reticulari corpore ortum trahit. Post hunc manum admovit, *C. Pechlinus*, & reticulare hoc corpus prolixè descripsit, cuius quoque verba hic apponere lubet. *Est ergo*, dicit, *pingue quid & mucosum, quod suramque membranam molliter distinguat, quod in Aethiopissà nudis oculis manifestè contemplati sumus, in araneata tenuitate nigrum, opacum, & si conglobetur, cuticula nitore specularem obscurans*. Et paulò post: *Ostendimus liquido in Aethiopissà cutim candiorem & suis illis notis insignem, quibus alias gaudere Europaeorum eius solet. Quare si mucosā & reticulari fuligine cuticulā orbarem naturā diaphanam, & mox imponerem cuti, emerit continuò albedo illa in Europeis sic satis spectata; quin haud ille pida erat rei facies quando hinc inde abrasā membranulā nigra variegatus refulgit & bicolor habitus, sicut esse ovium solet aut canum, ubi ad cuius tendentur. Ex quibus nunc liquido constat, nigredinis in ni-*

gritis materiale fundamentum esse corpus quoddam organicum, tenue, mucosum, membraneum, reticulare, pingui & fuliginoso succo perfusum, cuticulam inter & cutim repositum, & candorem cutis per cuticulam aliás re lucentem opaca nigredine infusca, tunicae uvæ oculi ferè per omnia simile. Cujus corporis superficiem infinitis sacerbicalis præditam esse existimo, à quibus radii luminares in eam incidentes maximam partem absorbentur, pauciores vero reflectuntur, in qua vera nigredinis ratio formalis consistit, hinc dari potest ratio, quare vestimenta nigra magis calefacient quam alba, quare etiam corpora nigra citius ad vitrum causticum accendi possint quam alia, nempe quia nigra omnem calorem & suscipiunt, & susceptum sovent.

§. 14. Radiat sic ultima hac assertio suā propriā luce, ratione & experientia undique confirmata, hinc non possumus non stupenda hujus & constantis nigredinis cauam in seminalem quandam conjicere impressionem, quia est individuus & perpetuus corporis Aethiopici comes, ut etiam in infantes transferatur, qui in prima statim ætate in frigidiores transportati regiones coloris majorum suorum adeo permanent tenaces, ut cum nunquam exuant, quod tamen tantoperè non amplius admirandū, cum jam omnes procreandi idē liquori genitali impressæ se explicuerint. Verum quis primum Nigritam generaverit, usq; adeo obscurum est, ut cutis *Celeberrimo Conringio* profiteri non erubescamus, & nos hoc nescire, qui eā saltē contenti sumus felicitate, quod hodiernorum ni-

grita-

gritarum coloris splendentis veram causam tum materialem tum formalem superius in scenam introduxerimus. Annitemur tamen hanc etiam superare difficultatem, remq; si nō acu saltē conjecturā attingere, donec solidiora & meliora edoceamur ab aliis; nemo enim asserere audebit, Noachū cum suis filiis & habitu & colore Æthiopum fuisse præditum, quo præsupposito explicatu erit est difficillimum, ubi & à quo novum hoc hominum genus sua cœperit primordia?

§. 15. Mihi equidem verisimilius videtur, aliquot Noachi posterostemoris diuturnitate tamē acquisivisse dispositionem habitualē, ut juxta tenorem impressi characteris tandem infantes nigro colore tintos generaverint. Equid quoq; frequentius est, quam parentes facie pallidos similes gignere infants? vidimus iætericā peperisse infantem undique flavo colore tinctum; ut asserere merito possimus, manipulum posterorum Noachi deserta Arabiae vel Ægypti loca occupasse, atque ad unum omnes excursionibus in spolia & rapina nec non venationibus valde deditos vixisse subdio, & cibis in terra nigra, Nilo nempe pervices imprægnata, natis quotidiè usos fuisse, hinc novum planè natī temperamentum & moribus, & habitu & colore, ab aliis terræ incolis fecere divortiū, cùm enim corporis sui essent negligentes, nec externæ formositatis curam haberent, sordidi & moribus agrestes degenerarunt, tūm à communī vivendi consuetudine, tūm à pristina corporis pulchritudine, quæ duo nexus adeò arcti sibi sunt conjuncta, ut ferè perpetuo se invicem comitentur, ubi enim mores

valdè sunt agrestes, & mens sui proprii domicilii nullam habet curam, ibi varii & in ipsam cœconomiam inducuntur Solacismi, ipsumque corpus à suo nitore mirum quantum degenerat, aliamque planè induit faciem, quod ipsa experientia omnium rerum Magistra confirmat.

§. 16. Sed hæc generaliora sunt, & saltem fulcitatem quandam et aliqualem coloris nativi mutationem suadere videtur, restat itaque, ut propriis accedamus, & eausam magis constantem describamus, quod facturi præsupponimus perversa hac & inordinata diæta & sordida vivendi consuetudine novum quoddam in corpore genitum & toti massa sanguinæ superadditum fuisse fermentum, quantam autem vim & potestatem habeant fermenta, aliunde latè notum est, & cum semen sanguinis ecce matris sequatur indolem, simili imprægnatum fermento ipso in utero notabilem in fetus formatione induxit mutationem. Cum enim antea ex colliquamento partes quædam viscidiores inter alias fluidas in corporis ambitu moverentur, & desertæ ab his cutim & cuticulam randem constituerent; & solidarum partium induerent naturam, nunc in nigritæ infantis conformatioñe ob majorem liquoris genitalis fermentationem & spirituascensionis partes innumeræ ramosæ, quales sunt pingues & butyrosæ, eosque sunt protruſæ, ut regredi nesciæ & cum aliis terrestribus combinatae, mucosum tale & reticulare corpus constituerint, quemadmodum videmus, quod omnia pinguis colore & agitatione nimium vexata tandem nigrescant, quod vel in butyro observare licet, præsertim si aliis fibrosis &

& membranaceis commisceatur. Nuvum hoc fermentum idearum aliqualem infert mutationem, et si enim centrales eodem adhuc evolvantur modo, tamen superficiales nunc se aliter explicant, ut novanom solū pars organica subter cuticulam ipsi cuti adnascatur, sed & in corporis ambitu præsertim labiorum & narium corticibus novus quidam & à communī conformatiōne recedens habitus inducatur, quo habitu cum nigro colore Nigritæ ab aliis gentibus distinguuntur. Sed hæc fortè non usque adeò satisfacient ut non aliqui remaneant scrupuli, quibus si non eximendis saltem æquius ferendis hoc conveniet remedium ex Lucretio de sumtum.

Multa tegit sacro involuera natura neō ullis,

Fas est scire quidem mortalibus omnia.

Multa

Admirare modo, nec non venerare;
nec illa

Inquires, qua sunt arcana proxima,
namq;

In manibus que sunt, hac nos vix scire
putandum:

Est procul à nobis adeò præsentia
veri.

§. 17. Objici adhuc posset, nigredinis causam non posse à membrana tali peculiaritate dependere, quia Aethiopum infantes non nascuntur nigri, sed elapsis aliquot diebus demum tales fiunt, cùm enim *Illi* *lustris Royle* solerter quendam amicum suum sciscitatus esse, qui plures quam trecentos Aethiopes tam fœminas quam mares in America ad colendum agros suos alebat, corumne infantes nigri in-

lucem ederentur, respondit; Non sic edi, sed prodire eodem ferè cum Europæis colore subrubenti, & post aliquot demum dies nigrescere. Confirmatur hoc apud eundem testimonio *Andrea Battoli*, qui à Lusitanis captivus Angolam missus, ibi & in regionibus vicinis octodecim ferè annos partim captivi, partim gubernatoris navium, partim militis vitam egit; factaque Africani regni *Congo* dicti, à Nigritis habitati, mentione, hæc habet: Infantes in hac regione albi nascuntur; coloremque intra biduum cum nigro commutant. Sic Lusitani, regni *Congo* incolæ, liberos interdum ex Aethiopis suscipiunt, ac sibi patres decipiuntur, rati quando infans editur, prolem esse suam; & intra biduum filius filiave Nigritæ deprehenditur, quod Lusitanos ægerrime habet. Verum respondens ad hanc objectionem, colorem illum subrubicundum à nimia suboriri humiditate, sive liquoris scrofa cutim inter & cuticulam abundantia, cui infans in utero materno innatet, quo aliquot dierum spatio dissipato color sive candidus sive niger se magis prodit, antea ob humoris copiam absconditus.

§. 18. Pro coronide nunc repetimus, color à luminis modificatione motuumq; globolorū secundi Elementivaricatae dependere, in ipsis autem objectis coloratis solam superficiem vel texturam istas instituere modificationes. Quæ cum jam alia sit in Nigritis quam in Europæis, radios luminares, aliter quoque excipit, nec eos eō quō cutis Europæorum modo & ordine ad oculos remittit, unde sensus coloris nigri in nobis producitur. Hinc nigerrima sunt corpora, quæ luminis

rr motum

motum extinguit, quod in panno sericeo videre est, cum enim exigua filaments sericea valde hispida sint, omnino modaque asperitate donata, super microscopum ea intuearis, radios luminares vel absorbent, vel eos alio remittunt, quam ad locum in quo versamur, unde summa illa nigredo.

§. 19. Rejicimus etiam vulgatam illam coloris divisionem in verum sive realem, & in falsum sive apparentem, cum omnis color sit verus, eti singulis etiam momentis aliter atque aliter appareat, qui enim his coloribus nullam realitatem inesse existimant, veram naturam colorum ignorant, nam exempla à collo columba vel cauda pavonis vel etiam Prismate vitro nec non aulaeis vel apotelesmatis desumpta nostram hypothesis non solum non evertunt, sed etiam illustrant, imò magis confirmant, colores nihil aliud esse extra nos quam luminis modificationes.

Quod enim usus scholæ obtinuit, color res alias esse reales alias duntaxat apparentes & quali umbratiles, id nullo solidiore nititur fundamento; cum tota coloris natura in hoc posita sit; ut appareat & visibilis fiat. Quasi verò objectum, quod sensum realiter afficit & movet, non sit quid reale, atque in rerum natura non existat. Nonne Iridis colores, quos inter apparentes recensent, suas imagines in specula transmittunt? Quid igitur obstat, quo minus inter veros colores numerentur. Profecto cum objectum visus proprium sit color; neque ullum discrimen inter veros & apparentes animadveriat; cumque facultas circa proprium objectum falli non possit, optime concluditur, omnes colores ejusdem esse conditionis; Sed manum de Tabula.



Sequim-

XXXI.

Sequuntur

COLLEGII PRACTICI DISPUTATIONES TREDECIM.

L.

DE

FEBRIBUS IN GENERE.

I.

Doctrina de febribus difficultatum caligine involuta nunquam pro dignitate tractari poterit, nisi inveterata quædam excutiantur præjudicia, & veræ physicæ dogmata tot Neotericorum Rationibus & Experimentis confirmata vocentur in subfidiū.

II. Falsum equidem est, sanguinem ex quatuor componi humoribus, cui vel sexcenta inesse jam dudum nos docuit *Coss.*

III. Et quæ de calido innato decantatoque humido primigenio seu radicali, de sanguinis intemperie calida, ejusque privata nunc in majoribus nunc minoribus vasis putredine veluti basis & fundamentum Prudentiæ Medicæ supponuntur, vel inania sunt figmenta, vel saltem effecta & producta, quæ malè pro causis obtruduntur.

IV. Hinc operæ precium erit, ut animaliter præpares, eumque rationibus Phænomenis quotidie extra nos occur-

rentium imbuas: Qualia sunt variorum liquorum fermentations: Feci recentis incalescentia: Calcis vivæ aspersâ aquâ ebullitio. Caloris & luminis effectus aliaque varia, quibus neglectis facile deficies in explicandis phænomenis intranos apparentibus. Quod si hoc recuses, audi quæso Doctiss. *Maxvellum*, Medicum Anglum, itare alloquenter. Si philosophiam tantum vulgarem in scholis edoctam cognoveris, & si Medicus *Galenum* tantum sciveris à lectione quæso hujus Tractatus abstine, quia nec illum intelligere, nec de eo judicium ferre aptus es. Tibi Sophismata sufficient, philologia placet, de impossibilibus & chimaeris disputare gaudes, ab his ego abstinui.

V. Itaque semel pro semper notamus, sanguinem nostrum tam diu sub exactæ mixtionis vinculo detineri, quamdiu partes illæ indefinitæ cum componentes, quales fortè sunt quæ vinum & lac constituant, ita se mutuò tangunt, ut

materia ætherea omnia replens intervallo justam earum agitationem conservare possit, destrui vero hoc vinculum, nuncque plus minus relaxari, quoties alia interstitia peregrinique pori inter partes fluidas formantur; Inde tot prodeunt febres, inordinatique humorum motus & fermentations.

VI. Si enim nihil movetur à se ipso, omnisque motus est ab alio, non videmus quomodo per sola corpuscula activa, sed sulphur volo & spiritus, apparentiae explicari possint, nisi quis nobiscum agnoscat, omnium particularum sanguinem constituentium motum esse à Materia mundi subtilissima, minima etiam interstitia omnesque poros intelligibiles replente, variaque corpuscula variis motibus exagitante.

VII. Deinde non cogitandum sanguinem quæ sanguinem nutrie, vel ex arteriis sub forma sanguinis in partes solidas egredi, sic enim esset sanguis extravasatus brevi in cadaverosum degenerans. Sed hujus loco per poros tunicarum egredi arteriis particulas chylosas, gummosas & scrosas, succum nutritium constituentes, sub lymphæ forma per vasalymphatica novo à spiritibus animalibus accepto vigore cordi denuò inferendum.

VIII. Quibus hoc addendum, Animam de insuctis saltē fibrillarum motibus judicare. Hinc quamvis fibræ partibus fluidis sub roris vel vaporis forma minima ipsarum interstitia perfluentibus innatantes semper sint in motu quodam tremulo, nulla tamen propterea vel caloris vel frigoris &c. idea concipitur, sed tunc demum, quando hic motus vel augetur vel imminuitur.

IX. His accensendum, Sanguinem cum vino commune habere, ut hoc vel illo anni tempore plus exagitetur quam alio.

X. Quibus præmissis statuimus, omnium Februm Essentiam & rationem formalem in turbata sanguinis mixtione consistere.

XI. Non enim omne quod sanguini immiscetur, statim producit febrem, sed saltē illud quod est Naturæ fermentativa, ut loquitur *Willisius*, hoc est, quod sanguinis turbat mixtionem.

XII. Potest tale fermentum febrile ab omnibus partibus cordi per vasa lymphatica communicari, in ejusque Thalamis sanguinis mixtionem turbare, quod in vulneribus Bubonibus & ulceribus observamus quotidie.

XIII. Ut plurimum tamen ortum trahit ex aere peregrinis corpusculis contaminato: Cibi & potus vitios à administratione: intermissâ consuetâ aliquâ Evacuatione vel Animi affectibus.

XIV. Differentiae Februm defumuntur à tempore accessionis, Fermentationis gradu & diuturnitate: Mixtionis plus vel minus turbatione. Suntque vel Continuae vel intermittentes. Putridæ vel non putridæ. Benignæ vel malignæ, Symptomaticæ vel Essentialcs.

XV. Pulsus præter naturam frequens semper indicat febrem.

XVI. Curatio absolvitur Fermenti excussione. Mixtionis turbatae restitutio ne, & Symptomatum urgentium mitigatione.

XVII. Venæsecchio non semper procedet, sed sæpius sanguinem magis turbat.

Imd

Imò præservationis gratia frequentius administrata febribus fores aperit.

XVIII. Purgantia Cacochymiae mendentur. Omnium optime turbatam mixtionem emendant Sudorifera : quibus

omissis nunquam sine recidivæ metu febres curantur.

XIX. Si ad ætatem senilem usque nil nisi lac sumeremus, & tunc demum vinū, nunquam vel raritas febricitaremus.

2.

DE

FEBRIBUS IN SPECIE.

I.

Premittimus cum Cl. Riverio Febris simplices, solo fortè gradu à putridis differentes, quo enim major erit mixtionis sanguinis turbatio, eò majorem dicemus adesse sanguinis putredinem, quam & in ipsis pestilentialibus in summo constitutam gradu agnoscimus.

II. Gradu iterum differt à Synocha non putrida Ephemera, estq; unius diei febris, illa plurim, & non raro ad septimum se extendit. Quod si imperite tractentur, in putridam facile degenerant.

III. Oriuntur quando ob crapulam, venerem nimiam, animi passiones, exercitia vehementia, vigilias, potus frigidi copiam, insensibilis transpirationis denegationem, lactis aut puris generationem sanguinis mixtio plus minus turbatur.

IV. Signa diagnostica sunt calor ad tactum mitis, quia motus fibrillarum tremulus à particulis fluidis non usque adeo augetur: Dolor capitis minus vehementes, ob minorem sanguinis intemperiem nec non particularum rigidarum

inopiam & debilitate fermentationem: Puluis magnus & æqualis, quia sanguis in corde æqualiter rarefit, frequenstamen, quia ob auctam fermentationem citò elabitur & illabitur, unde aliqualis respirandi difficultas & pectoris angustia.

V. Prognosis salutem promittit, si ægeri, adstantes & Medicus rem bene agant.

VI. Curatio inchoanda est clysteris injectione: Post in Synocha sanguis parcè extraheundus: Tandem benigniora antifebrilia corporuscitra magnam sanguinis agitationem ad sudores disponentia per intervalla erunt propinanda, si insimul etiā foris nimia fermentationi limites ponantur. His scopis satisfaciunt Aquæ febris fugæ, Emulsiones ex semin. frigidis, Julebi ex decoct. hord. cum Rasura C.C. & Tamarindis parati & Tinct. refrigerante acidulati. Lapis pruineus à Riverio tantoper commendatus: Pulveres testacei, & diaphoreticum, Epithemata pro hepate, corde & pulsibus.

VII. Galenus jubet Sanguinem ad animi deliquium mittere, & aquam

frig.

frigidam in tanta exhibere copia, ut æger pallescat, tremat & toto corpore refri- geretur. Verum enim verò, cum hæc re media non vacent periculo ea teu medico eordato indigna cum cl. Riverio prescri bimus.

VIII. Quando latex aquosus in san guine disperditur, quod à pluribus fieri potest causis, acquirit sanguis intem periem acrem & fermentativam, unde Fe bris Hæctica ortum suum trahit.

IX. Solet autem Hæctica plerumque sequi alias febres non bene curatas, & pu rulentam aliquam inflammationem in quadam parte sive igaobiliori & occultâ sive nobiliori & manifestâ post scse relin quentes. Cùm verò Humores circulan tes istam partem continuo permeent, peregrinam hauriunt materiam, sanguinis mixtionem in corde turbantem, ipsique intemperiem acrem inducentem, adeò ut omnem Hæticam quodammodo symptomaticam esse dicere possimus: Si enim pus è pulmonibus exulceratis vel ex parte quadam vulnerata per vasalymphatica ad cor delatum, Hæticam producit, idem hoc fieri posse, si in interiori aliqua etiam ignota parte humor lateat purulen tus, quis inficiabitur?

X. Tres febris hujus ponuntur gradus. In Primo Alteratio cum extenuatione adeò levis est, ut vix à Medico vel etiam ægrotante observetur, siveque perit interea momentum temporis Curationi aptissimum. In secundo gradu caput magis exserit siveque prodit una vel altera post cibum assumptum elapsa hora calor, in malis & manuum volis magis sensibili s. In tertio gradu Hætica facile cognoscitur, sed difficillime curatur, tunc enim

phænomena latius se explicant, & ex facie Hippocratica, urina oleaginosa, sudoribus nocturnis, calore continuo & prout vocatur habituali certiora legi pos sunt signa.

XI. Calor post assumptum cibum tribus præter elapsis horis intenditur, quia eo tempore pervenit ad cordis ventriculos chylus antea in ventriculo non bene mixtus, alios sanguini concilians poros.

XII. Corpus ad maciem redigitur tantam, ut caro vix ossibus hæreat, quoniam singulis Arteriarū pulsibus acres & rigide particulae loco flexibilium & gummosarum è poris earundem egrediuntur in nutriendarum partium tubulos, quæ nequa quam aptæ natæ sunt ad nutriendum, sed ad corrodendum.

XIII. In Curatione Cathartica & Venæ Sectio canes pejus fugienda.

XIV. Omne enim ferunt punctum quæ sanguinem dulcificant & acrem ejus corrugint intemperiem atque internam sanant exulcerationem, quod destillata & decocta aliaque juscule restaurantia ex sanguine porcino, Hepate, pulmonibus & corde Vituli, Cancris, linnacibus, Ranis, passulis, & Herbis humectantibus parata præstare queunt.

XV. Quibus omnibus palmarum eripit Lae muliebre mature in usum vocatum, si ex uberibus sugatur, quod ve centies vi di. Sin hoc non placeat, elige asinum; Interim ab omni alio cibo & potu abstinentum, aliâ soleum & operam perdes.

XVI. Alvi fluxus singulis serè momen tis habenda est ratio, quo urgentissimo omniumque nocentissimo symptomati maturè obviam ire possis.

XVII:

XVII. An decantatum Poterii Anti-hecticum famam sustineat, hactenus nec credidi nec credere potui. Si enim quid singulare habet, latet id profecto in Virtute concentrandi Acidum.

F I N I S.

3.
DE

FEBRIBUS INTERMIT-TENTIBUS.

I.

Quae febres certis temporum intervallis recurrunt, & ad plenariam *anoxie* deveniunt, intermittentes vocantur. Ut Quotidiana Intermittens, Tertiana Intermittens, Quartana Intermittens.

II. Solent haec febres satis adeo temporibus ut plurimum suas repetere periodos, ut automaton horologicum vix exactius horas metiri possit. Cujus mysterii causa, ut opinor, querenda est in Tubuli obstructi capacitate, & materiae febris maturatione.

III. Nam vitiosus quidam humor primùm in tubulo partis alicujus solidæ vel etiam in pluribus colligitur, eosque obstruit, post ob moram naturam fermentativam acquirit, & turgescens præterfluentibus humoribus miscetur & ad cor deducitur, ubi cum sanguine misceris nescius primò frigus & rigorem, post ligni viridis instar in apertam erumpitflammam, & effervescentiam valde auget cum intensissimo totius corporis calore, tam diu durante, donec fermentum hoc penitus vel subigatur vel exscutiatur.

IV. Ast cum interea nova materia æquali mensura hunc focum ingreditur, in quo fermenti portio remanerat (nam quo semel est imbuta recens servabit odorem testa din) similem vim fermentativam acquirit, sanguinis motui naturali planè contrariam, sicque æquali horarum spatio accessionem febrilem inducit & etiam periodum absolvit.

V. Quod autem humor magis mobilis est, eò facilius ad maturitatem pervenit. Hinc pituita singulis movetur diebus, & quotidiam, Bilis alternis, & Tertianam, Melancholia autem quarto demum die, & quartanam producit.

VI. Paroxysmi cum frigore & rigore accedunt, cum enim Anima rigorē à frigore sæpius perceperit, jam juxta consuetudinem judicans frigoris idæam iterum concipit, quod revera non semper adest, alias vel solo igne tolli posset. Inducitur autem rigor à sanguinis particulis acidis ex arteriarum poris loco chylosarum obdilem sanguinis fermentationem & turbatam mixtionem in tubulos partium nervosarum & membranosarum egreditibus.

VII. Causa februm querenda in vitiosâ

tiosâ sex rerum non naturalium vel administrationem vel qualitate.

VIII. Nonnunquam certa materia ætherea humorem delitescentem excutit & sanguinem ad inordinatos motus recipiendos disponit, quod in Intermittibus malignis & contagiosis videmus.

IX. In curatione totum mysterium in certæ alicujus circumstantiæ observatione consistit. Qui capit capiat.

X. Empyrici nonnunquam fortiori exhibito Emetico famam præscindunt medico. Nulli tamen author ero, ut fortioribus remediis febres intermittentes curari posse persuasum habeat. Ego mille curavi febricitantes, neque forte centesimo vehementius catharticum vel Emeticum propinavi.

XI. In quotidianâ vina medicata valdè prolunt, si purgantibus specifica amara addantur.

XII. Venælectio prudenter instituta instar specifici alicujus febrifugi instantem paroxysmum tollere potest.

XIII. Ad specifica nunquam nisi præmissis universalibus configiendum, ne dolosam videamur instituere medicinam, & ulceri cavo moxque denuò erupturo cicatricem inducamus, prout loquitur *C. Willysius*.

XIV. Tertianæ focus ut plurimum est in hepate.

XV. In juvenibus sèpius facile curatur. In senibus autem vel vitæ filum abtrumpit, vel saltem difficultius curatur. Semper quantum possibile opera est danda, ut non degeneret in hecticam vel phthisim.

XVI. Curatio blandiori cathartico

in die intermissionis auspicanda. Dein specificis & mitioribus diaphoreticis agendum, inter quæ laudem merentur Arcanum duplatum, Sal *Sylvie*, Spiritus Salis Armoniaci temperatus, Specificum febrile *Crolli*, pulvis è testis conchiarum recens, Alumen cum pipare, Aqua febrisfuga, &c. Quibus omnibus palmarum eripere videtur febrisfugum *Celerrimi Craani*.

XVII. Mulierculæ nostræ inter externa commendant Emplastra ex Tercinithina & semine Santonici, carpis manuum applicanda, ut & *Cataplasma ex Allio*, Sale, croco & aceto digito annulari imponendum.

XVIII. Diæta sit tenuis. Vitentur jucula carneâ, carnes & vinum.

XIX. Si in diversis tubulis diverso tempore fiat obstrucâ ab humore bilioso, potest indefieri *Tertiana duplex*, quam præter *Quotidianam* dari statuimus.

XX. Quod si bili pituita misceatur, et sanguinis intemperies viscida concurrat, oritur *Notha*.

XXI. In *Quartana* volatilisantibus plus proficimus quam purgantibus, quæ facilius in *Cachexiam*, *Hydropem* aut *Scorbutum* ægrum præcipitant. Prærogativam autem obtinet *Spiritus Salis Armoniaci* volatilis salsus. Conducunt quoque *Chalybeata* & *Acidulæ*.

XXII. Accusatamus hic sanguinis intemperiem feculentam & *Tartream*.

XXIII. Dolor artuum lancinatus provenit ab *Acido*.

XXIV. Quartana ut plurimum in autumno invadit & in vere curatur.

XXV. Soli

- XXV.** Soli & Aeris mutatio curat sæpius, quod non curat medicina.
XXVI. Crapula ex vino generoso vel
- Malvatico nonnunquam præter omnem exspectationem hanc febrem radiciter extirpavit.

4
DE

SINOCHA PUTRIDA, CAUSONE, TERTIANA, CONTINUA, ALIISQUE FEBRIBUS CONTINUIS PUTRIDIS.

L

Quando Humor quidam fermentativa prædictus qualitate motui & mixtioni sanguinis plane contraria è suo foco in quod colligitur continuò veluti è minerâ cordi suggeritur, vel saltem antequam totalis adlit æmugēia, priusque portio materiæ febrilis nondum penitus attenuata & à sanguine subacta vel etiam foras eliminata sit, ad sanguinem cum humoribus circulantibus defertur, febris producitur continua periodica. Quod si sanguis sponte levè forte hinc inde nocte occasione effervescat, & ejus partes in inordinatos cicantur motus, ut intra plures dies vix ad pristinum ingeniū reduci possint, febrem continuam eamq; ob nimiam sanguinis mixtionis turbationem & inde pendentium graviorum symptomatum colluviem putridam adesse dicemus. In quibus essentialis, si quæ est, continuarum ab intermittentibus consistit differentia.

II. Unde varia prodeunt species. Si enim calor valde fuerit intensus, & qualiter durans toto morbi decursu, cum siti inextinguibili, erit Causus seu Febris ardens. Quod si nec sitis nec calor adeò

urgeant, interim cum rigore febris invaserit, & in principio symptomata mitiora appareant, post in augmento morbi incrementum capessant, & ad criticam evacuationem sese componat morbus; erit synocha putrida in specie sic dicta, gradu à Causone differens. Sin vero certis horarum interrallis exacerbationes caloris observentur, alism sortictur febris denominationem, eritque pro varietate humoris & accessionis vel quotidiana continua, quæ rarior: vel Tertiana continua quæ frequenter: vel quartana continua, quæ rarissima est. Quando autem febrem inflammatio vel præcedit, vel sequitur, quod frequentius sit, oriuntur inde febres symptomaticæ vulgo dictæ, quæ à parte inflammata suas accipiunt denominations, v.g. pleuritis, peripneumonia, Phrenitis, Angina &c.

III. Causa querenda in humore vitioso, qualiscunque ille nunc sit, poros habens poris sanguinis planè contrarios, qui genetatur talis ex *diarrhoea* impedita, aeris vitio vini generosi abuso, nimia aquæ voracitate. A quibus causis forent periuntur salivatili olcoso, ut cù acido,

ff

ob

ob turbatam naixionem manifestius se explicante, tanto cum impetu congregatur, & ejusmodi calorem plus minus intensum producat.

IV. His in febribus solet Natura crisi moliri, quæ ob peculiarem Sanguinis & Humoris putrescentis conditionem nunc citius nunc tardius instituitur, quo Termino exprimimus clare & satis perspicue, quicquid ad cognitionem medicam requiri videtur.

V. Quo autem citius urina redditur coloris nonnihil remissioris cum mediori consistentia & sedimento sponte subsidente, eò brevior erit morbus, & salutari judicabitur crisi.

VI. Urina turbida nullum deponens sedimentum magnam humorum turbationem & confusionem indicat.

VII. Quo urina rubicundior & tenuior, eò pejor.

VIII. Pulsus debilis dubii eventus prænuncium. Intermittens, nisi simul valde debilis sit, non semper exitiosus.

IX. Pulsus bonus, magnus nempe & æqualis, cum symptomatum in graveſcen- tia & pravitate melior est & tutor, quam debilis cum symptomatis mitioribus, hic enim ſepe fuit funestus.

X. Autumnales continuæ magis periculosaſunt quam vernales: In illis post declinationem ſemper purgandum ob recidivæ metum, in his ſuprefedere potes, quod enim illie facit medicina, hic præſtat æther.

XI. In principio, primo nempe & ſecundo die, ſi quid movendum vi- des, move, purga, ſeca. Inter purgan- tia locum ſibi vendicant non poſtre- num iuſuſa laxativa: Ipsi quoque eme-

tica prudenter exhibita graviora avertunt ſymptomata.

XII. Clyſteres in juvenili corpore valde conveniunt, præſertim in morbi principio. In ſenibus minùs tuti ſunt. Instante crisi & morbo declinante no- cent.

XIII. Alterantia ſunt ſpiritus acidiminerales. Diaphoretica tutiora, Mixtura de Tribus, Spiritus C. Cervi aliaque apud praticos obvia.

XIV. Qui statim ad Cardiaca veluti ſacram anchoram configuiunt, ægrum in ſumnum præcipitant periculum, & ſcopolio imprudentiæ allidunt.

XV. De Narcoticis idem eſto judici- um, in principio & ſtatu nocent, in aug- mento vix ſine periculo conceduntur, tu- tius post diem undecimum vel decimum quartum dari queunt.

XVI. Non raro ſanguis hiſ in febribus malignam acquirit intemperiem, quæ or- dinariam medendi methodum ſi non immutat, ſaltem flecit, præprimis quoad purgantia & Venæ Sectionem. Hinc pul- ſus etiam in principio morbi accurate ex- plorandus. Si enim citatior ſit, non audet ſuadere catharticum. Si pulſus humiliſ vel depreſſus, ipsa diaphoretica præſer- tim potentiora ſucepta ſunt, quo in Caſu Cardiacis temperatioribus naturæ alacri- ter ſuccurendum erit.

XVII. Symptomatum febres has co- mitantium mature habenda eſt ratio, qualia ſunt Alvi fluxus, vigiliæ, ſitis aliaque liquoritam vitali quam animali infesta.

XVIII. Accidit interdum, ut febri etiam curata vires nihilominus valde at- tritiſint, & extrema remaneat debilitas,

quod

quò in casu Sydenham Adolescentuli vi-
vum vegetumque calorem commendat,
quem ægrotanti applicare jubet, propria-
que experientia confirmat, ægros valdè
hoc remedio corroborari, naturamque
debilem juvari, ut semet à materiæ se-

cernendæ eliminandæq; reliquiis exone-
neret. Addit quod calor hic humano ge-
neri congener, tum suau blandus, hu-
midus, æqualis perennisque sit.

Sed plura pagellæ non
capiunt.

5.

D E

FEBRIBUS MALIGNIS, PESTE, VARIOLIS ET MORBILIS.

Thesis Prima.

Febrium malignarum genius ex Symptomatum gravitate & colluvie, funerum frequentia & contagi vi colligitur, è quibus harum febrium latitudo variique malignitatis gradus facilè evinci possunt. Ut enim in vino & lacte varios turbatæ mixtionis gradus observamus quotidie, ita partes sanguinem componentes plus minus à se invicem secedentes insignem Malignitatis constituant latitudinem.

II. Atque adeò major erit malignitas, quo major particularum secessio & dissolciatio, cuius extremus gradus est seminalis Crasis eversio & destructio, & in peste terminatur.

III. Solent enim hæ febres à peculiari quâdam symptomatum conditione non nullisque accidentibus aliis peculia ria fortiri nomina. Symptoma solitò graviora citra causam aliquam manifestam febrem faciunt simpliciter malignam; Si exanthemata seu maculae appareant, erit petechialis; Quod si calor non adeò intensus dolor interim capit, sit vehemen-

tissimus cum delirio, somnolentia & lin-
guæ ariditate, Castræsis seu Ungarica dici-
meretur. Sin denique plures febri, gra-
vioribus stipata symptomatis, in una
domo, oppido vel vico corripiantur, qua-
plures intereant quā liberentur, ma-
culæ lividae, vibices, stygmata vel post
mortem vel paulo ante obitum appearant
febris erit pestilentialis, à quā bubonibus
& Anthracibus saltem distinguitur pestis,
qua est morbus epidemius, contagiosus,
acutissimus, & perniciofissimus exanthe-
matum, bubonum, carbunculorum a-
liorumque sævissimorum symptomatum
satellitio stipatus.

IV. Causa est miasma putredinale vel
venenum pestilentiale plus minus acre &
volatile, quod ex particulis rigidis, acutis,
gladiolorum instar pungentibus & conti-
nuum solventibus componitur. Demon-
strari id posse confidimus, si quis veneno-
rum descriptionem à priori addiscat à Phi-
losophorum Phosphore Renato des Cartes;
dein veneni pestilentialis effectus attente
consideret. Quid enim quæso ex pruritu
illo sæpius valdè molesto in loco ubi
bubones & Anthraces exoriuntur, quid

ff 2 cx

Ex subsequente excoriatione aliter argue-
re licet, quam particulas eo versus mo-
ras rigidas esse, non molles nec flexiles,
deinde praeter rigiditatem simul acutas
esse, non obtusas? In visceribus interiori-
bus res magis sit conspicua, dum *Hel-
montius* ventriculum triplici reperit per-
tusum eschara in peste, qualiter olim vide-
rat stomachum ancillæ perforatum, quæ
volens biberat arsenicum: Et *Celeberri-
mus Bartholinus* in cadavere febri malignâ
extincto vidit viscera nigricantia erosa
& sphacelata, ut sine ruptura atrectari
nequivert. Ipsa quoque *Alexipharmacæ*
si respiciamus, digito quasi ostendent,
hanc & non aliam esse corpusculorum ar-
senicalium figuram. Vide sis collegii pu-
blici disputationem ultimam.

V. Habet venenum istud pestilentia-
le natales suos ut plurimum in *Telluris*
gremio, inde ab extraordinario solis ca-
lore, vel prævio Terræ motu ab igne sub-
terraneo sub minutissimarum atomorum
formâ ad superficiem usque attollitur, &
in itinere cum aliis ramentis subterraneis
concrescens nunc mitius nunc potentius
factum in sublime rapitur, & intra aëris
poros suscepsum longe latèque distri-
buitur.

VI. Miasmata è stagnis, locis uligi-
nosis, speluncis tenebricosis & cadave-
ribus quotidiè exspirari nemo ibit infici-
as, unde si non pestis, saltem alia febres
malignæ sua capiunt primordia. In Ca-
stris & militum contuberniis ob squalo-
rem & effluviorum varie inter se concre-
scientium & colluctantium copiam non
nunquam infelix hic editur partus. Quæ
causæ si conjungantur, & corpora nostra
ob annonæ caritatem, terrorem vel

mœstiam varias subeant alterationes,
malum crescit eundo, & potentius redi-
ditur.

VII. Propagatur malignitas per con-
tagium, cuius indolem elegantissimi ex-
primit pro more suo terminis *Helmon-
tius*: dum illud gas monstrosum, fra-
cidum, pestilentiale, vel fracedinem
cadaverosam in suo tractatu, *Tumulus*
pestis inscripto, nominat. Revera enim
est gas arsenicale, è corpore pestifero
exspiratum, quod pristinam suam in-
dolem longo temporis tractu illibatam
servare, & tandem qua data porta corpus
ingredi potest. Sicut pes sui in terra re-
linquit vestigium, ut canis odore Heri sui
semitam sequi possit, vel feræ per gramina
currentes quaqua versum spargunt efflu-
via aliquot dierum spatio indelibia, cun-
dem in modum peste correpti auram ve-
nenatam spirant, quæ ab adstantibus han-
sta funesta ob fermenti mumialis symbo-
lisationem brevi ludit dramata.

VIII. Quod autem plures malignam
captent auram, neque tamen omnes peste
statim corripiantur, meo quidem judicio
ex sanguinis diversâ facie, motu nempe &
mixtione, deducendum: possunt enim
hoc in subjecto ejusmodi particulae ob-
viam ire veneno pestilentiali, ut ipsis as-
sociatum statim in tertium mutetur, dum
econtra in alio ob aliorum corpusculo-
rum concretionem venenum novas quali-
nanciscitur vires & cundo crescit, quem-
admodum similem metamorphosin in
mercurii sublimati, præcipitati, duleisci-
cati, resuscitati præparatione in chymicis
quotidiè cernimus.

IX. A secessione particulam, sangu-
inem constituentium, & hinc inde resta-
gnan-

gnantium, nunc varia producuntur symptoma. Bubones erumpunt in Adenibus, quia pori in glandulosis partibus magis obliqui & forte minores sunt, quam in partibus membranosis & carnosis. Carbunculi in partibus carnosis vel membranosis apparent ob vim escharoticam, dum materia fulminis instar partes nonnullas transeundo carum siderationem post se relinquit. Dolor capitis à rosione, convulsio à spirituum animalium à rezia, sopor verò ab eorumdem crassitie vel paucitate oritur. Linguae siccitas partim à fuligine est, partim adenegata humorum circulatione. Respiratio à sanguine grumoso circa præcordia redditur difficultior. A rezia est à fermenti destructione. Alvi fluxus à sanguinis turbatione, bilis acrimonia & chyli putrilagine producitur. Maculae sunt, quando vascula capillaria hinc inde confringuntur, & sanguis guttulatim subter cutem restagnat, quæ rurbræ manent, quamdiu partes fluidæ & valde mobiles erunt, sin hæ evanescant solis crassioribus remanentibus erunt nigrae vel lividae.

X. Aurahæc venenata per inspiracionem attracta subit nonnunquam pulmonum substantiam, thoracis cavitatem & ipsius diaphragmatis poros, post convexam ventriculi partem Tinctura suâ inficit, ut sèpius sphacelo corripiatur. Quod in praxi observari poterit, si ad regionem doloris de quo ægrotantes febri malignâ vel etiam peste correpti frequenter conqueruntur, attendere velimus. Neque enim viæ illæ obscuræ sunt, sed satis tritæ, cum totum corpus vivens sit transpirabile, qui meatu tamen in cada-

vere nunquam ostendi poterunt. Hinc est, quod oleum succini vertici illitum in gula degustetur, & quod gravida foetus mortuum gestans putrilaginosum in ore percipiat saporem: Per similes quoque meatus potus largius assumptus brevi ingreditur vesicam.

XI. In Prognosi semper ad symptomatum vehementiam & virium constantiam attendendum. Alvi fluxus cum lithophymis magnum portendit periculum. Ejusdem notæ est cruentus. Maculae lividae, nigrae, latæ vibices & stigmata tristis eventus sunt prænuncia: Vomitus dubii eventus præfigium; Anthraces in loco cordi vicino, bubones circa collum vel retrò aures, funestum dicunt eventum. Quo citius in locis consuetis erumpunt, eò melius.

XII. Præservatio in his consistit, ut Aerem infectum fugiamus, quod si id non licet, Aerem corrugamus, & corpora nostradisponamus, ut truculentum illum hostem non tam facile admittant.

XIII. Aer corrigitur, si luculentis ignes hinc inde accendantur ligno juniperino, dolis picatis, aliisque. In ædibus verò suffimigia instituantur ex Rafura Corn. bovin. Hircin. Sulphure, pulvere pyrio, Aceto Bezoardico &c. In Conclavi Æolipa liquore alexipharmacō repleta & igni, ad ventum artificiale generandum admota, commendatur. Quò etiam campanarum sonitus & bombardarum crebrieres explosiones referri debent.

XIV. Inter remedia ultime scopo satisfaciencia vix centesimum famam sustinebit. Placent nobis Amuleta ex Bufonibus, succino & radice Plantagin. majoris. E bufonibus suspensis per oculos & nares

ff, verm-

vermiculos egredi in peste præservatione valde proficuos tradidit *Helmontius*, ad cuius imitationem Doctissimus Medicus *Austriæ Imblyens* Trochiscos præservativos paravit, quos plurimi salutares & efficaces deprehenderunt. Alii commendant Arenicum vel Mercurium, quæ tamen nec in peste Noviomagensi Cl. *Diemerbrockii*, nec in Londinensi Dn. *Hodges* exspectationi satisfecerunt. Non tamen inficiabor, fieri nonnunquam posse, ut spiritus arsenicales per aera oberrantes facilius tali amuleto ob similitudinem configurationis adhæreant, sive corpus vel non ingrediantur, vel ingressi iterum deserant.

XV. Amuleta Talisman dicta, certa figurâ sub planetâ alicujus domino sigillata, nequaquam superstitionis sunt, si cum Anchore *Discursus physici de influxu astrorum* supponatur. 1. Influxum hunc nihil aliud esse, quam certam materiam subtilem per planetæ Eclipticam continuo fluentem. 2. Ab hac materia per aere revolante aeris mutationes variasque tempestates dependere. Etz. Quodlibet corpuseo versus potius moveri, ubi minor est resistentia. Cui negotio pertransando forte accommodatum præ aliis erit systema des. Carter.

XVI. Sequuntur nunc Interna, inter quæ, ut opinor, priacipem obtinet locum Vinum generosum modicè interdiu ad hilaritatem sumptum. Nemo inquit *Helmontius* pauper est, aut defectuosus, quamdiu ex potu hilaris est. Præservavit se eodem remedio Cl. *Diemerbrock* in peste Noviomagensi, cuius usum *Henricus Sayer in Angliâ* adeò efficacem deprehendit, ut eo nemo umquam in hoc morbo fuerit cordatior. Ego propriam quoq;

adducere possum experientiam, qui cuncte plures annos peste infectos inviserem, jejuno ventriculo aliquot cochlearia vini sumsi, & solo hoc remedio per Dei gratiam à contagio immunis persteti. Sunt alia quoque quæ laudem merentur. Angelica, Zedoaria, Infusum Antipestilentiale. Trochisci antiloimici, Eleæarium præservativum *Mayerni*. Neque Fontanellæ laude sua defraudandæ, quæ grassantibus morbis malignis ab omnibus gestari debent. Caro porcina & haleces nocent. Interim aliquid dandum consuetudini.

XVII. In Curatione illis medicis puto credendum esse, qui pesti interfuerunt, reliquorum enim consilia ego quidem tanti non facio. *Damnamus itaque Purgantia. Proscribimus* venæ sectionem, quicquid etiam alii in Contrarium regrant: stat à nostra parte Experientia, nec ipsam rationem habemus contradicentem. Vomitoria tunc demū concedimus, quando Medicus statim in principio vacatus ventriculum cibo repletū reperiat.

XVIII. Omne autem ferunt punctum Alexipharmacâ sudorifera, quæ intra 18. Horas ter propinari debent: ita tamen ut virium semper habeatur ratio, quem in finem acida cardiaca sappiùs inter sudandum delibari debent. Interea foris nihil omittendum eorum, quæ necessaria videntur, inter quæ locum habent vesicatoria, in principio applicita femori & brachio: Quod si bubones appareant, ipsorum usui supercedere poteris.

XIX. Anthraces cautè tractentur, ne in gangrenam totius degenerent. Instar omnium haberí potest Cataplasma *Diemerbrockii* una cum lixivio theriacali. In bubonum autē eyocatione & maturatione

pre-

præstantius non datur remedium quam Emplastrum *Nathanael Hodges*. Farraginem medicamentorum ceu ipsam pestem hinc fugito.

XX. In malignarum febrium curatione V.S. nonnunquam admitti potest, ita tamen ut parcius sanguis detrahatur. Fugienda sunt ratione febris sudorifera calidiora, quem in finem emulsiones ex Sem. Napi Carduibened. cum aquis Alexipharmacis temperatoribus, nec non pulveres ex Bezoardico Minerali, terris metallicis & pinguibus, ut & sulphure Metallorum fixo comendantur. Viennæ datur in Nesocomio pulvis quidam camphoratus, quo plures febri Ungaricâ laborantes brevi restituuntur.

XXI. Variolæ cum semper à causa communi orientur & Epidemicæ sint, etiam ad has febres referuntur. Sunt autem pustulae saniosæ, ope magnæ sanguinis effervescentia uti fæces à musto ad corporis ambitum protrusæ, cum febri continua, rufi, respiratione difficulti, vigiliis, terrore in somno, pruritu. Nonnunquam graviora accedunt ante pustularum eruptionem Symptoma, Convulsiones, Epilepsia, diarrhoea, vomitus.

XXII. Causa hujus morbi in utero generatur, & concipi debet instar certi-licujus fomitis, in latibulo partis alicuius foetus in utero materno extra sanguinis & humorum circulantium patriæ collecti, quod si naœta post nativitatem occasione sanguini demum misceatur, generat febrem, mediante autem hac ebullitione partes impuræ ab utilibus segregata in habitum corporis effusæ putulas producunt.

XXIII. Cum enim foetus in utero non sanguine materno, sed chylo nutritur,

facile intelligi potest, quod chylus ille non adeò purus sit, cum diutius sèpiùs inter membranas fœtum involventes hæreat, & in ipso postmodum infante non magis depuretur, imò ob denegatam insensibilem transpirationem, & denegatam in pulmonibus sanguinis ventilationem magis inquietur, undè facile portio impuri chyli in latibulo absconditur, successu temporis naturam sanguini planè contrariam acquirens, & non nisi certæ materia æthereæ postmodum auctans.

XXIV. Multi enim morbos patiuntur, in quibus sanguis valde effervescit, neque tamen fomes iste tuac excutitur, sed tunc demum prodit ex ergastulo & per vasa lymphatica ad cor defertur, quādo certa materia ætherea satis potens & efficax ad eum exagitandum & ejiciendum corpora nostra permeat. Nihil enim huic confert copia matheria æthereæ, sed qualitas seu certa modificatio requiritur, quemadmodum magnes non attrahit ferrum nisi ob propriam materiam ætheream, & quamvis igni impositus à copiosiori permeatur materia subtili, tantum tamen abest, ut vis magnetica augeatur, ut potius imminuat vel planè destruantur.

XXV. Quod si fomes iste totus è latibulo suo ejiciatur, nunquam talis homo iterum corripetur variolis, si portio remaneat, bis vel ter per intervalla iisdem laborare potest. Neq; adeò necesse est, ut quilibet homo morbum hunc experiatur, in quibus enim fomes ille non colligitur, vel materia ætherea, cum aliæ excutere apta nata, non satis virium habet ob humoris visciditatem, illi à malo hoc toto vita decutu immunes erunt.

XXVI.

XXVI. Atate profecti gravius & periculosis decumbunt morbo hoc correpti quam infantes, quia fermentationes in illis acriorerunt, & pori magis angusti, in his vero partes molliores sunt, adeoque facibus transitum querentibus facilius cedere queunt.

XXVII. Si pustulae citò egrediantur, justam præ se ferant magnitudinem, & pus laudabile contineant, malum caret periculo. Sin vero semel visæ recedant & evanescant, nisi brevi redierint, actum erit de vita, quia sanguini debita fermentatio & circulatio statim denegabitur.

XXVIII. In adultis venæctionem admittimus, naturā quasi monstrante viam in nonnullis natum hæmorrhagiam salutarem & proficiam expertissimus.

XXIX. In purgantia autem severius animadvertendum, quæ planè exulent. Aliorum documenta nostra debent esse documenta.

XXX. Quid vero Medico agendum sit ipse motus humorum indicat: is scilicet à centro ad superficiem juvandus, nisi solius naturæ viribus satis fortis sit, ubi praestat agere Spectatorem quam Actorem,

XXXI. Motum juvant diaphoretica blandiora, lapis Bezoard. C. Cerv. philosophicæ calcinatum, semina expulsiva, aqua expuls. fumaria, &c.

XXXII. Si nimiam sanguinis secessionem metuas, decocta leviter adstringentia ex lacca, rad. tormentillæ, pentaphylli, aliisq; cum fructu propinatur, quo in casu & vitrioli spir. concedi potest.

XXXIII. In principio vomitus, diarrhoea, Epilepsia feliciter expellentibus curantur quam specificis. Ab opiatorum usu, si conscientiæ consulere velis, eo tempore abstine.

XXXIV. Oculis, faucibus, pulmonibus, & intestinis maturè prospiciendum.

XXXV. Maturæ pustulae acu aurea vel chalybeata aperiti possunt, ne facies & manus foveis deformentur, cui intentioni alia quoque satisfacere queunt remedia.

XXXVI. Morbilli ex tenuiori somnis hujus videntur oriri parte, unde plerunque uno eodemque grassantur tempore: quod si variola præcesserint, exiguum remansisse portionem in parte aliqua solidâ verisimile videtur.

6.

DE

CAPITIS AFFECTIBUS.

I.

Dolor Capitis non bene definitur per tristem sensationem, cum sensatio seu perceptio in partem affectata

non cadat, sed sit saltem certus cogitandi modus in mente, & respectu conjunctionis quasi effectus morbi, dum mens ob motum illum inconsuetum & violentum concipit ideam doloris; Hinc magis

magis medicè loqueremur, si cœphalalgia definiretur, quod sit immoda & insuta vellicatio vel divulsio fibrillarum membranæ cerebri componentium ob obstructionem à sanguinis particulis plus minus improportionatis in tubulos effusis orta.

II. Facile autem explicari poterit, quare nunc synciput, nunc occiput, nunc media saltē pars (ut in Hemicrania) doleat. Quare dolor se ad oculum extendat, certis periodis recurrit, noctu vel interdiu augeatur, si arteriarum malum deferentium varias ramifications & aliam atque aliam materialiam & theream attendamus.

III. Ut plurimum malum hoc provenit vel à Causa calida seu humoribus acribus, fassis, scrosis: vel à frigida, crassis & pituitosis, unde varix doloris prodeunt species, gravativus, lancingatus, pungitivus, distensivus, & pulsatorius.

IV. Causa est obstruc*tion* tubulorum in membranis cerebri internis vel etiam externis cranium cingentibus: dum enim Pori arteriarum nimis dilatantur, vel pervertuntur, egrediuntur partes sanguinis tubulorum capacitatē non proportionatae, eosq; propter alias à tergo continuo in sequentes obstruunt, quæ si viscidiores sint, dolorem gravativum, si acrioris, vellicationem & dolorem lacerativum excitant: dici quoq; possit fieri id ab humoribus biliosis, scrosis, pituitosis & aliis, quos nequaquam, ut alii persuasum habent, negamus, sed ipsorum qualitates per particulas aliter atq; aliter figuratas & motas clarius explicamus, non solici, an idem quoq; Galenus vel alias aliquis Medicorum Antiquitatem superstitione

coletium Pāpa vel Pontifex senserit, qui soli veritati studemus.

V. Dolor Capitis est vel Idiopathicus seu per essentiam, quando causa vel in capite generatur, vel continuè præsens est. Vel sympathicus seu per consensum, quando humores aliunde transmittuntur, qui consensus in nervorum & ab iis disseminatorum filamentorum Communione consistit, qualis est venericuli, uteri intestinorum, Renum & aliarum partium cum capite. Sæpius tamen sit, ut sanguinis consensum illum faciat, dum uno tempore & in capite & in alio aliquo viscere exuvias hostiles deponit.

VI. Curationis duo sunt Scopi, Causarum ablatio, et doloris sedatio. Prior attingitur clysteribus valde hic necessariis, purgantibus, V. S. Artciotomia, Vesicatoriis, deobstruentibus & sudoriferis. Alter Anodynus, & Acrimoniam temperantibus. Laudem merentur \mathfrak{D} dulcis, lac ejusq; setum succis antiscorbuticis maritatum. Externis palmam facit dubiam Oleum universale D. Rappii, Archiatri olim Moguntinensis.

VII. Lethargus est affectus soporosus cum lenta febri. Æger vellicatus difficulter excitatur, respondet tamen, sed incondite, omniumq; statim iterum obliviscitur. Quæ dormiendi necessitas cum obliuione per spirituum animalium inopiam & cerebri subsidentiam vel nimiam ab humoribus pituitosis inundationem, febris autem lenta per fermentantem pituitam & inde lœsam sanguinis mixtionem explicari possunt. Conveniunt in Curatione Aceta & Aquæ compositæ cum Castoreo; Rutacea, scippillata, Vesicatoria, purgantia &c.

330

i VIII. Catalepsis est morbus, qui agrum in eo detinet situ, in quo est in primo invasionis momento, salvo manente pulsu & respiratione. Neque enim totalis ad est functionum animalium lesio, sed saltus quarundam. Cujus stupendi affectus causam alii non citra manifestam contradictionem dixerunt esse congelationem spirituum animalium, quam salvo manente iorum motu concipere est vulpansarem concipere. Nonnulli eorundem spirituum nimiam accusant copiam, sive ad aliud delabuntur extremum non minus ob circumstantias absurdum. Nos omnia phænomena præjudicio liberatis explicamus per unius vel alterius lateris sensorii communis obstructionem vel obsideniam aliqualem a particulis crassioribus & viscidioribus, quibus arbitriatus spirituum motus tollitur, manente semper prioride-

terminatione, quia glandula pinealis Menti imperio amplius auscultare nescit, propterea spiritus eodem ordine eademq; influunt copia, & membra eundem, cœi in statua, obtinent situm, donec ab adstante tanquam a causa externa nervorum poti ob partis motum mutantur & ob novam impressionem spiritus alios in musculos influant. Manet enim spiritum generatio illæsa, manet eorundem excusio, manet prius recepta a mente determinatio, quæ causæ satis potentes sunt, ut partes corporis inflatae & rigidae appareant. In Curatione Salia volatilia & spiritus urinosos commendamus, non ut imaginarios illos spiritus congelatos regelent, sed ut vilcidiora illa corpuscula glandulam cingentia volatilisando dissipent. Sed quæ forte Schedæ hæ non capiunt, prolixius dicentur ex Cathedra.

7.

DE

APOPLEXIA.

I.

Apoplectieus subito in terram prolabitur cum sensus & motus abolitione, manente aliquandiu cordis pulsu cum respiratione plus minus labiosa.

II. Causa Proxima est obstructio cerebri, si non totius saltus nervorum principii, quod in concava ventriculorum superficie posuimus. Fit autem ista obstructio vel a sanguine sub forma sanguinis in cerebri substantiam effusio: Vel a humore pueris ob nimiam pororum

plexus choroidei apertione transmissio:

III. Effunditus sanguis quando retagnans in arteriis capillaribus cerebri, vel impetuosis intra has angustias agitatus claustra perfringit, & quæ data porta in cerebri cavitates effluit, quale quid in plethorice, graviter pereussis alis que videre est.

IV. Sin loco particularum sanguinis subtiliorum crassiores minusque agitatae plexus choridei poros valde dilatent, & in cerebri ventriculos extilient, interiorem illam concamerationis superficiem obducunt, Porosque principii nervorum sub

sub humoris pituitosi formâ obstruunt, quo minus syltēma nervinum à spiritibus animalibus irradari possit, hinc necessariò sequitur totius Machinæ subitanea in terram prostratio. Unde acutissima nunc hauriri potest Apoplexiæ divisio in sanguineam & pituitosam, quâ neglecta in Curatione scopas videbis dissolutas.

V. In causatum remotiorum classe sunt morbi maligni, venena, Narcotica, Aer austinus, Venus, & Bacchus, Athletarum corporis habitus, ætas senilis ob debilitores fermentationes & inde natam pituitam, Phases Lunæ, aliarumque vagabundorum luminæ maximum dominium in corpora nostræ continentium, ob certam aliquam materiam ætheream sanguini & cerebro plus minus inimicam, hinc circa solstitia, æquinoctia, pleni-vel novilunia tot apoplectici insultus cerebro observantur.

VI. Recubans sub arbore quæ fulmine tangitur moritur apoplecticus; idem sit si globulus è tormento belligo explosus aerem propè caput trajiciat, ob copiosorem materiam ætheream, cranium ab una parte facile ingredientem, sed circa pororum & sanguinis destructionem egredientesciam, ut fragore illo concussa vata diffingi videantur.

VII. Vapores inter causas non numeramus, quia semper adhuc in corpore viiente, sed si ob crassitudinem transspitare nequeant, sub forma flatuum vel Humorum varios producere possunt morbos.

VIII. Mōendum etiam hoc, sanguinem non concipi debere: tanquam Humor reliquis contradistinctus, quia sic Non Ens concipies; sanguinem compoitus est varius ex humoribus ita inter se

temperatis, ut neuter ipsi insit formaliter, sed omnes materialiter.

IX. Manent aliquandiu Respiratio & pulsus non ob necessitatem quod nodus non solvit, sed quia viæhos per nervos magis expeditæ sunt, ob continuum spirituum animalium à primordiis vitæ influxū, unde dubio procul ampliores erunt hi tubuli, ut non tam facile obstrui & crassiores etiam spiritus admittere possint.

X. Et quamvis omnes arteriæ à causa sat ispotenti in cerebro rumpi possint, frequentius tamen id fieri in plexu choroidei, ubi arteriæ magis liberae sunt magisque dilatari possunt, quam reliqua, quæ à partibus vicinis pressæ non tam facile supra sphæram distenduntur.

XI. Prognosis desumitur à respirandi difficultate, pulsus debilitate, Musculi Ani resolutione & sudatiuncula: stat estiatum Cœi, quod fortis apoplexia nunquam, debilis verò raro curari possit.

XII. Curatio itaque citò instituenda remediis ægrū excitantibus & obstructiōnem solventibus. Efrente chirurgico exsurgit V.S. quæ convenit largius administrata in Apoplexia sanguinea, in Humorali verò parcius & cautiùs instituenda. Hanc sequuntur Cauteria tam actualia quam potentialia. Scarificatio & hirudinum applicatio. Interea Aures clamoribus implendæ, æger proprio nomine aliæ voce appellandus, ut facilius auscultent spiritus animales motui consueto. Frictiones pannis calidis & spirituosis instituenda: Naribus Graveolentia offerenda, oris meteoris antia infundenda, clysteres æcriores ex aqua benedicta Rulandi præmisso tam en lenitivo injiciendi, quæ omnia utrum in sanguinea convenient non sine ratione

ratione dubitamus, is quā sōlā exceptā largiori sanguinis detractione fortē reliqua omnia in cassum nec sine periculo graviosis obstruktionis adhibentur. Emeticum vel fortius Catharticum ipsa suadet necessitas: Quod si x̄ger excitetur, succur-

tendum erit deobstrūentibus & confor-tantibus, specifico cephalico, succinatis, urinosis, non neglectis externis spiri-tutosis, quæ multum materiæ cœle-stis capiti inferunt. Plura in confli-ctu,

8.

DE

INCUBO, VERTIGINE, ET EPILEPSIA.

I.
Incubum ad Spasmodicos referimus morbos, ejus causa immediata est musculorum respirationi dicitorum convulsio, ab humoribus flatulentis vel viscidis inducta, unde mens similitudine motus decepta pondus quoddam corporis, cui juncta est, adjacere judicat.

II. Ex fibrarum corrugatione, & inde sufflamato Spirituum animalium libero conimeatu, nec non valvularum in Nois ad Cartesiam depictingarum restrictione respirandi difficultas, strangulationis mēsus, anxietas aliaque phænomena morbum hunc comitantia ortum trahunt.

III. Radicaliter autem ipse morbus est ex ventriculo, quia ut plurimum ex crapula & voracitate oritur.

IV. In curatione duos præfigimus scopos, quorum primus materiam viscidam obstruktiones parientem respicit, quam pilulis gummosis foras eliminare convenit. Alter coctionis rationem habere jubet, in quem finem volatilis antia & fermentativa commendamus.

V. In vertigine omnia in gyrum agi ap-parent, quod a perverso spirituum anima-lium motu proficiuntur. Facile enim con-cipiuntur, quod in senibus alijsq; debilio-ribus fermentationibus multum pittuitæ generetur, quæ potos ventriculorum ce-rebri in tantum obducens obicem ponit spiritibus animalibus, quo minus placide & juxta lineam rectam ē suo promptuariū effluere queant, hinc scopolis alli si turbino illo motu & perversa radiatione menti imponunt, ut objectorum impres-siones aliter percipiat, quam ipsa in or-gana factæ sunt.

VI. Alia in naturis calidioribus non tam ex obstructione quam nimia spiritu-um agitatione impetuosaque propulsiōne oriri videtur.

VII. Per consensum quoq; ex bile in ventriculo jejuno fluctuante non raro pro-ducitur in illis, quorum fibrae irritationi spasmodicae facile aufultant ea tuncque in-eolæ facile in dæglas rediguntur.

VIII. In hac Vomitoria conduceunt & Sedatiya:

Sedativā: Naturis caridioribus. V.S. In pituitosa verò incidentia, aperientia & evacuantia, nec non fermentationes restaurantia: q. s. pilulae de Hiera cum Agarico. & dulcis, stercus Pavonum, Cinabrina, instar omnium erit pulvis specificus Timxi à Guldén-Klee.

IX. Epileptici subito quoq; ia terram prolabuntur cum vehementi tamen partium concussione, spumā oris omniumq; sensuum tām extēnorū quām internōrum Eclipsi: cum enim tantus sit spirituū animalium inconditus motus, ut mentis imperio & objectorum determinationi amplius auscultare nesciant, totum etiam ædificium cum systematis nervini stupenda vellicatione labascit.

X. Causam itaq; proximam dicimus esse tumultuarium spirituum animalium motum, quem explosivum vocat celebrissimus Willisius. Habent enim spiritus animales revera rationem corporis continui, qui in statu naturali quacunq; facta decenti determinatione citra ullām aliquam confusionem in nervos excurrunt, variasq; suscipiunt radiationes. Quam primum vero aliquid fermentativæ naturæ & mixtione ipsorum contrariæ confundatur, vel impetuosis concentrentur, ipsorum ordo & motus pervertitur, & quaqua versum dissiliunt, forte cum in modum, quo aurum fulminans, pulvis tonitrualis & lachrymæ vitrea effectus suos exserunt. Hinc à rebus intensè fœtidis, à terrore, fermento maligno è sanguine in mensum suppressione, seminis turgescētia &c. excusso, tam facile oriuntur Epilepsia.

XI. Symbolum confert Luna aliter atque aliter soli obversa, è cuius tellure

nunc plura nunc pauciora, nunc plus vel minus fermentativa corpuscula evocata à calore solis in hac inferiora transmittuntur, quæ ejusmodi dramata in sanguine & succis inde dependentibus ludere solent: Sola quoque fibrillarum nervarum vellicatio vel punctura spiritus in æclipsi redigere potest, prout variis demonstrari potest experimentis.

XII. Morbus hic semper pro magno habendus, ut ut pro varietate causarum & circumstantiarum sapienter curetur, facile enim in Paralyssin vel Apoplexiā degenerare potest; vel alia etiam cerebri graviora inferre mala. In Vulneratis & lassis hæmorrhagiis non raro prodromus est mortis, quod ante aliquot annos in Studio vidimus. In infantibus & Sexu feminino non nunquam brevi cessat, præsertim si à dentitione difficiili, & variolis vel etiam ex uero ortum habeat. Hippocratis Prognosticum Aphor. 7. Sec. 5. exhibut non est perpetua veritas, & sapienter in praxi fallit; quis enim medicorum non vidit, Epilepticos etiam post annos pubertatis factos felicissime restitutos.

XIII. Curatio in Paroxysmo instituenda coincidit cum Apoplexiæ curatione, quam vide suo loco, cui addo, quod nodulus exsuta vel cochleare ligneum aquæ apoplectiæ imbutum ori indi debeat ad impedientium, ne dentium collisione lingualæ datur. Extra autem paroxysmum fermentum malignum expurgandum est 1. Vomitorio, quia morbus hic vehementior a fert remēdia. 2. Purgatiis ante Noviluniū reiectatis addito semper & dulci. 3. V.S. largius in pede celebrata. 4. Clysteribus emollientibus & carminativis. 5. Sudoriferis. 6. Acidulis, quæ nō raro stupēdo

cum successu adhibentur. 7. Appropriatis & ventriculo & cerebro dicatis, ut loqui amant: Inter quæ prius deferimus Cin-nabari tum factitum nativæ ab Arseni-cal gas penitus depurata juxta Hoffmann, in Schröd. Laudem quoque meretur pul-vis Epilepticus Infantilis Ludovicianus

cum Opio, qui legitime ad hibitus paroxysmos in Infantibus non tantum retardat, sed cætam penitus tollit. Eodem successo dari quoq; potest sulphur vitrioli, vel etiam panacea vitrioli, quorum copiam nobis non ita pridem fecit ipse Respondens chymicorum laborum nonignarus.

9.

DE

PARALYSI.

Non jam dicam de Spiritu sal. ar-mon. Liquore succinato, Spirit. Secundin. variisque salibus vola-tibus, nec non eastoreatis & graveolen-tibus, quorum farrago apud Practicos oc-currat. Neq; ipsa Amuleta usque deque ha-benda sunt, que cum primis ex rad. poeon. visc. quere. & Julis Sambuci in salice cre-scentis parantur, nec alia forte proflunt ra-tione, quam quod certam transmittant materiam ætheream. Quod si Epilepsia alium primarium comiteret morbum, v. g. variolas, febrem malignam &c. tunc à fortioribus remedis superius commen-datis prudenter abstinentum primariique morbi potior habenda erit ratio, ita ta-men ut specifica anti-epileptica alexipharmacis semper misceatur. In diæta nigro notamus carbone Coturnices, carnes lu-mo induratas, legumina, Vinum, Vene-rem, Tetrorem & mororem.

I.

Quando Humor natura sua viscidus vel aliam ob causam concentratus aerorum occupat tubulos & spiritibus

animalibus obicem ponit, quo minus sy-stema nervinum irradiae possint, partes illæ, ad quas obstructi nervi tendunt, motu & sensu privantur, flaccescunt & tandem contabescunt, qui affectus para-lysis vocatur; Estq; partium nervosarum Resolutio sive relaxatio, cuiusratione motus & sensus exerceri nequit.

II. Sepiùs solus deficit motus, sensu manente illæsò, vel sensus (leviori in pa-ralyfi) obtunditur motu existente salvo, quorum phænomena causam esse dici-mus, quod major spirituum animalium vis requiratur ad motum ciendum, quam ad sensum præstandum, in hoc enim suffi-cit si paucæ adhuc fibræ nerveæ irradientur, in illo verò totus musculus inflati-debet, quod humores circulantes alacrius pergant, qui restagnantes motus im-potentiam inferunt. Quod si quedam ner-vorum extremitates comprimantur, quod ab inconvenienti membra alicujus situ fre-quenter fieri solet, & spiritus liberè vagati nesciant, sensus valde obtusus est formicarum similis à spiritibus acrioribus sed tardius motis, tuncque partem in statu

so-

somni quamvis improptè positam esse dicimus, & prodromus paralyssis haud raro fuit.

III. Pars paralytica contabescit ob de-negatum spirituum animalium influxum & inde collapsos tubulos nihil chylosi amplius admittentes, præsettim in morbi progressu, cum in ejus principio ob Humorum circulantium copiam partes aliquando tumere soleant.

IV. Proxima itaque Causa est denegatus spirituum animalium influxus ob tubulorum nervorum obstructionem ab humore pituitoso nunc dimidium spinalis medullæ partem, nunc uno in latere aliquo saltem nervorum propagines occupantem; vel etiam compressionem à sanguine extravasato in plagâ, casu ab alto. Remotiores sunt omnia quæ sanguinem incrassare sp̄r̄tusque torpidiores reddere queunt, frigida, venena, Narcotica, morbi graviores, Apoplexia, Epilepsia &c.

V. Patet jam ex hoc morbo economiā animalem ab Anima non gubernari, cui ceteroquin imperii feruntur fasces, & tota in toto omnium operationum principium vitæque author audit: Mirum enim est, quare hoc in affectu exigua humoris portiunculam vel sanguinis guttulam ē nervo aliquo in quo æquè tota est & in corde excutere nesciat. Quare spiritus animales Regisno non auscultant & posito genu potestate accipiunt, aggerem istum perfodiendi & funditus revertendi? Profecto si natura hominis in eo sita est, ut anima per suas facultates omnibus in partibus agat, imperium mentis hinc non parum vacillare videtur.

VI. Solet autem hic affectus difficilli-

mē curari, tum quod medicamenta ad locum affectum integris viribus non devenerint, tum etiam quod ægrotantes ut plerumq; ob temporis diurnitatem malitiae curæ filiorum abrumptant, & Agyrtarum aliorumque Empiticorum suo cum dam no impleant auxilia. In Senibus incurabilis est. Apoplexiæ succedens rarissime etiam curatur. Privata saepius curam admittit, si nulla extenuatio adsit, & vestigia caloris sensusque in parte resoluta deprehendantur.

VII. In Curatione ad obstructionem, & humorem in pituitosum respiciendum, qui sui præparationem & evacuationem indicat. Ut vero ad hunc scopum eō utilius collimare possis, de V.S. cogitandum, utrum illi præmitti debeat, quod ex corporis habitu, plethora, virium constantia & vita anteacta colligipotest. Quā peractā pilula cathartica ex Hiera, Extracto Cephalico, Galbano alijsq; gummosis parata quæ ut profundiores etiam attingant tubulos Colocynthide & q; dulcificato armati debent, circa Äquinoctia aliquoties exhibenda, ita tamen ut decoctum aliquod præparans interponatur. Quibus aliquam diū continuatis ad sudorifera eundum, ut ager in Laconico plares per dies vel etiam septimanias largitis sudare queat, cui intentioni implenda decoctum lignorum cum appropriat s nervinis convenit. de sudoriferis tamen & Thermis notari velim, illa non semper pro voto respondere, quin potius malum inde auctum fuisse aliquoties observavimus, forte quod in viscerum tubulis humor fermentatus aliquando delituit, qui calore & agitatione excitatus & sanguini confusus nervorum obstru-

obstructionem auget, vel ad novum introducendum morbum fores pandit. Hinc operæ pretium est, ut sanguinis diathesia prius benè perspectam habeat Medicus, quo eo tutius illa remedia administrari queant. Novimus enim quod Thēmæ hoc in negotio aliàs valde potentes sint, & quod de suis Bathoniensibus jactat Willifius in Anglia, hoc nos nostris Emdensisbus & Wibadensisbus acceptum ferimus. Neque interea confortantia omissenda, q. s. Cinnaberina succinata, Tinctura Coffee & ii Cassiae ligneæ, Spir. fulig. C. C. sal volat. Tart. viperar. & alia.

VIII. Ut autem humor Meteorisatus èò faciliùs quā datā portā avolare possit, pori-eutis quoque referari debent frictiōnibus et inunctionibus spirituolis, v.g. spī-

ritu urticæ, convulsiv. lumbri. terrestr. Formicar. Tartar. salis armon. compos. Galbanet. P. raceli. oleo circulato Fauſi, Oleo lini sulphurato, Martiato sive mirabilis Cardilucii, Balsamo artificiali sive Anglo à felicissimo & Doctissimo Medico DN. SCHLEIERMACHER amicè mihicommunicato. Porro pars Paralytica magno cum successu immititur. Fimo equino vel ovillo, incrementis hordaceis vel etiam uvaceis, quo tubolorum obstructorum reseratio promoveatur. Invictu salviata, anthosata & cassafrata, cuna Vino viperino commendamus. Quod si morbi gravitas medicamentorum eludat vim, tandem salivatio, remedium molestia & periculi plenum, tentanda, quā gravissima paralysis à Willifio curata legitur. Tantum.

10.

DE

PHRENITIDE, MELANCHOLIA, MANIA

HYDROPHOBIA.

I. N. D. N. J. C.

I.

PHRENITIS describitur, quod sit delirium cum febre plus minus acutâ (proat nempe sanguis dispositus est) à Meningum & cerebri inflammatio-ne prodūtum.

II. Nolo autem hīc prolixè disquirere, utrum febris præcedat inflammatiōnem obstrukcionem meningum sive membranarum cerebri, an verò illam sequatur ut symptoma, quia utrumque fieri potest:

in verâ tamen phrenitide primariò accusamus inflammationem meningum & inde turbatum spirituum animalium motum, qui à equilibriō à materia subtili copiosius irruente sublato quaqua versum citra convenientem ordinem excurrentes delirium excitant; à quā causa quoque febris oritur, cuius essentiam in turbata sanguinis mixtione ponimus hīc à copiosa & peregrinâ materia subtilis [ceu liquor fulmine tactus] convenienti particularum suorum ordine & situ destituti.

III.

II. Causa proxima est inflammatio meningum à sanguine acriori extravasato poros, non in totum, sed in tantum obstruente orta, eum in modum effervescente, quō particulas fluidas in gramine recens dissecto & coacervato. *Sæpius* flammam concipere docet Magnus ille Philosophia Restaurator *Des Cartes. in princip. philos. part. 4. §. 92.* Si enim corpus aliquod acuminatum se insinuat in poros sibi similes, oritur quidem facile obstrūcio, sed non statim fieri potest inflammatio, quin potius si in cerebro talis fiat obstrūcio. *Affectus* aliquis soporosus producetur, quo ipso *C. Wil- liam* respondemus, contendenti, phrenitidem ab obstructione meningum & cerebri oriri non posse, ex eo, quod sic spiritibus animalibus obex poneretur, quo minus excutere possent. Quoties vero corpus v.g. Triangulare incidit in porum rotundum, per quem basis transire nequeat, tum ibidem hærens ob trinam superficiem tria relinquit spatia, quibus replendis copiosior affluit materia ætherea, particula humorum ad illam transmittendam non dispositas valde turbans & exagitans, tuncque fit inflammatio, quæ omnia latius & pulchrius explicat *antissimus Dn. Craan.*

IV. Causæ remotores sunt Crapula, vehementiæ animi perturbatio, plaga in capite accepta, Evacuationes sanguineæ suppressæ.

V. Phænomena affectum hunc comitantia sunt Vigilæ, delirium, faciei rubor, sitis defectus, floccorum & festucarum collectio, febris continua, urina pallida. Nam spiritus animales valde exagitati pororum cerebri prohibent subsistentiam; hinc vigilæ. Etcum radiatio-

nes eorundem super glandula pineali milles modis confundantur, delirium sequitur, & mens varios in errores, absurdas, que cogitationes abripitur. *Hoc* Portò quia humores parti affectæ viciniores vehementius aliis à materia subtili agitantur, sanguinis facie vasa capillaria sub forma sanguinis ingreditur, & ipsi colore in tubicundum conciliat. Quod si humores tali modo exagitati ad cordis thalamos continuò devenant, non potest non sanguis in mixtione suaturbari, unde febris continua. Phrenetici floccos colligunt & festucas carpunt, quod humores quidam vitiosi propulsi in humores oculorum, crassitie, motu & extura luminis radios ita determinent versus fibras retinæ quemadmodum à Muscis oculis obvoltantibus aliisque corporibus id sæpius faciunt, unde motus similitudine decepta mens corpora illa denuò præsentia esse judicat. Urina pallida redditur, non quod bilis sursum rapiatur, sed quia particulae amarae, salinae nempe & sulphureæ è sanguine non segregantur, bilis enim nequaquam tingit urinam, quod vel lixivias obscurò colore evinci potest. Sitis adeo defectus, quia menti non vacat ad omnes insolitas mutationes in œconomia animali attendere.

VI. Verum cur non omnes partes vicinæ inflammantur? Resp. Quia illæ faciliorem materiæ subtili concedunt trâsitum quemadmodum fulinen gladium vaginâ contentum diffingit salvâ manente vaginâ.

VII. Affectus hic periculosisimus est, et ut plurimum lethalis, si vox tremula, aphonia, dentium stridor & motus convulsivi apparcant.

VIII. Indicationes quibus inniti debet medendi methodus desumuntur à sanguine extravasato, qui sui resolutionem & discussionem indicat, vel quatenus intra vasa motu & mixtione peccans reversionem & sui evacuationem suadet. Symptomatica & vitalis indicatio vigiliarum & virium jubet habere rationem. Itaque sine omni cunctatione venæ sectio celebrari debet in Brachio, & postea in pede & fronte reiterari: Ipsa etiam Arteriotomia hic locum habebit.

IX. Deinde turbatus spirituum motus est figendus, corundemque furor una cum sanguinis astu placandus, quod fieri debet Julebis refrigerantibus, mixtura præcipitante & pulvere Cardiaco refrigerante, sed non obstruente, quod probè notandum. Commandamus Coralliana, perlata, nitrata, camphorata cum Aqua papav. errat. C. Cerv. Citrata. Ceras. nigr. Cordial. frig. Saxon. cum Camphorâ, sir. papav. errat. Tinct. rosar. Refrigerans. Et urgentibus vigiliis Tinctoriam Opii ritè filtratam.

X. Intercà fronti cautè applicari possunt Epithemata ex Succ. Cancror. album. ovi carne cucurbitarum, aq. rosar. cum opio & croco. Vertici capitis gallina cruenta per medium dissecta impo- natur, pedibus verò Cataplasma ex sa- pone fulco rad. bryon. & fuligine: ne- que Epithemata citra rationem Hepati admoventur, vel pedum lotio instituitur, cum sanguinis astum quoque non parùm refrænent.

XI. Idem esto Judicium de Clysteribus quos frequenter injectos valdè profu- ros speramus, quorum compositione non

modicè humectantibus, sedativis & Iu- bricitantibus constabit. Et cum phreneti- ci urinam reddere obliviscantur, sèpius super eā moneri debent.

XII. Melancholia est insania sine febre cum timore & tristitia. Sunt equidem mel- ancholici valde meticulosi & ad levissi- um etiam strepitum exhorrescunt; Imò sèpè de pileo deponendo aut chirotheca tam graves instituunt deliberationes, ac si esset agendum de bello suscipiendo, vel ex eo Reipublicæ magnum immine- ret periculum: Non jam dicam de aliis innumeris illusionibus, quæ ab authori- bus fide dignis enarrantur, cum vix ul- lam metamorphosin Antiquitas fabulosa ex cogitaverit, quam aliqui melancholici in seipsis revera non admiserint. Vid. Wil- liam de Melanchol.

XIII. Causa perversæ illius imaginatio- nis quærenda est in spirituum animalium Crassitie, unde vestigia cerebro in solici- tudine & curis gravioribus profundius imprimuntur, ipsique spiritus constan- tem cursus formam induunt, ut postmo- dum vix alias radiationes suscipere pos- sint. Hinc videmus quod non obstante vehementi spirituum animalium dis- crasiâ, tamen antiquæ consuetudinis quid retineant melancholici; dum reges se- putant esse, qui aliis anteā imperare ge- stiebant, Mendicos verò, qui antea a- varitiae erant dediti &c. Quæ omnia me- lancholicis aliter non obtingunt, quam sanis hominibus in insomniis, idq; præ repetito spirituum in eadē in cerebri vesti- gia influxu. Mens interim in suis cogita- tionibus aliter non errat, quam quod ju- dicet de impressis ac si revera perversi- sent ab illis objectis, quæ olim eundem spiri-

spiritibus animalibus imprimebant motum. Neque errorem istum incideret, si à corpore esset libera. Ast cum corpori juncta opera radiationum spirituum animalium rerum sensibilium extra se positarum haurire teneatur notitiam, ut de illis ratiocinetur, mirum etiam non est, quod hallucinetur saepius. Quemadmodum enim cithareodus ceteroquin peritissimus nunquam non dissonantes exprimit cantilenas, quoties quis chordas nunc relaxat nunc intendit, quæ antea harmonice pulsabantur; Sic variæ semper orientur in ratiociniis deliria, quoties harmonia illa tollitur in filamentis cerebri leni spirituum animalium afflata pulsandis.

XIV. Causam remotorem dicimus esse sanguinem acida sive melancholica peccantem intemperie, quam sex res non naturales male administratae introducunt, quod prolixius explicare nec temporis nec pagellarum admittit angustia. Intervim notasse sufficit, veterum de Humore melancholico, at:abile & Lienis usu placita ad figmenta referenda esse, quod in conflictu occasione data clarius demonstrabimus.

XV. Melancholia inveterata & hæreditaria ratissimè curatur, quoniam spiritus animale temporis diuturnitate longissimè à crasi sua abiēre, viscerum texture (Lienis præsertim) est immutata, & cerebri conformatio præternaturales accepit plicas. Sin verò à recentianimi oriatur pathemate, medicamentis prudenter adhibitis saepè vietas dat manus.

XVI. Vomitoria in curatione aliquoties propinari possunt, in omnibus capitatis affectibus efficacissima. Post vena se-

cetur, vas a sedalia sanguisugaram ad motione aperiantur. Alyus autem, quæ hoc in affectu succior esse solet, servetur lubrica benignioribus catharticis sero lactis iufus, quæ succi herbarum spleneticarum vulgo dictarum comitari possunt cum carminativis & acidum vitiosum corridentibus. Tandem Acidulæ tam artificiales quam naturales curæ Colophonē imponant, quæ forte rite adhibitæ ceteris omnibus palmaria præcipient.

XVII. Mania est delirium cum furore, sed sine febri. Majorem hic deprehendimus irregularitatem tum in sanguine sale acido abundante, tum in ipsis spiritibus animalibus, quorum indifferentia sublatâ mentis turbatur tranquillitas, ut non possit non certis motibus inconcinnas jungere cogitationes. Si enim mens diutius hæserit circa contemplationem alicujus objecti vel cum voluptate vel graviori quadam passione, tunc vestigia istius objecti cerebro vivacissimè imprimuntur, post ubi spirituum tollitur indifferentia, quod eorum quidam non adeò subtilestaxima cum vi & agitatione in ventri uulos propellantur, tunc à vestigiis illis in quæ præ aliis facilius incident, reflexi sua impetuositate sensorium commune vi quidam abripiunt, & menti imaginem vestigii quasi obtrudunt, ut mens omnia sua media ad justa ratiocinia non usurpans mirâ quadam præcipitantiâ absurdarum & incondituarum actionum fiat & Actor & Spectator.

XVIII. Causam antecedentem dicimus esse sanguinem multis irregularibus constantem particulis iisque fermentativis. Vel fermentum certis temporibus à

certa materia subtili è parte aliqua solidâ, ubi delituit, excutitur & sanguini confusum dramata illa ludit. Huc faciunt alia causæ procatarticæ: Tempus vernalē, hinc bene Hippocrates: *Vere quidem insania.* Vinum generosum ejusq; spiritus, ita, influxus lunaris.

XIX. Maniaci robustissimisunt, quia spiritus animales ad musculosas partes fortius determinantur, ibidemque ob sui crassitatem diutius hærent nec facile tenues abeunt in auras. Ex eadem causa & humorum circulantium agitatione sit, ut intensissimum longo tempore citra noctam ferre possint frigus; Accedit quod mens ab internis nimis occupata, ad externa minora segnus attendat.

XX. Malum si recens sit non raro unicò tollitur opio. Inveteratum autem difficultius curatur. Si sensorii communis vincula dilacerata sint, pro incurabili habetur. Ipsa cura periculi & molestiae plena largiori venæ sectione, & Emetico ex helleboro albo aliquoties repetito instituitur, quibus præmissis, testacea cum camphora & nitro vel decoctum anagallis fl. purpur. Fumar sanguinem asinum in Potu & Tincturam fl. Hyperici Mysichti commendamus.

XXI. Rabies canina est delirium cum maximâ anxietate furore, oculis torvis & siti intensissimâ. Accedit nonnunquam Hydrophobia, quam tamen in filio lanionis graviter in labiis acane rabido demorso aliisq; non observavi.

XXII. Causa est venenum à cane rabido communicatum, quod sæpius plures per dies, menses, vel etiam annos in corpore humano delitescit, donec sanguini communicetur, forte quod in fibris dilaceratis & callosis factis in vulnere ha-

reat, donec evidenti superveniente alia causâ exagitatum carceres suos perrumpat, & cum humoribus circulantibus cordi transmittatur.

XXIII. Ast major difficultas occurrit in explicandâ Hydrophobiz causâ. Nos hanc producimus, quod nempe canes rabidi aquam & liquida ceu ignem fugiant, hinc aliter fieri non potest, quin venenum homini communicatum similem motum & mixtionem non solum sanguini, sed etiam liquori animali conciliet, unde similis spirituum determinatio, & consequenter cogitatio maxima cum passione conjuncta in mente. Vel (quod acutissimus Dominus Craan annotat) venenum ab assumptis liquidis vehementer effervescit instar calcis vivæ, quam turbam & molestiam evitaturus aeger à liquidis abhorret, in eo solò prudentiaz argumentum adhuc exhibens. Quid ni verò venenum certas spirituum radiationes producere poterit, quas certæ sequuntur cogitationes, cum temperamento pituitoso prædicti somnient de pluviis, submersione aquæ, Casu ab alto & aliis; Biliosi verò de incendiis, igne & ferro habent insomnia & melancholici spectris terreantur, ut in re illa difficilima non opus habeamus confugere ad Ideas tum imaginativas tum semifinales æquè obscuras & ignorantiae caligine involutas ac res ipsa, de quibus præter *Helmontianum Marcus Marci* videatur.

XXIV. In Curatione vulnus non citò occludatur, cui allium, fermentum, vel cæpa cocta sub cineribus cum theriaca imponatur, & sæpius spiritu theriacali camphorato eluat, submersio in aquam teste *Helmontio* egregie prodest;

post

peſt pulvis palmarii ad 3j. plures per dies pro fudoribus eliciendis manē exhibeatur, qui Lip. Bezoartico, ſale volatili, vi-

perarum, & aliis nobilitari potest, ut ſicut nos hujus diſputationis, ita Medicus ſuum aſſequatur finem.

II.

DE

ANGINA ET PLEURITIDE.

I.

Angina eſt inflammatio fauci- um, in qua muſculi laryngis & pharyngis intumescunt, ut fo- lida plane non, liquida verò nonniſi diſſiculter deglutiſti poſſint, cum febri acuta & magna respirandi diſſicul- tate.

II. Variz hic ab Authoribus recenſen- tur Anginæ ſpecies, gradu ſaltem à ſe invi- cem differentes, prout muſculi nunc Oe- ſophagi, nunc capitis asperæ arteriæ plus minus intumescunt, quas ſiccо præteri- muſ pede.

III. Cauſa proxima eſt inflammatio, quæ fit propter obſtructionem pororum & vaſorum ſanguiferorum, indeque or- tam ſanguinis reſtagnationem ejusq; ex- travafationem. Si enim arterie plus in- ferant quām veṇe revehunt, motus ille particularum ſanguinis progreſſivus tranſerſtur in intestinum, quo aucto magna luſta & effervescentia fit in ſan- guine, unde tenera illa vaſcula ſanguifera vim patiuntur, rumpuntur, & ſanguinem ſub forma ſanguinis reddunt, qui muſculosas in partes effuſus ibidem ut fö- num recens coacervatum brevi inordi- natō motu cietur, alios acquirit poros & conſequenter aliam materiam æthe-

ream, unde denegato libero itu & rediſtu tandem hic particularum conflictus excitatur.

IV. Sæpius fermentum quoddam ma- lignum ab aëre faucibus afflatum ſanguinem coagulando porosque obſtruendo leerna fit malorum, hinc vapores antea per expiſationem avolare foliti aliam nunc induunt faciem, & arma in ſe ipſos convertendo bellum intestinum incunt nonniſi ſanguine expiandum; Quæ Angina ſæpius epidemice graſſatur, & pefcis instar brevi plures inficit.

V. Maligni hujus fermenti vim in acido potiſſimum conſiſtere autum, tum quod alkalicis omnium optimè retun- datur, tum quod in Clyſtorum & Spiritu- um corroſivorum deſtillatione ejus- modi ſpicula evibrata & faucibus ad- ſtantis fuſcepta anginam malignam pro- ducent.

VI. Inter cauſas remotiores locum ſibi vendicant omnia frigida ore aſſumta, & præcipue aër auſtrinus, ad obſtruc- tiones pariendas aptiſſimus, unde ab HIP- POCRATE angina inter morbos au- tumnales & ab aſſiduis imbribus oriūdos re- fertur. Huc pertinet etiam crapulae cre- briores, exercitia vehementiora, ſpinæ pi- ſcium incautius deglutitæ, Suppreſſioneſ

uu 3 con-

consuetarum evacuationum, Plethora, sanguinis intemperies acris & feruida. Sæpius aliquid consuetudini dandum, unde quis melangina laboratunt, facile cendum in morbum levi nocte occasione incidunt, quod Experiens Testis omni exceptione major confirmat.

VII. Dividitur Angina in malignam & valde contagiosam, in qua medici fauces inspicientes maximò versantur in periculo, & benignam quæ nec inficit, nec gravioribus stipata est symptomatibus. Deinde aliam dicunt esse veram, aliam notham, quamvis notham non tam musculorum faucium inflammationem, quam tonsilarum intumescentiam à salivæ vitio & va-
lorum salivalium obstructione oriundam dixerim. Vera autem angina semper co-
mitem habet febrem continuam acutam
cum magna respirandi & deglutiendi dif-
ficultate.

VIII. Ex actionum haram laſione prognosis desumitur. Quo enim diffi-
cilior est deglutitio & respiratio laboriosior,
eò periculosior ipse est morbus. Si liquida
ore assunta statim per nares rejiciantur,
exigua spes convalescentiæ supereat.
Quamvis bene sperandum adhuc sit, quam
diu spirat æger. Ego in Judæo cæteroquin
nequam, homine tamen, desperatissima
vidi symptomata, quibus tamen non ob-
stantibus orci faucibus eruptus est. Duæ
potissimum species lethales à Practicis
consentur, nempe cynanche & parasynan-
che, de quibus vide sis RIVERIUM.
Pulchrè HIPPOCRATES hæc o-
mnia i n Compendio proponit, dicens l. 5.
aph. 10. Quibus ex angina in pulmonem fit
mali conversio, intra septem dies moriun-

tur, si verò hos effugerint suppaurati flune.
Et aph. 37. l. 6. Angina correpto tumorem
in collo fieri bonum, morbus enim foras
vertitur. Denique aph. 35. l. 4. Sifbre de-
tento collum repente pervertatur, ut vix
deglutite queat, nullo in faucibus existen-
te tumore, mortiferum.

IX. Curatio inniti debet indicationi-
bus. Ego primarios scopos hoc in affectu
explendos sequentes esse puto: 1. Ob-
structio est telera. 2. Sanguini restan-
gnanti sius in circulum motus restituendus. 3. Si crux discuti nequeat, tumor sup-
purandus, quo obtento scopo postea ul-
ceris habenda est ratio, ut mundificetur
& consolidetur. 4. gravioribus & utgen-
tioribus obviam eundum est Symptoma-
tibus, quo respirationem & deglutionem
merito referimus. Primo & secundo scopo
explendo inservit Vena seccio, magnum
hoc in affectu remedium, nisi malignitas
forte contrarium suadeat. Secari autem
potest vena in Brachio, post ranina sub
lingua. Quod si mensum vel hæmor-
rhoidum præcesserit Obstructio, & respi-
randi diffiultas non usque adeò urgeat,
eligi potest vena in pede.

X. Purgantia exulare jubemus, quod
sanguinem magis exigit; vomitorium
concedimus, si in momento invasionis
vocetur medicus, quo solo remedio gra-
viora averti possunt symptomata. Sudor-
ifera & ratione tumoris & ratione febris
omnium tutissima duobus prioribus re-
spondent indicationibus, inter quæ super-
biunt oculi Cancerorum, densapri, anti-
monium diaphoreticum, Salia volatilia :
Aqua Bezoardicæ, &c. Clysteres venæ
sectioni & sudoriferis præmitti possunt,

ne vapores ex intestinis quaqua versum oberrantes plus facessant negotii.

XI. Iisdem indicationibus satisfaciunt externa nitrosa & sale acri abundantia, v.g. nidus hirundinum, fimus columbinus & alia: pro acrimoniæ temperatione adduntur balsamica & mucilaginosa, quæ in lacte coquuntur, q. s. rad. Alth. fl. chamom. &c. Ego spiritum vini camphoratum vel tartaratum omnibus linimentis & emplastris præfero, sentiant alii quid velint, modo fortuna mihi faveat in praxi. Gargarisimata repellentia penitus prescribimus & totum negotium discutientibus confi. i posse confidimus. Eandem ob causam radix imperatoriaæ de collo suspensa valde efficax est. Quod si suppuration expectanda, ea emollientibus & suppurantibus medicamentis promovenda. Sxp. abscessus scalpello rumpendus, quod in casu desperato felici tentavi apud viduam quandam successu. Sed non cuiuslibet adire Corinthum.

XII. Urgentioribus symptomatibus satisfaciunt præter venæ sectionem clysteres nutrientes, quos meritò sua censemus laude dignos, totum enim corpus est transpirabile.

XIII. Diætam tenuem commendamus. Somnus nocet, quia auget inflammations, & omnes fermentationes tempore somni sunt imbecilliores. Sed quæris unde febris continua? R. Quoties sanguini nostro aliquid fermentativæ naturæ abludentis à gradu fermentationis naturalis, hoc est aliam inferens materiam mundi subtilissimam, immiscetur, roties peregrina inducitur effervescentia; Sanguis autem restagnans idem subit satum,

quod volatiles & fluidæ graminis particulae in sceno recenti: quid mirum itaque, si in corde reliquo vitali sanguini afflus naturalem ejus turbet motum & mixtionem.

XIV. Pleuritis est morbus lateralis, & describitur, quod sit inflammatio membrana pleure dicta & muscularum inter costalium cum febri acuta, dolore lateris punctorio, tussi, respiratione difficiili & sputo ut plurimum cruento.

XV. Musculi intercostales facile ob contiguitatem simul inflammantur. Utrum verò pulmones semper in pleurite afficiantur, de eo equidem dubitamus. Nam in peripneumonia sive solitaria sive pleuriti dem concomitante omnia symptomata graviora suur. Et si pulmones semper inflammarentur, ratiū pleuritici curarentur. Unde rectius statuitur, quod in pleurite gravioribus stipata symptomatis pulmones quoque inflammatoriam patientur obstructionem, quod eo facilius in illis fiet subjectis, quorum pulmones ipsi pleuræ adhaerent & annexi sunt.

XVI. Causa proxima est sanguis vel extravasatus & in pleuram effusus putrescens. Vel restagnans talitem intra vas a sua & effervescentia. Neque enim ad inflammatoriam obstructionem semper opus erit, ut sanguis extravasetur, sed sufficit, si in vasis capillaribus, (quæ sub forma sanguinis in statu naturali non ingreditur) in motu suo progressivo præpediatur, quo facto non potest non magna lucta inter particulas sanguinem constituentes oriri, ut in oculorum inflammatione videre licet.

XVII. Causæ remotiores sunt plethora, exercitia

exercitia vehementiora, casus ab alto, percussio, omnia frigida vel ore hausta, vel per poros fortis intus spectantes admissa vaporum liberum transitum fuisse minantia, & sanguinis in circulum itum præpedientia.

XVII. Febris si symptomatica sit, eodem generatur modo, quo in reliquis inflammationibus eam fieri superius docuimus. Respiratio est difficilis, quia pulmones dilatari nequeunt, quin ipsa pleura & musculi inter costales simul moveantur, hinc ob doloris metum ægri parvam sed cerebram habent respirationem. Dolor est à dilaceratione filamentorum sive continui solutione. Tussis oritur ab humore acri asperam arteriam irritante. Sputum cruentatum apparet, quoties vascula sanguifera rumpuntur & sanguis purus è pleura ob inflammationem ratefacta transudat.

XIX. Dividitur in veram et notham, In Malignam sive Epidemicam & benignam.

XX. Signa diagnostica ex apparentiis sive phænomenis eam concomitantibus facile hauriuntur. Si æger super affecto latere ægræ cubet, malum in musculis intercostalibus erit. Sin verò lateri sano incubens plus sentiat molestiae, vera erit pleuritis; deinde in spuria febris vel nulla vel mitior, utpote quæ ex flatibus & crassioribus vaporibus partes musculosas obfidentibus exoritur; Dolor pectoris gravatus magnaue respirandi difficultas pulmones simul inflammari indicant.

XXI. Pleuritis morbus est periculosus. Maligna saepius brevi hominem jugulat. Diarrœa superveniens lethale est signum. Facile in Empyema & tandem in Phthisin

abit, imo qui aliquoties hoc morbo laborarunt, laxiores nanciscuntur pulmones & ut plurimum tandem sunt phthisici. Sputum quod citius apparet, & citra magnam difficultatem excernitur, eo breviorem indicat morbum. Videantur Aph. Hippocratis.

XXII. In Curatione omne fert punctum Venæ Sectio, quæ in brachio nisi aliud quid obstet administranda, et largiori manu sanguis extrahendus, & quidem in Brachio lateris affecti institui & iterari debet. Quod si tamen dolor non tam versus jugulum quam Hypochondrium se extendat, & ex lochiorum, mensium vel Hæmorrhoidum suppressione ortum traxerit, incidi quoque debet vena pedis. Post sanguis coagulatus solvendus, expectatio facilitanda, & si tumor ad suppurationem vergat, hæc quoque convenientibus remedii promovenda. Formulas vide apud Timaeum à Guldenflee / Willissium cap. de pleuritide; & Barbette in sua praxi. Ego paucis contentus oleo linirecenti, Emulsione Mannata, ot. Antim. diaphoretico & aqua aliquot destillatis interne exhibitis malum hoc profligavi. Externè Fomentum ex lacte & summittat. Aneth. Aori chamom. meliloti. &c. convenient, vel linimentum ex ol. diapalmæ, & ungu. de Althea. conductit quoque Emplastrum diachyl. simpl. ulceris detorsioni inservit decoctum vulnerarium pectorale. In Ephemeridibus Medicorum Germanorum commendatur oleum antipleuriticum Petri à Castro ex Cucurbitis longioribus & oleo olivarum vetustissimo paratum, quod Hanovia magno cum successu adhibitum fuisse memini.

XXIII.

XXIII. In diæta viëtum tenuem & cœ-revisiam secundariam floribus pectoralibus & stercore equino, magno remedio, exaltatum commendô. Hujus loco decoctum liquitius quoq; parati potest. Vim autem penitus proscribimus.

XXIV. Quæxi posset i. quare facultus inflammatoria obstructio in partibus membranosis quam carnosis oriatur ? dicimus fieri hoc quod pori partium carnosarum minus constantes sint, hinc vaporibus crassioribus facilis cedunt, quam pori partium membranosarum quæ stabiles magis & constantes, adeoq; facilis ita obstruantur, ut non nisi materiæ mundi subtilissimæ transitus concedatur, quætam humorum exagitationem & inflammationem deinceps producit.

XXV. Secundò, quomodo in pleuriticis pus per vias urinarias evacuari possit, quam evacuationem non raro natura criticè molitur. Aliqui putant stupendum hoc phænomenum stante sanguinis circulatione facile explicari posse. Alii vero

ad vasorum anastomosin & apertiones confugerunt. Verum enim verò nodus iste Gorgonius nondum solutus est ; Nam vix credibile videtur, tantam puris factidi copiam citra vitalis fermentationis destructionem per cordis Thalamos trajici posse : Et si vasa quædam per anastomosin aperiuntur, quare non una sanguis effluit? Hinc forte melius nebulae illæ discutiuntur, si attendamus, totum corpus vivens esse perspirabile, & innumeros eosque satis patulos in corpore vivente dati meatus, quos nemo Medicorum unquam ad oculum demonstrabit. Quidni itaque pus è thorace diaphragma transire & in abdome per poros forisintus spectantes ipsam ingredi poterit vesicam urinariam. Neq; obstat Argumentum à sensibus desumptum, quo ipsam rationem evertere conantur, jam dudum enim audivimus illud valde ægrotare & morbo aliquo laborare, quem vocant NON VA-

LET CONSEQUENTIA.
FINIS.

12.

DE

PHTHISI ET EMPYEMATE.

PHthisis est extenuatio totius corporis, cum febri lenta, tussi purulenta, & respirandi difficultate, à pulmonum exulceratione orta.

II. Quamvis enim Atrophia aliorum etiam viscerum ulcera comitetur, vel pulmonum obstructionem à calculo vel alia materia crassa seu tophacea insequatur, rectius tamen hi morbi sub marasmo vel etiam Hæstica comprehenduntur.

III. Causa immediata est ulcus pulmonum. Provenit hoc vel à sanguine in pulmonibus extravasato, ibidemque grumescente & acescente, quod Hæmoptysis contingit. Vel à pure post pleuritideni in pulmonibus remanente. Vel à stigmate variolarum; vel etiam à lymphâ acriori in pulmonibus justo diutius restringante, & ob saltem sanguinis intemperiem semper copiosius è glandulis asperæ arteriæ deplente,

xx

depluente, quod morbi genus phthisis catarhalem vocare solent. Denique oritur etiam ex ulceratio à corrosivis effluviis cum aere per inspirationem attractis, quale quid murarii, chymici, vitriarii, laponarii aliique, rem cum calce viva vel salibus corrosivis habentes, experiuntur.

IV. Suum quoque confit Symbolum aer frigidus & a tumnalis. Rectè Hippocrates: *Autumnus Tabidis malum.* Eodem sortiuntur effectum Acidulæ intempestive & largius haustæ, Spiritus Vini, Vinum, Consuetæ evacuationes suppressæ, Morbi temporis diuturnitate ballamicam sanguinis massâ depascentes, quales sunt Tertiae intermitentes, Scorbutus, Quartana. Vel qui mediatè thoraci sunt infensi, quales sunt Variole, peripneumonia, pleuritis. Stat per mortes confirmata regula: *Sepiùs plenissimus tandem fit Phthisicus.* Dum enim pus pulmones sepiùs transi, eorum compaginem relaxat, & ulcerolam tandem introducit dispositionem. Sunt qui in utero materno similem pulmonum imbecillitatem acquirunt, quorum insuper sanguis ob ulcerosum crassi seminali impressum characterem vel sigillum, leviori etiam data occasione, morbo huic fores pandit.

V. Phænomena ita explicamus. Phthisici cussunt, quia fibre pulmonales à purulenta materia irritantur. Tussis in morbi principio & ægrum & Medicum non tanto felicit, dum ex insidiis agens non nisi ipso cum ulcere increscit. Adeo febris continua, lenta tamen, & quæ tempore clapsis post paßum aliquot horis intenditur; Quia sanguis, dum per pulmones circulatur, semper quid purulentis absorbet, quod secundum minima in corde

cum sanguine mixtum non potest non ejus mixtionem turbare, quod poros habeat à poris sanguinis abludentes, hinc necessariò peregrinam (live alius motus, figuræ & magnitudinis) materiam aetheram infert, unde lucta in sanguine, & pulsus frequentior.

VI. Calor post paßum exacerbatur. Nam Chylus in morbo solo tali corpore facile ab indole sua deflectit, & in acrem & fermentescibilem abit paßam, hæc sanguini confusa & purulentis humoribus obvia insignem excitat effervescentiam, donec vel subigatur vel per diaphoresin exhalet. Hæc tamen effervescentia non adeo aucta est ut in febribus ardentibus, quia sanguis ab ulcerosis humoribus parum inspissatur. Febri huic se associat febris intermitens, fœcum suum in tubulo partis alicuius solidæ & ut plurimum in ventriculo habens: Facilè enim concipimus, quod sanguis pure refertus ad producendas obstructiones proclivis sit.

VII. Sudores nocturni colliquativi proveniunt à succo nutritio acriori, glandulas miliares vellicante, & ob spirituum animalium inopiam circuitum suum absolvere nescio, accedit calor stragulo auctus, qui facit, ut evaporatio copiosior instituatur.

VIII. Idem hic succus acrior radices capillorum in glandulis sitas (totum enim corpus pilosum est) exedit, unde eorumdem desfluvium sequitur.

IX. Paulo ante mortem duo alia accedunt Symptomata, quæ ut plurimum agmen claudunt & vitæ finem impoñunt; Nempe tumor pedum & alvi auxilis colliquativus. Cum enim ob spirituum inopiam humores circulant non

non amplius ea qua pars est a lacritate perpendiculariter descendant, tubuli in pedibus obstruuntur & humores propria sua gravitate pedem pedibus figunt. Quia etiam tonus intestinorum reliquorumq; viscerum ob eandem causam valde labefactatur, & putredo solitâ deficiente radiatione paulatim introducitur, dum aer, & corpusculis ipsi innata ntibus jam liberior quoquo versum transitus concedatur, ut pleno agmine irruere possint, non potest non totius colliquatio & destru ctio inseparari.

X. Aliae quae conspiciuntur apparentiae non sunt explicatu difficiles. Pinguedo, quae urinæ innata est à liquaminis radicalis (humidum radicale vocant) & partium oleosarum abrasione, quae lymphæ acrioris effectus est. Quod si musculosæ partes pingui hac culcitra defraudentur, mirum quantum collabuntur, unde Facies Hippocratica prodit, & totius extenuatio.

XI. Sed unde Contagium? Morbus hic, ubi ulcus valde sordidum redditur, facile communicatur aliis ægro quotidie adstantibus, præsertim si vel laxiores jam habent pulmones, vel ipsorum sanguis ad acrem intemperiem subeundam jam dum & jure hæreditario proclivis sit, adeoque tabida stirpenati sint. Ecquis dubitabit, exulceratos pulmones continuo motu agitatos, multa miasmata fermentescibilia & corolliva exspirare, quæ intra exspirationis sphærā ab, adstante corpore sive cū salvia deglutita, sive cum aere admissa, juxta activitatis luxem modulum tum in sanguinem tum in viscera debacchantur, eundemq; præsertim in corpore prædisposito producunt morbum. Et cum illæ

hypotheses, quibus in explicandis effluviis malignis utimur, sint præsidia, quibus Naturæ recessus exhaustiri possunt, haud sapit acumen, si quis illas hypotheses ad ipsas qualitates occultas referat, cum hæ semper mancant occultæ, hypotheses autem tandem fiant assertiones, & vel exinde suo gaudeant robore, quod phænomenis explicandis in omnibus accommodatae sint, quæ evidentiâ fictæ pro cuiusvis arbitrio suppositiones nequaquam gaudere possunt. Quod si quæ in principiis Tibi occurrat obscuritas, ea non tam hypothesi quâ tuò præjudicio accepta ferenda erit. Quoniam itaq; pus phthisicorum adeò acre est, ut non male cum arsenico comparetur, quod muscas æquè interimat, non video, quid obstat, quo minus ejus naturam per particulatum motum & figuram describam, cum ipsa etiam Natura in tot stupendis effectibus edendis iisdem utatur adminiculis. Sin vero quis suis, iisque fictis quatuor Elementis & qualitatibus, ab ipso corpore realiter distinctis, idem vel plura præstare possit, hoc ipsi nequaquam invidebimus.

XII. Antequam autem de Prognosi quid dicamus, restat ut paucis de signis agamus, quæ Medicum de præsentia puris certiore faciunt. Sæpius enim fit, ut pituita tum consistentia tum colore pus mentiatur, quatenus solitô diutius in Bronchiis delitescens similem induit faciem. Distinguitur autem à pure, primum odore, quia pus carbonibus injectum fetet. Secundò gravitate, quia pus aquæ injectum fundum petit, pituita vero aquæ innatæ.

XIII. Prognosis omnem convalescen-

tia spem nobis eripit. Dicant hicalii quid velint, credant se phthisicos curasse, nos ratione & cœbriori experientia edo. Eti novimus distinguere inter phthisin in fieri, & inter phthisin in facto esse. Pulmones semel exulcerati nunquam perfectè coalescunt, id quod tum mollior ipsorum compages, tum motus perennis & tussis continua confirmant. Si phthisis morbo acuto supervenerit, brevi ægrum intermit. Moltē instantem prænunciant Facies Hippocratica, unguium incurvatio, pedum tumor, diarrhoea, & Sputi detentio; Omnes enim phthisici vel suffocantur, vel syncope pe-reunt.

XIV. Interim non inficiamur, fieri posse, ut ulceris parietes callum contrahant & labia indurescant, id quod exulcerationem impedit, quo minus se latius explicare possit. Tales Phthisici plures per annos vivunt & pus in tanta copia rejiciunt, ut vel centies pulmonum molem superet, evidenter arguento, ipsum succum nutritum ad pulmones delatum fermenti putredinalis afflatu in pus degenerare. Quam parum autem Chylus corruptus à pure differat, vel ipsum lac acescens abundè satis testatur.

XV. In Curatione duos nobis præsigimus scopos, quorum unus ulcus pulmonum, alter sanguinis intemperie purulentam respicit. Pro hoc obtinendo medicamenta acrimoniam sanguinis temperantia & purulentam cacochymiam corrigentia commendamus, id quod faciunt modice humectantia, oleosa & chylosa; Inter quæ principem obtinet locum destillata antihectica variorum Authorum, decoctum passularum cum

radice chinæ & santal. citrin. paratum, & quæ omnibus palmam eripiunt laetitia, quo emulsiones etiam referimus.

XVI. Profectò lac est unicum illud asylum, quo tandem omnes in phthisi confirmata refugimus; Sed vide, ut proscriptis omnibus esculentis & potulentis solo lacte utaris. Deinde sedulò attende ad signa digestionis, ut scias, utrum lac probè in ventriculo digeratur, an vero acescat & in putrilaginem abeat. Si enim æger in cura lactis nullum putrilaginosum taporem in ore percipiat, nec acidum eructet. Si nulla ventriculi inflatio, nulla Tortina vel diarrhoea superveniant. Si sitis imminuat & æger bene dormiat, tum non exigua reconvalescentia spes afulget. Verum quamvis haec omnia ex voto succedant, tamen res nondum est invado, nec omnis superata difficultas, sepius enim sit, ut ulcus in principio curæ recenti & eoque copioso chylo obrvatur, & palliativè consolideatur, dum ipsi saltem crux inducitur, quâ ex levissima etiam occasione tandem decidente morbus ad pristinum redit ingenium. Corpus, quod interim profecerat, extenuatur, tussis recrudecit cum febri & sputo purulento, & æger brevi moritur, id quod in duabus Studiosis Phthisicis observavimus. Quo ipso evincitur, lac facilius & felicius Hecticam curare quam Phthisi.

XVII. Parem merentur laudem pulveres antihectici: Antihecticum Poterii; specificum stomachicum ejusdem, & nunquam satia laudata Tinctura ex Vitriolo Martis & Sacchato Saturni parata, quæ acido vitriolaceo spoliata Balsamica sua dulcedine Chyli, sanguinis, & puris acrimoniam, egregie demulcat.

XVIII.

XVIII. Inter externa commendantur Resumptiva; unguentum Resumptivum dictum, oleum ranarum, Balsamum Saturni, Epithema Santalinum & Balnea temperata.

XIX. Pro altero obtinendo scopo necessarium erit, ut ulcus abstergatur, & detersum consolidetur. Hoc præstant vulneraria, quæ alkali suo occulto ulcerosum acidum subigunt. Talia sunt: Veronica, Hedera terrestris, pilosella, pulmonaria, salvia, Alchymilla, sanicula, vinca per-vincet, flores bellidis, Radix Symphyti, myrra, flores sulphuris, lapides cancriorum, puluis Haly &c. ex quibus decocta, Electuaria & pulveres parati possunt. His adjungenda sunt expectorantia, Loch. san. & expert. de pulmone vulp. Conserv. Ros. pulv. anōnym. pulvis antiphthisicus Connerdingii, bals. sulph. anil. circa cuius usum non possumus non monere, quod si calor hecticus valde fuerit intensus magno cum ægrotantis damno exhibetur.

XX. Neque contemnenda sunt suffumigia ex succino, myrra, mastiche, gumi mi anima &c. vide Ettmüller Ideam præscribendarum formulatum §.3. class. I.

XXI. Sunt qui exungiam caninam, quotidiè in juscule sumtam, deprædicant; Sed dubitari potest, an tantæ ipsi insint vites, cum facile rancescat & bilescat. Fortè profuit illis, qui putatim laborarunt phthisi.

XXII. Respirandi difficultas nonnumquam usque adeo urget, ut cogatur Emeticum exhibere, beneficio cuius purulenta materia foras eliminetur, & æger à præsentaneâ morte liberetur: id quod

fortè in illa phthisi tutius erit, quæ à pulmonum vomica ortum traxit.

XXIII. In diæta omnia frigida, acris, acida ceu pestis fugientia, quo pertinent venti boreales, & fumus Tabaci. Exulare debet Bacchus cum Venere. Et si possibilissit aeris mutatio, ea omni modo suadenda est. De cœtero quietem commendamus & abstinentiam, quibus rite observatis hic morbus plures in annos protrahi potest. Sed quod differtur non auffertur.

XXIV. Empyema non multum ab hoc morbo distat, nisi quod pus non tam in pulmonum substantia, quam in thoracis cavitate, colligatur. Cui occasionem præbent pleuritis, peripneumonia, febres malignæ, sanguis in thoracem effusus in casu ab alto, percussione & thoracis vulneribus.

XXV. Empyici difficulter respirant, febricitant & tussi molesta vexantur.

XXVI. Empyema differt à Vomica; quod in hac pus peculiariter continetur capsula, ipsis pulmonibus adhærente, quæ si rumpatur, ita ut pus non citè ad Tracheam deferatur, tunc homo subito extinguitur.

XXVII. Et cum Empyema facilè transficit in phthisin, iisdem fere curatur remediis. Profunt enim Terebinthinata, vulneraria & temperatiora diuretica. Quod si via pareat in thoracis cavitatem, sive ea vulnere inflicto sit facta, sive per paracenthesin à Chirurgo institutam parata, mundificantia ex melle, Terebinthina, Diascordio, Aqua hordei & canthillo spiritus viini, vel Aqua Theriacal. magno cum levamine injiciuntur.

XXVIII. Sed Paracentesis rarius dum, ne vasa sanguifera ledantur; vide instituitur, antequam abscessus sese externè Scultetum & Fabricium ab Aqua pendente.

13.

DE

RELIQUIS THORACIS MORBIS.

CAPUT I.

De

HÆMOPTYSI.

THESIS I.

Heæmoptysis est sanguinis cum tussi resecatio. Scilicet sputum cruentum, quā sanguis cum screatu ex aspera arteria, vel cum tussi profundiore ex vasis capillaribus pulmonum in exigua tamen quantitate, vel ex vase aliquo pulmonum majori copiose & cum tussi rejicitur.

II. Cum enim sanguis pulmonum vasa celerrimè transeat, eaque valde distendat, facilè contingit, ut vitio ipsius sanguinis, vel culpâ alius cause externæ vas aliquod rumpatur, & sanguis floridus, & ob aëris commixtionem spumosus, quā data vi egrediatur.

III. Vasa triplici aperiuntur modo. Vel per anastomosis in Plethora; vel per dia-brosis in intemperie actiori sanguinis & humorum circulantium. Vel per Rhixin in casu ab alto, percussione, aut aliâ ali-quâ vi ext. inâ.

IV. In anastomosi & rhixi sanguis copiosior cum impetu rejicitur; in dia-brosis autem parcior & minori cum turgescen-tia. In vomito cruento sanguis quoque rejicitur, sed nigricans, crumosus & variis aliis humoribus commixtus.

V. Causæ antecedentes sunt consuetæ

aliquuj hemorrhagiæ suppressio, intem-peries sanguinis cacoehymica, tussis vio-lenta, febres malignæ. Procatarractæ verò aër frigidior aut calidior, cibi calidiores, vinum generosum, motus im-modici.

VI. Morbus hic non caret periculo, quia vel subito interimit, vel in longam tabem & phthisis deducit. Nam post san-guinis sputum, puris sputum, post pu-ris sputum phthisis. Mulieres, sicuti lan-guinentas excretiones minori cum vi-riuum jactura ferunt, ita etiam sèpius mi-nori cum labore ab hoc morbo liberâtur.

VII. Curatio instituenda est juxta indica-tiones. Indicat autem sanguis, pec-cans intravasa quantitate & motu, sui e-vacuationem & revulsionem. Id quod fit per venæ sectionem in brachio admini-stratam, & si opus fuerit in pede repe-titam. Qui verò sanguis jam extra-vatus est, indicat sui resolutionem & ex-pectorationem. Denique ipsa vasa rese-rata indicant sui occlusionem: Pro qui-bus scopis obtinendis commendamus medicamenta Timai, & si alia expetas quæ ex portulac. Veronic. Heder. ter-restr. & plantag. parantur. Conveniunt etiam lap. cancr. antimon. diaph. sangu. Dracon. Bol. Armen. Terr. Sigillat. Lap. Haemat. Electuar. à Boyle in usu philos. experiment. commendatum, à quo parum dif-

differt *Halidei* Eleutharium ad Hæmoptysin apud *Riverium* aliasque Practicos descriptum.

VIII. Quod si vasis jam occlusis sanguinis intemperies recidivam committetur, in usum vocari potest serum lactis cum Tinctura antiphthisica ex Sacharo Saturni parata.

X. Dixta debet esse ex carnis cum quiete & abstinentia à vino cæterisque Spirituosis. Pro potu ordinario commendamus. Tincturam lignorum à Dn. Sydenham in novissimo suo de Podagra Tractatu descriptam.

CAP. II.

De TUSSI.

THES. I.

TUSSIS est frequens & reiterata aeris & contentorum alitorum per asperam arteriam explosio à fibrarum irritatione producitur.

II. Irritantur autem fibræ 1. in ipsa aspera arteria, idq; vel à lymphâ acriori, vel ab aëre frigido & effluviis acidis contaminato. 2. in ipsis pulmonibus ab humore pituitoso salso vel purulento. 3. in diaphragmate ob consensum cum hypochondriis & superiori orificio ventriculi.

III. Primâ hinc tenet sanguis, recrementa sua ob denegatam à frigidiora aëris constitutione insensibilem transpirationem in pulmones & ductus Tracheales depoens, unde tussis epidemica orum suum trahit.

IV. Sæpius causa continens in ipso ventriculo suis habet natales, dum assumpta propter errores in dieta commissos

in liquamen catarrhale & pituitosum abundant, quod mole sua non solum ventriculum gravat, sed & vi sua irritativa fibras nerveas vellicando ipsum diaphragma concurrit, & tussim valde molestam inducit.

V. Tussis est vel humida, in qua phlegma nunc crassius nunc liquidius excernitur. Vel secca, in qua nihil rejicitur, sive id fiat ob humoris cruditatem, quæ nunc in visciditate, nunc fluxibilitate consistit; sive ob ejus acrimoniam. Ultraque oritur vel vitio thoracis; vel culpa ventriculi.

VI. Tussis humida pituitosa curatur incidentibus, digerentibus, & expectorantibus, in quem finem parari potest mixtura non inelegans ex Aqu. Asthm. Veron. Cinnam. bugloss. Ozym. Scyllit. & Syr. Heder. terrestr. Conveniunt etiam spec. diatr. Bals. Sulph. amisa. terebinth. aut. succinatus.

VII. Quod si lymphâ fuerit tenuior, conducunt spec. diatr. frigid. Lach. san. & expert. Conserv. rosar. pulvis Haly. pulv. contra tussim Mynsichti. In tussi autem convulsivâ & magnâ fibrarum irritatione principem obtinent locum succinata, crocata, papaverina, Cynoglosata & blandiora alkalica opiatis maritata. Recte Grembsiu ex Helmontio. Tussim compescit opiatum Paracelsi, quod constat experientia, ergo tussim curare soporiferis remedius non inconveniens est, hinc si quis noverit è papavero lethalia segregare, ista-Elus erit in tussi remedium egregium, id quod per liquorē Alkahest præstabilitur.

VIII. In tussi epidemica plus sæpius innocentia spirituosa & calidiora sudorifera, præsertim, ubi nulla conjuncta febris, si enim

si enim vim vi repellere velis, facile pleuritis vel peripneumonia accersetur, quod felicissimus Anglie Practicus *Sydenham* in suis observationibus prudenter annotavit.

IX. In tussi per consensum ex ventriculo egregie prosum Emetica aliquoties in usum vocata & ipsis fermentatibus praemissa.

CAP. III.

DE ASTHMATE & DIFFICILI RESPIRATIONE.

THES. I.

Asthma est frequens quadam cum asthmatatione & stertore respiratione; quo dyspnceam & orthopnceam quoque referimus, quia saltum gradu inter se differunt.

II. Hoc malum saepius typos suos febris intermittentis instar accuratissime servat & periodice recurrit, estq; pro causarum varietate varium. Potest tandem ad imitationem *Helmontii* & *Grembisi* commodè dividi in Astham humidum, in Asthma siccum sive caducum, & in Asthma stomachium seu flatulentum.

III. In Astmate humido Bronchia & ductus tracheales ab humore viscidio & glutinoso obstruuntur, ceteraque viscera ob cacheeticam sanguinis intemperiem humorum infarctu sunt contaminata, hinc à motu paulò vehementiori malum valde ingravescit, quod humores circulantes in suo per tubulos muscularum respirationis negotio dicatorum motu impedianter ob contumacem à lymphâ crassiori factam obstructiōnem.

IV. Asthma caducum merito inter morbos convulsivos refertur, tum quod eodem generetur modo, tum quod iisdem etiam curetur remedis. Hinc non male à *Grembso* vocatur Epilepsia pulmonum, quia quidquid epilepsiam curat, eo etiam curatur Althma. Usque adeò et spanatur fibrae muscularum respirationis, & ipsum etiam diaphragma ita contrahitur, ut zone instar costas constringere videatur. Oritur autem à sale scorbutico tum nervis tum ipsorum incolis infensissimo, quod impedit, quominus pulmones rite dilatentur & ipsum diaphragma primarium respirationis organum libere moveatur, und, præsentissimum imminet suffocationis periculum.

V. Flatulentum in ventriculo & in primis viis castramentacur, ortumque suum habet à cruditate acidâ seu Gas flatulento, quod mucus ibidem collectus expirare solet, à quo ventriculus non raro in tantum distenditur, ut ipsa respiratio valde laboriosa inde reddatur, & non nisi magno cum conatu & difficultate peragi possit. Hinc est quare omnes Hypochondriaci, Hysterici & Scorbutici post pastum sint asthmatici.

VI. Causæ remotiores sunt errores circa sex rerum non naturalium administrationem commissi; Nec non morbi prægressi, quibus sanguis depauperatur, fermenta viscerum enervantur, & ipsa principia activa, sanguinis itum & redditum conservantia subiguntur.

VII. Referitur autem Asthma inter Medicorum opprobria, quia nunquam periculo caret, cujuscunque etiam sit conditionis & generis. In senibus nunquam curatur, præsertim si profundiores egerit radi-

radices. Quod si urina parcus incipiat fluere, non amplius de futura Hydrope dubitandum est.

VIII. In Curatione observandum est, nihil certe de Venæ sectione hic determinari posse, cum illam & profuisse & no- cuisse ex praxi constet, itaq; necesse est, ut ad corporis habitum & causas antecedentes probè attendatur.

IX. Asthma humidum pectorale curetur præmissis phlegmagogis incidentibus & expectorantibus. Commendamus Mixuram ex Aqu. astmat. Hyssop. Ve- tonic. Cinam. hordeat. Oxym. Scyllit. Tinctur. proprietat. Mysicht. & Juleb. astmat. Cui præferimus Aquam pecto- ralem rubram Celeberrimi Horstii, senibus nunquam non salutarem, cum quâ Julebus Grembsii ex aqua astmat. & Elixir. vitæ cō- venit. Conducūt quoq; omnia sulphurata. v.g. Syrup. dia Sulph. Willisi. Tinctura sulph. flores sulph. Omnia crocata, enulata, ani- fata, decoctum pectorale August. Galli veteris Riveriano modo paratum. Ol. sachar. composit. Sperm. Ceti. Buty- rum cancerinum. Tinct. antim. tartarisat. Tinct. Tart. spir. sal. armoniac. anisat. Virid. æris Michaelis.

X. Inter purgantia laudem merentur ea, quæ ex gummi ammoniac. & galban. præparantur; qualia sunt pilul. de Hier. cum agatic. de ammoniac. Quercetas. Extraçt. diacartham. pilulæ gummosæ.

XI. In Astmate caduco convenientiunt ammoniacalia, aromatica, oleosa, calto- reata & opia. Omne hic ferunt pun- etum liquor. CC. succinat. e. opio. sal. velat. CC. cum opio; Tinct. myrr. c. Spir. sal. armoniac. & omnia ex lumbri- cis & millepedibus parata.

XII. In Astmate stomachali vomi- totia conducunt, quibus præmissis ad carminantia deveniendum, qualia sunt; Elixir. Propriet. alcoholisat. Ellent, carni- nat. Celeberrimi Wedelli. Spir. Nitri ritè dulcificat. arcum duplicatum, Varia Elæosachara, Tragea post pastum, alia- que cœteroquin in cruditate acida con- pescenda valdè proficua.

CAPUT IV.

De

PALPITATIONE COR- DIS & SYNCOPÆ. THES. I

Palpitatio Cordis est ejusdem motus cor- vulsus cum vehementis arteriarum cordis vibratione.

II. Causa est vel inordinatus spirituum animalium influxus cordis fibras motu spasmodico vellicantium; vel viscida san- guinis intemperies, ita tamen ut valdè fermentescibilis sit, hinc in rarefactione spi- ritus crassiores se exiticare nesciunt, tanto- que cum impetu sanguinem excutiunt. Neque excludenda est lympha ex arteriis coronariis cordis parenchyma ingrediens; quæ si acrior sit, spasmus inducere solet.

IV. Causæ remotiores sunt terror, ira, Venus, mensium suppressio, malum hy- pochondriacum & sexcenta alia.

V. In Curatione ad primas vias respi- ciendum, frultra enim omnis institui- tur curatio, nisi chyli vitia prius emenda- veris: Inter specifica commendantur co- rallia, ambrata, margaritæ. Aq. è typh. Cerv. Cordial. fr. Saxon. Externè lauda- tur Theriaca cum croco & confect. alkermi.

VI. Syncope est preceps omnium virium lapsus cum facultatis vitalis & animalis ablatione.

VII. Causa querenda est vel in liquore animali vel in vitali. Sanguis hic sibi primas tenet, dum vel polypo se in corde concrescit. Vel quantitate sua cordis thalamos obruit. Vel nimum rarefieens in motu suo circulari præpeditur.

VIII. Curatur Vino generoso. Accento medicato urinosis, Castoreatis. Elixir. pretios. Aq. cardiac. spir. theria-camphorat. & omnibus ex cinnam. paratis, de quibus vide *Volum. 5. allor. Haffnian. observ. 91.* Sin plura desiderentur, Practicorum voluntina evolvi possunt.

I N D E X

Rerum & Verborum.

A.

- Acidula** quare hisce temporibus malecedunt. p. 42
- Aeris** correptione multi magni morbi curantur. 5
- Aer frigidus** à vulneribus arcondus. 12
- Aer** sale abundat. 25
- Angina** 341. species 341. causa proximaib. malignitas unde ibid. divid. in malig. & contagiosam 342. prognosis ibid. curatio ibid. purgantia nocent indicat. curat. 343. diata. 343
- Ethiopes** unde ortum suum habent. 306. 312. causa naturalis. **Ethiopum** nigredinis 307. 308. 309. **Causa Formalis** 310. materialis. ibid.
- Anima vegetativa** distribuit succum nutrictum. 239
- Anima**, de omnibus motibus non indicat. 316
- Anorexia** 188. causa immediata ibid. mediatia proxima ibid. causa remota ibid. prognosis. ibid.
- Apparatus** magnus ad vulnera curanda non requiriatur. 12
- Appetitus** prostratus. 77. causa ibid. Cura. 78.
- Apoplexia** 330. causa proxima ibid. respiratione quare manet 331. Prognosis. ibid.
- Aqua Cosmetica.** 43
- Astrorum** efficacia ex vis in microcosmum. 29
- Astrologia** judiciaria juxta Ephemerides veterum instituta quare sapissime fallit. 33.
- Asthma.** 352
- Asthma** caducum referri potest inter morbos convulsivos. 152. causa proxima ibid. vena scelio est suspecta in curatione. 353
- Asthma humidum** pectorale curatur incidentibus & expectorantibus. 353
- Asthma** caducum curatur aromaticis. 353
- Asthma** stomachale vomitorius & Carminalis. 353
- Aulicis** quid 36. quam vitam agunt. ibid. quare saepe morbis chronicis laborant? 37. in diata

Index Rerum & Verborum.

| | | | |
|---|--------------------------------|--|--------|
| in dieta errores quos committunt? 38. | Sa- | Calor ignis an aliquid distinctum ab essentia ignis? | 5 |
| lutaris dieta qualis esse debet? 46. | sunt difficill. purgat. 39. | Calor Sanguinis refrigeransibus extingui non potest. | 21 |
| aulicorum qua attentione sit instituenda? | | Cancer occultus quomodo tractandus. | 18 |
| 40. acidula his prossunt: | 42 | Caput pre aliis partibus defluxionibus est obnoxium. | 24 |
| B. | | Carethesius non fuit Medicus. | 3 |
| Barba plus recommendat Empiricum quam ratio peritum, | 10 | Catharri sedes 8. an aliquid à cerebro in catharro suffocative descendit. | 8. 22. |
| C. | | Catharralis defluxio. | 22 |
| Cacochymia. | 62 | Catharrorum causa proxima. 22. remota. 23. definitio. 23. humor Catharralis per quas viam fuit. 23. frigida ac humida in- temperies cerebri è causa catharrorum 23. per os cribiforme defillat materia catharralis. 23. refutatur hac sententia solide. 24. catharrorum tempora. 25. | |
| Catalepsis 145. 330. Phanomena. ibid. curatio 330. causa 146. glandula pinealis obstructio quomodo fit. ibid. causa re- motia 149. Prognosis. 149. Curatio. ibid. et 150. Praeservatio. | 149 | Catharrus frigidus 26. febris in Catharr- is unde ibid. urina pallida. 26. progno- sis. ibid. indicationes, curat. | ibid. |
| Cardialgia, 193. causa. 194. curatio. ibid. Calculus rennum 260. siccus rennum. ibid. cum quibus partibus connexi ibid. substantia rennum qualis. ibid. ren quo haber nervos 261. arteria Emulgens ex quo trunco ori- ginem habet ibid. in renibus nulla sit con- coctio. 261. materia quenam separatur in renibus ibid. quomodo separatur. ibid. u- rina per quas vias descendit à renibus ad vesicam urinariam. ibid. sanguis super- fluus à secretione urine per quos ductus refluit. 262. calculus quomodo generatur in renibus 262. materia calculorum. ib. acidum non tantum est causa calculi 263. cause remota ibid. signa diagnostica 263. ardor unde 264. vomitus nephriticorum unde 264. Prognosis 265. curatio duplex est alia in paroxysmo: alia extra paroxys- mum. ibid. in paroxysmo 266. post pa- roxysmum curatio istud duplex. 266. quare pauci curantur 265. Medicamen- ta calculum diffingentia an dantur 265. 266. 267. | | Chirurgus Carethesianus reviviscit. | 10 |
| | | Chirurgorum multorum eruditio laudatur. | 10 |
| | | Chirurgi ferè omnes non intelligunt causam inflammationum. | 11 |
| | | Chirurgi castrenses castigantur. | 15 |
| | | Chirurgorum errores unde. | 18 |
| | | Chirurgi ministri sunt Medicorum. | 21 |
| | | Cholera 94. causa. ibid. divisio. ibid. curat. ibid. | |
| | | Chylus quid? | 53 |
| | | Chylificatio quomodo fit. | 73 |
| | | Chylus animi in eti in ventriculo. | 79 |
| | | Chylificationis tempus. | 56 |
| | | Circulatio sanguinis est primum vivens & ultimus in morienti. | 11 |
| | | Circulatio sanguinis in omnibus vulneribus semper conservanda. | 12 |
| | | Circularis Chyli. | 57 |
| | | Cir- | |

Index Rerum & Verborum.

| | | |
|--|-----|---|
| <i>Circulatio Sanguinis.</i> | 58 | omnes homines ut quidam tam facile inficiuntur. 228. cause remota. ibid. astra an in hac inferiora venenosos exspirant halitus. 228. differentia. 229. diversitas causarum. ibid. urina dysentericorum qualis. ibid. prognosis. ibid. curatio. 230. |
| <i>Cæliaca passio.</i> | 195 | Specifica anti dysenterica. 231. dolor acer- bissimus quibus mitigandus. 231. opium laudatur. ibid. clismata recommendan- tur. 231. curationes magneticæ. 232. die- ta prescribitur dysentericis. 232. saccha- ratancient. ibid. somnus conduit. 233. curatio prophylactica. ibid. observationes variariores practica. 234 |
| <i>Colica.</i> 199. causa ibid. prognosis. 200. in- dicatio curatoria ibid. dolor ventris unde 240. statuum generatio. ibid. urina pan- ca. ibid. dolor lancinans unde. 241. ob- structio alvi. ibid. bilis flava quæ vomitu ejicitur. 241. causæ remotores. 242 dif- ferentia. 242. curatio prime species. 243. cura alba est in paroxismo alia extra. 243. in paroxismo. ibid. topica cum cautele sunt applicanda. 244. antiscorbuticare- media laudantur in hoc affectu. ibid. cor- dalia prosunt. 246 | | E. |
| <i>Commercium aeris inter hominem & ae- rem.</i> | 93 | Effervescentia causa. 82 |
| <i>Commercium mentis cum corpore.</i> | 146 | Errores Chyrurgorum terrae tegit. 18 |
| <i>Cometarum effectus.</i> | 34 | Errores sepultos author ingens & crudite- tatis degredi. 11. 12. & subsequentibus. |
| <i>Concoctio ciborum.</i> | 55 | Epilepsia. 151. 332. Definitio. 152. subje- ctum. ibid. & 156. causa proxima. 333. 154. remota. 155. causa præternaturales. ibid. Epilepsia quoniamplex. ibid. signa dia- gnostica. 157. prognostica. 157. 333. here- ditaria curatu difficultis. 158. curatio du- plex. in & extra paroxismum; in paro- xismo. 158. 333. extra paroxismum. 159. remedias ex fonte Chirurgico quenam. 159. in largis hemorrhagiis est prodromus mortis. 333 |
| <i>Cruditas duplex.</i> | 186 | Empyema. 349. paracenthesis quomodo in- stituenda. 350 |
| <i>Cruditas acida.</i> 186. causa. ibid. Signa dia- gnostica. 187. mater variorum morborum. ib. indicatio curatoria. ib. Nidoroja. 187. causa ib. quos parit morbos 187. curatio ib. | | Ephemera. 317. Signa diagnostica. ibid. |
| D. | | F. |
| <i>Demon quomodo potest ululatus perver- susque alios gestus in corpore obsefforum excitare.</i> | 280 | Facultatibus certis carent partes solida. 5. imaginaria partium solidarum descri- buntur. ibid. |
| <i>Dentifricia.</i> | 43 | Famis & appetitus causa. 76 |
| <i>Diereticum hamoptoicorum rationale.</i> 164. 165. & 166. | | Fames canina. 189. differt ab ulmia, causa ibid. remedias. 190. |
| <i>Diarrhoea</i> 196. causa. ibid. divisio. ibid. | | Facultas assimilatrix. 95 |
| <i>Dolor & calor non attrahunt humores.</i> 19. | | Febris. |
| <i>Dysenteria.</i> 197. causa proxima. ibid. copio- sus humor unde. ib. diagnosis. 197. Divi- sio. ibid. prognosis. ibid. curatio. 198. die- ta. 199. maligna. 225. subjectum. ibid. Sphaceloperenum. qui percurrent dysenteria- ci. 226. vomitus unde? causa proxima. 227. morbus contagiosus. 228. quomodo propagatur contagium. 228. giare non | | |

Index Rerum & Verborum.

- F**ebrium *Essentia in quo consistit.* 62. 316.
differencia unde desumitur 316. *curatio quibus absolvitur.* ibid. *V. S. an prodest in febribus.* ibid.
- F**ebris. 44. *causa* ibid. cura. 45
Febris *vulneraria unde.* 13
Febres *intermittentes, in aulicis cur sepe degenerant in malignas.* 45
Febres *intermittentes quare certis temporibus suas reperint periodos.* 319. *vigor unde.* ibid. *causa.* 320. *curatio.* ibid. *malignae.* 323. *causa.* 324
Febricitantibus frigida non commendanda. 8
- F**ebrifugum *Med. Angl.* 45
Fermenti *ventriculi origo* 55. *Natura.* 76
Fonticulorum abusus. 27
Frigus & calor se in vicem excipiens in febribus unde. 64
Frigus quid. 67
Frigida puerperis non propinanda. 8
- G.**
- G**eneratio. 281. 292. *An totus homo generatur.* ibid. *anima an per traducem communicatur fetus.* 281. 38. *mentis cum corpore conjunctio unde.* 281. *corpus quomodo generatur.* 282. *Harvai opinio de generatione.* 282. *Aristotelis.* ibid. *vestimenta que in testiculis mulierum reperiuntur an sunt vera ova.* 283. 284. *ova quomodo descendunt per tubos Fallopianos in uterum.* 283. *quare descendant.* 286. 287. *an homo sit in ovo.* 284. *cicatricula que in vitelli superficie observatur quid.* 284. *ova quare quadam carent vitello.* 285. *concepio in quo consistit.* 285. *quomodo fit.* 286. 292. *an in germine ovi omnes animales partes existunt.* 286. *seminalis aura seminis Masculini quid consert ad generationem.* 286. *membrana Ambucon & chorion quomodo generantur.* 287. *Placenta*
- uterina quomodo.** ibid. *Humores in membranis unde.* ibid. *Punctum saliens quid.* 287. *an fetus sang. materno nutritur.* 287. *gemelli quomodo generantur.* 295. *an uno concipiuntur coitu.* 295. *an infans in utero propriam vivit vitam.* 298. *Glandula pinealis est sensorium commune.* 137. *ubis sita* 272. *qua circula membranula.* 273. *textura.* ibid. *substantia* 273. *color.* ibid. *figura,* *magnitudo,* *usus.* ibid. *Praternaturalis.* 277
Gutta *rosacea causa.* 43. *cura.* 43
- H.**
- H**emorrhagia *Narium* 48. *causa proxima.* 49. *remota.* ibid. *cura.* 51. *Apertio vasorum.* 49. *differentia.* 50. *signa diagnostica & Prognostica* ibid. *Indicat curat.* ibid. *cautela medica circa curam hemorrhag.* 52. *diata.* ibid.
Hemorrhoides. 203. *causa.* 204. *curatio.* ibid.
Hereditarii morbi. 60
Hemophisis 350. *quotuplici modo aperiuntur vasa.* ibid. *causa antecedens.* ibid. *indicat curat.* ibid. *diata.* 351
Hedica *quare insequitur reliquias febres male curatas.* 318. *signa diagnostica & prognostica.* ibid. *curatio.* ibid.
Hemicrania quid 329. *dolor proprius dicendo ubi;* *dolor quotuplex.* ibid. *curatio.* ibid.
Helmontius purgantium tandem describit. 4.
Hepar *sanguificat:* *Officina.* 84. *Argamenta.* 84
Hepatis *structura.* 85. *figura.* ibid. *officium.* 86
Hippocrates *unde famam sibi acquisivit.* 3
Homines *quinam exoptata fruuntur valedudine.* 37
- 37
 Homo

Index Rerum & Verborum.

- | | | |
|--|---|---------------|
| <i>Homo</i> quid. 136. <i>conjunctionis mentis cum corpore.</i> 137. <i>sedes anima.</i> 137. <i>mens quomodo imperium suum exercet in corpus.</i> | rem Chirurgum. Ira causa. <i>L.</i> | 20 139 |
| <i>Humores</i> an sub illo schematismo in corpore delitescent, uti ope cathartici excernuntur. | <i>4</i> | 137. |
| <i>Hydrops.</i> 247. <i>causa.</i> 249. <i>vasa pellucida quenam sunt illa.</i> 247. <i>officium horum vasorum.</i> 247. <i>lympha quid.</i> 248. <i>lymphain hydrope ubi colligitur.</i> 249. <i>quot sunt species hujus morbi.</i> 249. <i>causa remota.</i> ibid. <i>Hepatis intemperies frigida non est causa Hydrops.</i> 250. <i>signa diagnostica.</i> 251. <i>respiratio in hoc affectu quare difficultis.</i> 252. <i>appetitus quare prostratus.</i> 252. <i>tussis hydropicorum unde.</i> ibid. <i>sitis.</i> ibid. <i>obstructio alvi.</i> ibid. <i>uria hydropicorum qualis.</i> 253. <i>macies.</i> <i>partium superiorum.</i> ibid. <i>prognostis.</i> ib. <i>curatio quoad tres indicat.</i> est instituenda. 254. <i>remedia ex fonte Chirurgico quanam.</i> 254. <i>Pharmaceutico.</i> 255. a quibus incipienda cura. 255. <i>emetica nocent.</i> 256. <i>clystes recommendantur.</i> 257. <i>in diureticis solatum hydropicorum.</i> ibid. <i>in nimis vigilis quid agendum.</i> 258. <i>dieta hydropicorum.</i> 258. <i>quid sentiendum de paracenthesi.</i> 259 | ibid. <i>L.</i> | 120 |
| <i>I.</i> | | |
| <i>Ignorantia</i> socium habet Invidiam. | | |
| <i>Ignorantia</i> ferro ac igne multos necit tradunt agrotantes. | <i>14</i> | |
| <i>Iliacapassio.</i> 201. <i>causa remota</i> ibid. <i>enemata quare sicut in hoc affectu emetica.</i> ibid. <i>vera.</i> 201. <i>symptoma quodnam persistitum.</i> ibid. <i>dieta.</i> | 201 | |
| <i>Incubus.</i> 332. <i>subject.</i> 332. <i>curatio.</i> ibid. | | |
| <i>Inflammatio</i> resolventibus curatur. | <i>6.</i> 13. | |
| <i>Instrumenta</i> argentea non faciunt eruditio- | | |
| | | <i>Morbis</i> |
| <i>Laetis</i> vitium 30. <i>generatio.</i> 115. <i>utendi modus.</i> 118. <i>testimonia varia variorum Cl. virorum de usu laetis.</i> | ibid. <i>L.</i> | 270 |
| <i>Leishargus</i> 329. <i>curatio.</i> | | |
| <i>Lienteria.</i> 195. <i>subject.</i> ibid. <i>causa.</i> | | |
| <i>Lien</i> ubi <i>situs.</i> 267. <i>cum quibus connectitur partibus.</i> ibid. <i>membranas quo habet.</i> ibid. <i>quam habet substantiam.</i> ibid. <i>qua habet vasa.</i> 268. <i>usus lienis.</i> 268. <i>ex obstructione lienis quinā oriuntur morbi.</i> 268. <i>an possidet fermentum.</i> 269. <i>variorum Virorum opiniones de munere lienis leguntur.</i> 269. <i>an absque vita & sanitatis dispensio potest exscindi.</i> | ibid. <i>M.</i> | ibid. 270 |
| <i>Mania.</i> 136. 141. 339. <i>subjectum</i> 338. <i>causa.</i> 139. 142. 338. <i>curatio.</i> | | 143 |
| <i>Maniaci</i> quare loquuntur de illis rebus quae nobis rara videntur. | 140. | |
| <i>quare sine febre.</i> 141. <i>robur unde.</i> 141. 340. <i>ferre posunt frugis intensum.</i> | 141. 148. | |
| <i>Medicamenta Specifica</i> non dantur. | | |
| <i>Medicamenta</i> apud & carnem generantia non dantur. | | |
| <i>Medicus</i> ad agrotum vocatus ad quid attendere debet. | | |
| <i>Medicina</i> quare sterilis veterum temporibus. | | |
| <i>Melancholia</i> 338. <i>non est ex liene.</i> 8. <i>causa.</i> 338. <i>remota.</i> 339. <i>subjectum.</i> 338. <i>Hereditaria</i> quare raro curatur. | | |
| <i>ibid.</i> | | |
| <i>Mixtio</i> sang. | | |
| <i>Monita medica</i> circa opū & opiatorum nūsum. | | |
| <i>Monstra</i> quid. 290. <i>causa.</i> 299. 309. 301. 302. 303. 304. | | |

Index Rerum & Verborum.

- Morbi Chronicis ex qua parte radicaliter nullulant, 185 Pharmaca multa ingratiam pharmacopœiæ orum prescribuntur. 5
 Mucus narium unde. 24 Pharmacopoli portatilis descriptio curiosa. 46
 Mulieres quare facile fiunt arthritica. 112
 Mysii Viri Excellent. Observat. chirurgis commendantur. 15 Philosophia ignorantia peperit in medicina varios errores p. 2. 4. 5. est causa quare veteres non profecerint in illa. ibid.
 O. Philosophia vera praktico summe necessaria. 2
 Opiata quid. 167. an vim habent somniferam. 168. qualitas opiatorum. 169. in quibus affectibus raro & tuto exhibentur. 171. operandiratio. 170. 98. Philosophia verbalis non tolluntur errores. 2
 Opinio facit doctos. 3 Philosophia Cartesiana alto somno stertentes excitati peripatetici. p. 2.
 Oleosa & pinguis nocent in vulneribus. 13. & 14. Philosophia Cartesiana docet naturam fermentat. 6
 P. Phrenitis. 336. Subjectum 336. causa proxima. 337. causa remota. 337. diagnosis. ibid. prognosis. ibid.
 Paracenthesis qua cautela instituenda. 13
 Partes luxatae quomodo reponi debent. 20
 Paralysis. 334. pars paralytica quare contabescit. 335. causa proxima. ibid. prognosis. ibid. curatio. ibid.
 Passio uterina unde habet natales. 39
 Peripateticorum ignorantia detegitur. 3
 Peripatetici si resurgerent quid agerent. 3
 Peripatetici, qualitates medicamentorum non intelligunt. 7
 Pernis 65. definit. 66. subject. ibid. causa proxima. 68. remota ibid. prognosis. 69. cura. 70
 Pestis 123. 324. venenum pestilentiale unde ib. malignitas quomodo propagatur. ib. unde bubones. 325. contagiosus morbus. 324. symptomatum causa. 125. symptoma. 135. sang. tantum conturbatur in hoc morbo. 127. sicca causa. 127. 324. præservatio quomodo instituenda. 128. quibus remedis. 129. 130. 131. 325. curatio. 132. 326. vomitoria profundunt purgantia nocent. 132. alexipharmacæ & sudorifera optima. 133. amuleta quare juvant. 325. 326.
- Pica & malacia. 190. causa ibid. an ventriculus similia an dissimilia appetit. 191. prognosis. ibid. curat. 190
 Podagra. 109. causa. 110. cura. 112. amuletus an curari potest. 113. podagra an laborare possunt Eunuchi pueri & nondum menstruata pueræ. 111. quare moriuntur. 122
 Potare in multam noctem an conducit. 183
 Purgantiis febre curari nequeunt. 64
 Purgantiis turbatur. M. S. 64.
 Pur-

Index Rerum & Verborum.

| | | | |
|---|-----|---|--------------|
| Purgationis nomen est impostorium. | 4 | Siderum influxu in quo consistit. | 52 |
| Purgantia communicant sang. & therem pe- | | Singultui. 193. causa immed. | ibid. |
| regrinum. | 7 | Soda. 193. causa. ib. prognosis. ib. curat. ib. | |
| Pus in vulneribus unde. | 13 | Somni & vigiliarum causa. | 138 |
| <i>Q.</i> | | | |
| Qualitas & operandi ratio medicamento- | | Solida partes ex lacte trah. originem | |
| rum docte explicatur. 7. occulta unde | | Spina ventosa. | p. 19. & 20. |
| originem. trah. | 7 | Spiritus animales quid. 137. ubi elaboran- | |
| Qualitates & officia discipulorum Chirur- | | tur. | 138 |
| gia jocose & dextre describit A. | 11 | Studio si quare scabiosi. | 182 |
| <i>R.</i> | | | |
| Receptaculum sang. commune. | 57 | Studio si an Nicotiana conductit. | 182 |
| Remediorum Alexipharmacorum operan- | | Succi pancreatici officium. 79. ex quibus | |
| diratio. | 98 | consistat particulis. | 79. 80. |
| Repellentibus inflammationes non curan- | | Succibiliaris officium. 80. ex quibus con- | |
| tur. | | stat particulis. | 81 |
| | | Substantia hominis quadruplex. 145. 146. | |
| | | Suffocatio in catharris. | 26 |
| <i>S.</i> | | | |
| Saliva 54. 74. diversitas. ibid. fontes: com- | | Tussis. 351 subiectu. ib. Epidemica causa. ib. | |
| misseri debet cum cibis mastificatis. | 74 | Tussis quotuplex. ib. Tussis humida quibus | |
| Sal volatile. C. C. an S. M. turbat. | 45 | curatur. ibid. in Tussi. Epidemica no- | |
| Sanguis quot modis degenerare potest à Sta- | | cent volatilia. ibid. in Tussi per con- | |
| tu suo naturali. | 62 | sensum ex ventriculo egregie profunt E- | |
| Sanguis quare tam facile turbatur. | 63 | metica. | 352 |
| Sanguificatio. | 84 | <i>V.</i> | |
| Sanguis cribratur in Cerebro. | 239 | Variola. 327. causa. ibid. & 30. prognosis. | |
| Sanguis an ex qualior, ut veteres volue- | | 228. curatio. ibid. & 31. sudoriferis non | |
| runt, componitur humoribus. | 215 | curande. | 6 |
| Sanguis quando naturaliter & legitime est | | Vita nostra corpore in quo consistit. | 34 |
| dispositus. | 315 | Vita nostra quam diu durat. | 239 |
| Sanguinis motus unde. | 316 | Venenorum generat. | 92.93 |
| Sanguis qua sanguis an nutrit. | 316 | Venenum quomodo nocet corporibus nostris. | 93 |
| Sanguis uno tempore magis agitatur quam | | Venenum pestilenciale. 91. unde ortum. 92. 95. qua- | |
| altero. | 316 | re quidam cito. quidam tarde inficiun- | |
| Sanitas in quo consistit. | 176 | tur. ibid. preservatio. | 92 |
| Saporum divisio. 74. acris in quo consistit. | | Vertigo. 332. curatio. | ibid. |
| 74. Amaru. 75. Salsus. ib. Acidus. ib. | | Vermitus. 192. causa proxima. ibid. divisio. ibid. | |
| austerius vel adstringens. ibid. dulcis. ib. | | prognosis. | ibid. |
| Semina morborum. 4. in quibus parti- | | Vulnera absque acidum absorbentibus non curan- | |
| bis querenda. | 31 | tur. 13. Sclopetorum non sunt omnia vulnerata. | |
| Sensus tantum unicus. | 239 | 15. | |
| Sists. 125. 26. causa. ibid. Curat. | | Vulneraria medicamenta recensentur. | 16 |
| | | Vulneris dolor unde. | 17 |

E I N Y I S.

